~~(1-4)~~ 20

E Lenk

Plane quadrare in intrebuintarea
gentem [illegible] cranam Horati
1llud
Forte [illegible] [illegible] [illegible]
4 Reg. 0 1, 7, 9.

LL
C5684Sc

M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT

OMNIA

AC DEPERDITORUM FRAGMENTA.

RECOGNOVIT

ET

POTIOREM LECTIONIS DIVERSITATEM

ADNOTAVIT

CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ.

TOMI XVIII PARS I.

INDEX LATINITATIS

A — C.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIƆIƆCCCXVIII.

24718
16|9|92

CHR. GODOFR. SCHÜTZII

LEXICON CICERONIANUM.

TOMI II PARS I.

INDEX LATINITATIS

A — C.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIↃIↃCCCXVIII.

IN

OPERA CICERONIS

INDEX LATINITATIS.

INDEX LATINITATIS.

A litera. Div. I. 13. *Sus rostro si humi literam A impresserit, num propterea suspicari poteris, Andromacham Ennii ab ea posse describi.* Haec litera in iudicum tabellis absolutionem significabat, unde eam Cicero Mil. c. 6. vocat *salutarem in iudicando literam.* In Tusculanis dispp. persona quae litera *A* designatur, est *Auditor.* Sic rectius Turnebus, Lambino, qui intellexit *Adolescentem;* aut Lactantio, qui Div. Inst. I. 15. *Atticum* designari putavit.

A, AB. 1) notat locum, unde res venit, vel unde aliquis proficiscitur. Sext. 58. *plausus usque* a *Capitolio excitatus.* Cluent. 68. *usque* a *mari supero Romam proficisci.* Att. VI. 1. *credo te binas meas* (literas) *accepisse unas* a *Pindenisso capto, alteras* a *Laodicea.* Att. V. 3. *a Pontio* (i. e. ex aedibus Pontii) *ex Trebulano Epp. ad Ter. quum a nobis discessi i. e. a domo nostra* Mil. *divertit Cluvius ad se* i. e. ad villam suam. Inde transfertur 2) ad locum in quo aliquid est, vel fit. Div. I. 17. *bacillus leviter* a *summo inflexus.* Inv. II. 51. *funiculus* a *puppi religatus.* (* Q. de pet. cons. 3. *quum sinistra capillum eius* a *vertice teneret.*) † Ep ad Br. 10. *Firmos et duces habemus* ab *occidente et exercitus.* — 3) notat viciniam, distantiam *s.* situm locorum. Rull. II. 25. *ab alia porta Capenas ager est.* Sen. 55. *eius villa non longe abest* a *me* i. e. a mea villa. Phil. XII. 9. *Tres viae sunt ad Mutinam* a *supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia* Phil. III. 13. *Antonius* a *tergo*, a *fronte*, a *lateribus tenetur.* 4) in spatio inter duo loca distantia designando ponitur *a* et *ab* sequente *ad.* Somn. Sc. 16. *qui terras* ab *oriente* ad *occidentem co-*

lunt. R. Com. 7. ab *imis unguibus usque* ad *verticem summum.* Ab hac notione fluxit metaphorica, qua diversitas *s. disiunctio* rerum notatur Off. I. 19. *scientia quae est remota ab iustitia* Inv. I. 9. a *iudiciali genere plurimum dissident.* 5) Inde transfertur ad principium temporis designandum et quidem a) aetatis. Fam. XIII. 22. ab *adolescentulo.* Fam. I. 9. a *prima adolescentia.* Man. 1. ab *ineunte aetate.* Fam. IV. 4. a *prima aetate.* IV. 3. a *primis temporibus aetatis.* Fam. I. 4. ab *initio aetatis.* Legg. II. 9. a *parvis.* Ac. IV. 36. a *puero.* Tusc. I. 24. *nec fieri ullo modo posse, ut* a *pueris tot rerum notiones haberemus.* Tusc. II. 11. *haec et* a *pueritia legimus et discimus.* Fam. I. 6. a *teneris unguiculis.* b) dierum, mensium, annorum. Phil. II. 41. ab *hora tertia.* Rull. II. 56. ab *Sylla et Pompeio Coss.* Vat. 8. *quod augures omnes usque* a *Romulo decreverunt.* c) certorum eventorum quibus tempus notatur (*G. seit*) Or. III. 2. *annus* ab *honorum perfunctione primus* Sen. 6. *cuius* a *morte hic tertius et tricesimus est annus.* Att. I. 5. *ut primum* a *tuo digressu Romam veni.* Ac. I. 12. *qui quartus* ab *Arcesila fuit* Att. V. 3. *tertio* abs *te die;* de literis tertio die postquam scriptae erant acceptis. d) temporis universi vel indefiniti. Div. I. 51. ab *omni aeternitate vixit animus.* † Har. 13. *caeremoniae* ab *omni vetustate acceptae.* Verr. I. 56. *Columnam* ab *integro novam efficere.* 6) spatium inter duo tempora notat, sequente praep. *AD.* Sen. 23. *nec velim quasi decurso spatio* a *calce ad carceres revocari* i. a senectute ad pueritiam. 7) a vicinia loci, quoniam eiusdem exercitus milites inter se vicini sunt, traducitur ad partes quas defendimus, vel quibus favemus. Rosc. Am. 36. *ut ea dedita opera* a *nobis facere videamini i. e.* pro nobis. Brut. 79. *ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam* a *senatu et* a *bonorum causa steterit constantius.* Cluent. 34. *non modo dicendi* ab *reo* (*i.* pro reo) *sed ne surgendi quidem potestas erat.* * Her. II. 6. *Communes loci sunt* a *testibus, contra testes;* a *quaestionibus contra quaestiones,* ab *argumentis, contra argumenta;* a *rumoribus, contra rumores.* * Her. II. 27. *quod saepe consulto multi* ab *reo faciunt* (i. rei defendendi causa) Inv. I. 47. *commune est* (argumentum) *quod nihilo magis* ab *adversariis, quam* a *nobis facit.* Rosc. Am. 30. *vir et contra audaciam fortissimus et* ab *innocentia clementissimus,* (i. a partibus innocentiae, seu in

innocentibus sublevandis) Inde fluxerunt formulae, ubi ponitur pro *contra*, in verbis quae defendendi significationem habent. Font. 17. extr. a *periculo defendite*. Mil. 33. *qui* ab *eo spirante* (i. e. adversus eum vivum) *forum putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaveri curia*. Fam. I. 4. a *vi praestare nihil possum* (*gegen die Gewalt kann ich nicht gut seyn*). 8) a notione ea qua temporis initium designat transiit ad significandam causam s. principium, unde aliquid oritur vel proficiscitur. Ac. I. 7. *Ratio sempiterna est; nihil est enim valentius* a *quo intereat*. Ac. I. 11. *sensus censuit esse a quadam quasi impulsione oblata extrinsecus*. Or. I. 24. *non ipse aliquid* a *me prompsisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse videar*. Fin. II. 24. *de amore: ipsum* a *se oritur et sua sponte nascitur*. Ac. II. 33. *mare, quia nunc* a *sole collucet, albescit et vibrat*. N. D. II. 52. Off. II. 17. *si postulatur* a *populo i. e.* si populus postulat. Alia ratio est Off. II. 16. *ut splendor aedilitatum* ab *optimis viris postuletur; i. e.* postuletur, ut illi ludos quam apparatissimos edant. Off. II. 20. a *se aut postulari aut exspectari aliquid suspicantur*. Off. II. 6. *fortuna ceteros casus rariores habet primum* ab *inanimis, procellas etc. deinde* a *bestiis ictus etc.* Verr. II. 28. *accipere pecuniam* a *salute, i. e.* ab ea parte, quae absolvitur. 9) Inde transfertur ad causam intermediam *s.* personas per quas aliquid efficimus. Rosc. Am. 29. a *quibus occidebantur; i. e.* quorum iussu necabantur s. qui sicarios immittebant. Att. XVI. 7. *Antonii edictum legi* a *Bruto* i. communicante mecum Bruto *s.* ab eo acceptum. Att. XIII. 21. *scripsit Balbus ad me se* a *te quintum de finibus librum descripsisse i.* a te suppeditatum. Itaque *solvere ab aliquo* est *per eum solvere*. Att. VII. 18. *Frater laborat, ut tibi quod debet,* ab *Egnatio solvat*. Att. XII. 18. *pecuniam a Faberio, vel* ab *aliquo cui Faberius debet, repraesentabimus*. Rull. II. 13. *sumptum haurit ex aerario, suppeditat* a *sociis* Fl. 19. *si praetor dedit* (pecuniam) a *quaestore numeravit, quaestor* a *mensa publica*. Fl. 15. ab *A. Sextilio dicit se dedisse, et* a *suis fratribus*. Sic *legare ab aliquo* est heredi mandare, ut legatum aliquod praestet. Top. 4. *legare* a *filio* Att. XIII. 46. *Cluvium a T. Hordeonio legare Terentiae* HS IↃↃↃ *i. e.* Cluvium in testamento iubere Hordeonium de sua portione illam pecuniam Terentiae numerare. 10) Causam etiam notat, si cum substantivo

suo refertur ad adiectiva; ubi est i. q. *propter* vel *quod attinet ad* — * Plancus Fam. X. 15. *Antonius* ab *equitatu firmus esse dicebatur.* * Caelius Fam. VIII. 10. *paratus* ab *exercitu.* Att. V. 18. *locus copiosus* a *frumento.* Q. Fr. II. 16. *sic habeto nunquam me a causis et iudiciis districtiorem fuisse.* Brut. 45. *qui* a *philosophia* a *iure civili*, ab *historia fuisset instructior.* ibid. 66. a *doctrina instructus.* ibid. 16. ab *omni laude felicior.* Eadem ratio est, ubi illa adiectiva significationem habent negativam. † P. R. ad Quir. *b. nudus* a *propinquis.* † Dom. 22. *inops* ab *amicis.* Att. VII. 15. *imparati tum* a *militibus tum* a *pecunia.* Fl. 23. *orba* ab *optimatibus concio.* Att. VIII. 14. *tempus mutum* a *literis.* Brut. 65 Caecil. 13. *omne tempus, quod mihi* ab *amicorum negotiis datur* (*sc.* vacuum). Sic etiam ponitur, ubi non ab adiectivis sed a substantivis vel verbis pendet. *Erat* ab *oratoribus quaedam in foro solitudo.* Att. I. 1. *quum Romae* a *iudiciis forum refrixerit.* Att. XII. 6 *tantumne* ab *re tua est otii tibi.* Rab. Post. 10. *quorum impunitas fuit, non modo* a *iudicio sed etiam* a *sermone.* 11) Porro designat causam qua impellimur ad aliquid agendum; aut quam sequimur in agendo. Att. IX. 8. ab *singulari amore benivolentiaque scribere.* Fam. XI. 10. a *certo sensu et vero iudicare.* Off. I. 2. a *ratione suscipitur de aliqua re institutio.* 12) refertur *ad auctores s. principes sectarum vel scholarum.* Off III. 33. ab *Aristippo Cyrenaici i. e.* Aristippei. Mur. 30. *Nostri illi* a *Platone et Aristotele* Legg. III. 6. *Heraclides Ponticus profectus* a *Platone.* Or. 4. *Pericles ab Anaxagora.* 13) designat negotium *s.* officia servorum. Att. III. 15. *servus* a *pedibus* i. e. pedisequus.

ABACUS, mensa in qua exponuntur vasa aurea argentea et alia praesertim ad usum conviviorum. Verr. IV. 16. *abaci vasa.* ibid. *abacorum vasa aurea.* Tusc. V. 21. *abacos complures ornavit argento auroque caelato.*

ABALIENATIO Top. 5. est *eius rei quae mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure civili fieri possunt.*

ABALIENO. 1. veräufsern. Rull. II. *agros vectigales populi Rom.* abalienare. 2. entfremden, abwendig machen, die Gunst eines verscherzen, es mit ihm verderben. Phil. II. 15. *Pompeii voluntatem* abalienabat *a me oratio — mea.* Fam. I. 7. *quos fovendo — retinere potuerunt, invidendo* abalienarunt. Att. XIV. 18. *To-*

tum se a te abalienavit *Dolabella, ea de causa, qua me quoque sibi inimicissimum reddidit.* Or. II. 48. *Equites a Caepione propter iudicia* abalienati. Att. I. 3. *mirandum in modum est animo* abalienato (*sc.* abs *te*) er ist gewaltig ungehalten auf dich. Verr. IV. 27. abalienati *a nobis scelere istius omnes reges amicissimi.*

ABDICO *are* imperium seu magistratum deponere. Legg. II. 12. *quid magnificentius, quam posse decernere, ut magistratu se* abdicent *consules* N. D. II. 4. *senatus, ut* abdicarent *consules, abdicaverunt.* Phil. III. 5. *eo die non modo consulatu, sed etiam libertate se* abdicavit. Eodem modo dicitur *tutela se abdicare* Att. VI. 1.

ABDICO. *ere*, augurale verbum. Div. I. *aves* abdicunt, *i. e.* auspicio negant.

ABDITE. Verr. II. 73. *ne omnia ita condita atque ita* abdite *latuisse videantur.*

ABDITUS N. D. II. 60. *aeris, argenti auri venae penitus* abditae. Inv. I. 2. *homines in tectis silvestribus* abditi. 2) ad loca solitaria transfertur. Att. XV. 16. *Loca venusta*, abdita *certe et ab arbitris libera.* (heimliche vor Zeugen gesicherte Orte.) 3) dicitur de rebus ad cognitionem obscuris et reconditis. N. D. 18. *Epicurus res occultas et penitus abditas vidit animo.* 4) ad animum transfertur Q. de Pet. Cons. c. 11. *quae significant voluntatem esse abditam et retrusam* (ein verstecktes und zurückhaltendes Gemüth).

ABDO. *cum pronomine personali i. q. in locum occultum vel secretum secedere.* Mil. 15. *Quum se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset.* Fam. IX. 9. *et se abdiderit in classem.* Pis. 92. *domum se abdidit.* 2) Arch. 6. *si qui ita se literis abdiderunt;* de iis qui rem p. studio literarum ducti capessere nolunt. Fam. VII. 33. *se totum in literas abdere.* (sich in die Wissenschaften vertiefen.) 3) celare, occultare. Off. I. 35. *natura eas partes contexit atque* abdidit.

ABDOMEN. Sext. 51. *manebat insaturabile* abdomen, *copiae deficiebant.* Pis. 17. *gurges atque helluo natus* abdomini *suo.* ib. 27. abdominis *voluptates.* h. v. notatur et gulae luxuria, et Venereae libidines *s. ut* Gellius dicit N. A. XIX. 2. *comedendi atque coëundi voluptates.*

ABDUCO proprie (wegführen, abführen) Verr. V. 56. *ipsos in lautumias* abduci *imperabat.* 1) differt ab *auferre.* Quint. 27. *quod non poterunt custodire, id* au-

ferre *et* abducere *licebit*. Nempe *auferre* de rebus immobilibus, *abducere*, de se moventibus. 2) vi aut pretio facere ut servi, milites, uxores eos deserant, quibuscum sunt, (abspenstig machen.) Qu. 6. *abducere senatum*. Phil X 3. abducere *legiones*. ibid. 4. abducit *ab illo exercitum* Or. II. 10. *discipulos* abducere. Verr. III. 34. *tertia vi* abducta (entführt) *a Rhodio tibicine*. 4. persuadendo efficere, ut aliquis a loco discedat. Fin. II. 4. *Maiores nostri ab aratro* abduxerunt *Cincinnatum*. 5. transfertur ad mentem, quum eius attentio a re avocatur. N. D II 17. *Nihil est difficilius quam a consuetudine oculorum aciem mentis* abducere. Tusc. I. 17. *Magni est ingenii sevocare mentem a sensibus et cogitationem a consuetudine* abducere. Fin. V. 29. *Democritus dicitur se oculis privasse, ut quam minimum animus a cogitationibus* abduceretur. Fam IV. 3. *animum a sollicitudine* abducere. Att. IX. 4. abducere *se ab angoribus et molestiis* Fam. V. 13. 6. facere ut aliquid omittatur, negligatur Verr IV. 6. abducuntur *homines nonnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniae*. Or. II. 72. abducere *animos a contraria defensione*. Q. Fr. III. 5. abducere *se ab omni rei publ. cura*. Off I. 6. *Veri studio a rebus gerendis* abduci *contra officium est*. Phil II 18. *Curio te a meretricio quaestu* abduxit. 7. eximere, excludere. Brut. 62. *Q. Catulum filium* abducamus *ex acie et in praesidiis rei publ. collocemus i. e.* eximamus ex oratorum forensium numero. 8. traducere Div. I. 41. de divinatione: *ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate* abduceretur *ad mercedem atque quaestum*.

ABEO. 1. de morbis qui cessant Att. XIV. 10. *nausea abiit*. Fam. XIV. 1. *de loco nunc quidem* abiit *pestilentia*. 2. de praeterito tempore Sext. X. 33. abiit *iste annus*. Mur. 3. Abiit *illud tempus*. *Etiam de re* praeterita Fam. IX. 20. *illa mea, quae solebas antea laudare: o hominem facilem! o hospitem non gravem!* abierunt. (*G.* damit ist's vorbey.) 3. In transitionis formulis, finem facere de aliqua re dicendi. Ac. IV. 28. *sed* abeo *a sensibus*. 4. latius evagari in dicendo vel a proposito discedere Rosc. Am. 16. *Ne longius* abeam. 5. Similis est ratio, sed tamen paulo alia in formula: *Non longe* abieris Fam. VII. 19. *i. q.* non opus est exempla e longinquo petere. Rosc. Am. 16. *quid ad istas ineptias* abis? (was geräthst du aber da auf solche Pos-

sen?) 6. de morte, ut discessu e vita Tusc. I. abiit *ad deos Hercules* Tusc. I. 30. *Cato sic* abiit *e vita.* 7. vivum s. salvum discedere. Caec. 7. *denuntiat Caecinae se armatos habere*, abiturum *eum non esse si accessisset* i. e. interfectum iri. 8. abire *magistratu* est deponere. Fam. V. 2. abeuntem *magistratu concionis habendae potestate privavit.* 9. abire *dicitur* res, quae nobis eripitur, s. e abitur e manibus Verr. III. 64. *ne res* abiret *ab Apronio*, de auctione in qua res abire ab eo dicitur, qui a plus licitantibus vincitur. Fam. XIV. 4. *si res a nobis* abisset *i. e. si* bona nostra perdidissemus. 10 abire, *pro* impendi, ins... XI. 2. *in quos enim sumtus* abeunt *fructus praediorum?* 11. de eventu rei. Att. XIV. 1. *Non posse istaec sic abire.* 12. in imprecationibus. Phil. XIII. 21. *Quin tu* abis *in malam pestem, malumque cruciatum!*

ABERRATIO Fam. XV. 18. *aliam aberrationem a molestiis nullam habemus* XII. 38 *aberratio a dolore.*

ABERRO proprie de recta via recedo. *translate* 1. de quovis errore † Harusp. II. *si aedilis verbo aut nutu* aberravit, *ludi non sunt rite facti.* Att. XIV. 22. *vereor ne nihil coniectura* aberrem. Phil. XII. 9. *attendite nam* aberrat *coniectura* (*sic leg. non* a coniectura) *suspicio periculi mei.* Sic N. D. II. 56. 2. de degressione in oratione Tusc. I. 33. *Te de aeternitate dicentem* aberrare *a proposito facile patiebar.* Fin. V. 28. *tamen a proposito* aberravimus. Off. I. 37. *danda opera est, ut etiam si* aberrare *ad alia coeperit, ad haec revocetur oratio* Phil. VII. 1. aberrat *animus a sententia suspensus curis maioribus;* excusat se quod relationem consulis excesserit in sententia dicenda. Or. II. 36. *a quo quidem homine iamdudum non* aberrat *oratio tua* * Q. de Pet. Cons. 12. *ne videar* aberrasse *a distributione mea.* 3. declinare a lege Ac. IV. 46. aberrare *a regula et praescriptione vitae.* Lig. 6. *a communi utilitate* aberrare (G. das gemeine Wohl verfehlen). 4. discrepare ab alio. Fin. IV. 15. *non multum ab Herilli levitate* aberrabimus; *i. e.* aeque leves erimus atque ille. 5. animum abducere Att. XII. 38. *scribendo nihil equidem levor, sed tamen* aberro *sc.* a dolore. XII. 45. *nullo alio modo a miseria* aberrare *possum.*

ABHINC refertur ad tempus praeteritum. Verr. IV. 9. abhinc *duos et viginti annos mortuus est.* Rosc. Com.

13. abhinc *annis quindecim.* Att. XII. 17. abhinc *annis amplius XXV.*

ABHORREO. 1. dicitur de animo, quum aliquid refugit, aspernatur. Cluent. *nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone dignum iudicabat, omnes illum aspernabantur atque* abhorrebant. Cluent. 9. abhorrere *a nuptiis* Att. XIV. 13. *a ducenda uxore* abhorrere Att. VII. 13. *delectus invitorum et a pugnando* abhorrentium. Fam. II. 16. abhorrere *ab urbe relinquenda.* Att. II. 6. *a scribendo* abhorret *animus.* 2. de eo, qui alienus est a certo studiorum genere. Fam. XIII. 12. *Fufidius est a nostris studiis non* abhorrens. Or. I. 39. *homo a iuris studio non* abhorrens. Fl. 4. *si quis umquam de nostris hominibus a genere isto* (natione Graecorum) *studio ac voluntate non* abhorrens *fuit, me esse arbitror.* 3. de eo qui mente et opinione discrepat a re: vel animo et voluntate alienus est a certis virtutibus vel vitiis. Verr. III. 20. *quum huiusce iudicii discrimen ab opinione tua non* abhorreret. Phil. VII. 2. *animo* abhorrere *ab optimo civitatis statu* Fat. 4. *alii talibus vitiis* abhorrent. Dei. 6. *etsi a veritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum* abhorrebat. 4. discrepare ab aliqua re, alienum ab ea esse, ei repugnare. Fam. I. 9. *libri de Oratore* abhorrent *a communibus praeceptis.* Or. I. 3. *a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus* abhorrere. Or. III. 18. *genus orationis exile, inusitatum,* abhorrens *ab auribus vulgi.* Or. I. 18. *spinosa et exilis oratio longeque a nostris sensibus* abhorrens. Opt. 7. *causa* (Ctesiphontis de corona Demosthenis) abhorret *illa quidem a formula consuetudinis nostrae.* Pis. 29. abhorret *hoc genus orationis ab huius loci more.* Sext. 44. Cicero de quaestione qui sint vere optimates dicturus ait: *ut arbitror nec ab utilitate eorum, qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sextii* abhorrebit *Oratio mea.* Rosc. Am. 24. *tanta temeritas ut non procul* abhorreat *ab insania.* Att. I. 20. *a meis consiliis tua ratio non* abhorret. 5. ineptum esse, non idoneum alicui negotio Or. I. 20. (de instituendo oratore) *sin plane* abhorrebit (*i. e.* prorsus ineptus erit) *et erit absurdus, ut se contineat et ad aliud studium transferat admonebo.* Att. XVI. 19. *nostra aetas a castris* abhorret. 6. liberum esse ab aliqua re. Cael. 4. abhorrere *a suspicione.*

ABIECTE. niederträchtig, kleinmüthig Phil. II.

nec abiecte *nec sine aliqua dignitate illum casum tuli.* Tusc. II. 23. *providendum, ne quid* abiecte, *ne quid timide faciamus.*

ABIECTIO de animo debilitato et perculso. Pis. 36. *quid debilitatio atque* abiectio *animi tui — quum exsanguis, et mortuus concidisti.*

ABIECTUS 1. proprie ad terram prostratus. Verr. VI. 54. *ad tribunal ante pedes tuos ad terram virgis et verberibus* abiectum. 2. supplex Coll. 52. abiectum *non tam ad pedes, quam ad mores sensusque vestros.* 3. in iudicio victus. Mur. 28. *nimiis adversarii viribus* abiectus. 4. ita fractus et debilitatus ut metuendus non sit. Catil. II. 1. *iacet ille nunc prostratus, et se perculsum atque* abiectum *esse sentit.* IV. 10. *multitudinem inimicorum esse iudico turpem et infirmam, contemptam et* abiectam. 5. metu aut terrore perculsus (niedergeschlagen) Catil. III. 5. *recitatis literis debilitatus et* abiectus. IV. 2. abiecta *metu filia.* 6. timidus (kleinmüthig Lael. 16. *animus abiectior* est qui deinde appellatur *iacens. a spe alienus.* 7. contemptus. Rull. II. 34. *hominem Romae contemptum atque* abiectum *videbamus.* Fin. III. 20. *Minime convenit, quum ipsi inter nos* abiecti *neglectique simus* (wenn wir uns einander selbst verachten und vernachlässigen) *postulare ut diis cari simus.* 8. is qui animo humili ac demisso est. Fin. V. 20. de his qui studiis doctrinae delectantur: *nihil* abiectum *nihil humile cogitant.* 9. de oratione nimis humili, aut neglecta Or. 57. *neque humilem orationem nec* abiectam, *nec nimis altam et exaggeratam probat.* Br. 66. *Verba non* abiecta, *res composita diligenter.* 10. de versibus negligentius compositis. Or. 55. *comicorum senarii sunt* abiecti (nachlässig hingeworfen).

ABIEGNUS. * Top. 16. *abiegna trabes ex Ennio de ligno ad aedificandam navem Argo caeso.*

ABIES *crispa* Tusc. III. 19. *vid.* Crispus.

ABIGO. propello Or. II. 60. *Puer abige muscas.* Tusc. I. 43. *bacillum propter me, qui* abigam *ponitote.* 2. de pecudibus, furtim abducere. Pis. 34. *pecus* abegerunt Verr. I. 10. *greges equarum* abigendos *curare.* 3. de abortu voluntario, (abtreiben) Cluent. 11. *abigere partum medicamentis.*

ABIICIO sensu proprio, proiicio. Tusc. II. 23. *abiicere scutum.* Sext. 27. *ins(ignia) regium de suo capite.* Fin. V. 30. *annulum in mare.* Deiot. 10. abiicere *arma*,

non deponere. Planc. 41. abiecta *quaestoria persona comitisque sumpta.* Interdum est cum contemptu proiicere Mil. 13. *cadaver Clodii in publicum* abiecisti. 2. inclinare, pronum statuere, de statura quadrupedum Leg. I. 9. *Natura quum ceteras animantes* abiecisset *ad pastum, solum hominem erexit.* 3. translate, de animo, aliquid deponere. Or. II. 33. *voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi* abiicere. Fam. IV. 7. *cum spe vincendi simul* abiecisti *certandi cupiditatem. Sic* Phil. VIII. 11. abiicere *memoriam beneficiorum* Phil. I. 12. abiicere *memoriam veteris doloris novo beneficio.* Tusc. III. 27. *dolorem.* Fam. XI. 21. *timorem.* Off. I. 29. *obedientiam.* Off. I. 21. *cunctationem.* Phil. II. 31. *Antonius amicae scripserat, sibi cum illa mima posthac nihil futurum; omnem se amorem* abiecisse *illinc atque in hanc transfudisse.* Att. XVI. 5. *quae minus antea constanter fieri videbantur — ea iudices illum* abiecisse. Lig. 5. *cave ignoscas, haec nec hominis nec ad hominem vox est, qua qui apud te C. Caesar, utetur, suam citius abiiciet humanitatem, quam extorquebit tuam.* 4. dimittere *aliquid, vel* negligere, *quod obtineri iam non potest,* etwas aufgeben, fahren lassen. Att. XIII. 31. abiiciamus *ista.* VII. 3. *rem tantam* (*sc.* triumphum) abiicere. * Coel. Fam. VIII. 6. *triumphi postulationem* abiecerat. 5. de re quae debilitatur ac deprimitur, vel extenuatur. Att. I. 18. *senatus auctoritatem* abiecit. Fam. X. 12. *magna contentione intercessorem* abiicere. Or. III. 26. *non solum augere aliquid et tollere altius dicendo, sed etiam extenuare atque* abiicere (verkleinern und herabsetzen). Or. 36. *augendis rebus et contra* abiiciendis *nihil est, quod non perficere possit oratio.* 6. de animo, ad res viles et humiles depresso. Lael. 9. *cogitationes in rem humilem et contemptam* abiicere. Par. I. 3. *tu quum tibi deus — dederit animum, quo nihil est praestantius — sic te ipse* abiicies *atque prosternes* (willst du dich so erniedrigen und herabwürdigen). 7. *transfertur ad* neglectum numerum orationis. Or. 59. *de periodo: ponendus est enim ille ambitus, non* abiiciendus (man muſs die Periode sanft niedersetzen, nicht fallen lassen) Sensus est periodum statim a principio ad exitum ferri debere, neque cadere tantum numerose oportere. Falso Ernestius de neglecto verborum delectu intellexit. 8. ad gestum negligentiorem in pronuntiatione. Or. III. 26. *Nunquam agit hunc versum*

Roscius eo gestu, quo potest, sed abiicit *prorsus* (er vernachlässigt ihn) *ut in proximos incidat.*

ABITUS de discessu e provincia. Verr. III. 54. *ne post* abitum *quidem huius importunissimae pestis.*

ABIUDICO, iudicis sententia aliquid alicui auferre, (einem etwas gerichtlich absprechen.) Verr. Act. I. 5. *Nulla res cuiusquam tam patria atque avita fuit, quae non ab eo imperio istius* abiudicaretur. 2. iudicare aliquid alicui deesse. Caec. 99. *Eum qui quum liber esset censeri noluerit, populus iudicat ipsum sibi libertatem* abiudicasse. Verr. I. 2. *nec tanta fortunis omnium pernicies potest accedere, quam opinione populi Romani rationem veritatis integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine (senatoris)* abiudicari. 3. reprobare. Or. II. 24. *ubi plus mali quam boni reperio, id totum* abiudico *atque reiicio. Ubi tamen Budaeus malebat id totum* abdico.

ABIUNGO. Att. II. 1. *Demosthenes se ab hoc refractariolo iudiciali genere abiunxit, i. e.* illud reliquit.

ABIURO Att. I. 8. *Tulliola tuum munusculum flagitat, me, ut sponsorem, appellat. Mihi autem* abiurare *certius est quam dependere.* Iocose ait se velle sponsionem illam abiurare potius, quam pro Attico munusculum dependere.

ABLEGO, removeo, dimitto. Verr. II. 32. de iudice, *honestos homines, qui causam norint* ablegare *a consilioque dimittere.* ib. 31. *remoto atque* ablegato *viro.* Att. II. 18. *haec legatio a fratris adventu me* ablegat (entfernt mich zu sehr von meinem Bruder bey seiner Ankunft).

ABLIGURRIO gulae luxuria absumo Catil. II. 5. *patrimonia sua profuderunt, fortunas suas abligurrierunt.*

ABLUO. propria significatione Rosc. Am. 26. de parricidis in culeum insutis: *ita iactantur fluctibus ut numquam* abluantur. 2. translate Tusc. IV. 28. *animi placatione* abluitur *perturbatio i. e.* tollitur * Her. IV. 15. *Te nunc alloquor, Africane, tui nepotes suo sanguine* abluerunt *inimicorum crudelitatem.* Loquitur de Gracchis, quibus interemptis cessavit inimicorum crudelitas. In multis tamen codd. legitur *aluerunt.*

ABNUO nego Leg. I. 14. abnuit *a se commissum esse facinus* * recuso, denego. Mil. 36. *non recuso, nec* abnuo. Fin. II. 1. *intelligas quid quisque concedat, quid* abnuat.

ABNUTO. Cic. Or. III. 41. improbat illud veteris

poetae: *Quid te adiri abnutas*, quia angustius sit illud translatum, quam fuisset proprium, *vetas, prohibes, absterres.*

ABORTIO, partus medicamentis abactus. Cluent. 12. *merces abortionis.*

ABORTUS. foetus immature editus Att. XIV. 20. *Tertullae* (Cassii uxoris) *nollem abortum. Tam enim Cassii sunt iam quam Bruti serendi.*

ABRADO de pi is radendo ablatis. Rosc. Com. 7. *de C. Fannio Chaerea: supercilia illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare malitiam videntur.* 2. translate de pecunia per dolum auferenda. Caec. 7. *videt nihil se a Caecina posse litium terrore abradere.*

ABRIPIO per vim abstraho Verr. IV. 10. *Cominium obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras* abripi *iussit.* Cluent. 55. abripere *ad quaestionem.* 2. aufero, rapio. Verr. IV. 50. de Verre qui simulacrum Victoriae e signo Cereris avellendum curaverat. *Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter orcus — non Proserpinam asportasse, sed ipsam* abripuisse *Cererem videretur.* 3. secerno. Verr. V. 12. *filium etiamsi natura a parentis similitudine* abriperet, *consuetudo tamen ac disciplina patri similem esse cogeret.* 4. transfer in ad aberrationem orationis a proposito. Or. III. 55. *Quo quum ingressus esses, repente te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra* abripuit.

ABROGATIO. Att. III. 23. *Nulla lex est, quae non se sepiat difficultate* abrogationis.

ABROGO. Lex, quae iam perlata est et valuit, dicitur abrogari quum tollitur, antiquari autem ea quae rogata non perfertur Fragm. de rep. 3. de lege naturae: *Huic legi neque abrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota* abrogari *potest.* 2. publica auctoritate honorem vel magistratum alicui aufero. Verr. II. 56. *de censu Verris in Sicilia per Metellum sublato: Si tibi magistratum abrogasset minore ignominia te affecisset.* Off. III. 10. *abrogare collegae imperium* Q. Fr. II. 3. *Cato legem promulgavit de abrogando Lentuli imperio.* Leg. III. 10. *Gracchus potestatem intercedendi collegae abrogavit.* 3. demere, detrahere. * Her. I. 10. *suspicio meditationis et artificii fidem* abrogat *orationi.* Rosc. Com. 15. abrogare *fidem iurisiurandi testibus.*

ABRUMPO. Phil. XIV. 12. *Legio Martia se latro-*

cinio abrupit. *i. e.* quasi solutis vinculis se liberavit. (hat sich losgerissen.)

ABRUPTIO Div. II. 40. *abruptio corrigiae* das Abreifsen eines Schuhriemens. 2. *translate* die Trennung *de divortio* Att. XI. 3.

ABSCEDO evanesco, occido, in nihilum abeo Div. II. 16. ubi ridentur haruspicum divinationes *Caput est in iecore, cur in extis iam abscedet, simul ac molam et vinum insperseris. Deus id eripiet, vis aliqua conficiet aut exedet.*

ABSCESSIO *i. q. secretio*, Absonderung Tim. 12. *ad corpora necessitate tum accessio fit, tum abscessio.*

ABSCESSUS. N. D. I. 10. *Pars terrae obriguit nive pruinaque longinquo solis abscessu.*

ABSCINDO. 1. abschneiden Philipp. XI. 2. *Cervicibus caput abscidit.* 2. abreifsen Verr. V. 1. *tunicam a pectore abscidit.* 3. zerreifsen Att. II. 33. *orationem abscideram.*

ABSCISSIO. figura quam dicimus die Verbeifsung. *Her. IV. 54. *Significatio est per abscissionem, si quum incipimus aliquid dicere praecidimus — sic: qui ista forma et aetate nuper alienae damni... nolo plura dicere.*

ABSCONDITE Inv. II. 23. *non implicite et* abscondite (nicht umwunden und versteckt) *sed patentius et expeditius.* 2. de recondito genere disputandi. Fin. III. 1. *quae de voluptate dicuntur ea nec acutissime nec abscondite disseruntur* (weder scharfsinnig noch tiefsinnig).

ABSCONDITUS 1. occultatus Philipp. II. 42. *erant fortasse gladii, sed absconditi.* 2. obscurus, occultus. †pr. dom. 54. absconditum *ius pontificum*, quod deinde dicitur *occultum genus literarum.*

ABSCONDO celo, occulo Resc. Am. 41. *quo studiosius opprimitur et absconditur, eo magis eminet et apparet.*

ABSENS. Lael. 23. de amicis. *quocirca et absentes adsunt, et egentes abundant, et imbecilles valent, et — mortui vivunt, tantus eos honos, memoria desiderium prosequitur amicorum.* Verr. II. 17. *de* absente *secundum praesentem iudicare* ib. II. 39. *in senatu Gn. Lentulus et L. Gellius Coss. faciunt mentionem, placere statui, si P. C. videretur, ne* absentes *homines in provinciis rei fierent rerum capitalium.* 2. absens dicitur scil. campo Martio, qui honores non petit Somn. Sc. 2. *deligere*

iterum consul absens, *de Scipione Africano minore quem constat comitiis interfuisse. Sic Liv. IV. 42. ubi vid. Drakenborch.*

ABSENTIA. Pis. 16. *confer* absentiam *tuam cum mea.* Nempe Pisonis administrationem provinciae Macedoniae cum suo exsilio conferri iubet. * Anton. Atr. XIV. 13. *Vereor ne* absentia *mea levior sit apud te. i. e.* ne quod si coram tecum egissem facilius a te impetrassem, id absens per literas quum agam, difficilius impetrem.

ABSOLVO perficio, ad finem perduco, (vollenden). Off. III. 2. *qui e divisione tripartita duas partes* absolverit, *huic necesse est restare tertiam.* Att. XIII. 19. *dialogos confeci et* absolvi. Off. III. 2. *Nemo pictor est inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset*, absolveret. Leg. I. 3. *nec tam facile interrupta contexo, quam* absolvo *instituta.* Fin. II. 32. *Nec* absolvi *beata vita sapientis, nec ad exitum perduci poterit, si prima quaeque ab eo consulta atque facta ipsius oblivione atinentur.* Caecil. 14. de Hortensio eius accusationi responsuro: *Quid? quum accusationis tuae membra dividere coeperit — quid? quum manu quodque transigere, expedire*, absolvere; ubi recte Manutius, expedire, inquit plus est quam transigere, minus, quam absolvere. Possunt enim multa transigi, nec expediri; possunt expediri nec absolvi. 2. in iudicio reum innocentem declaro. Cluent. 5. *absolvi maiestatis.* Verr. I. 28. *non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse caedis.* Q. Fr. II. 16. *de praevaricatione absolutus.* ib. II. 5. *Senatorum urna copiose absolvit.* Pis. 39. absolvi *potest qui fatetur factum.* Verr. II. 8. Verres *hominem Veneri absolvit, sibi condemnat.* Nempe Dioni hereditas venerat hac lege ut statuas in foro poneret; ni posuisset Veneri Erycinae multaretur. Verres apposuerat quadruplatorem, qui peteret Veneri illam hereditatem. Verres hominem Veneri absolvit, i. e. decrevit Veneri nihil deberi; sibi condemnat h.e. pro absolutione magnam pecuniam a Dione extorquet. 3. *alia ratione dicitur* absolvi iudicio *pro iudicii molestia liberari* (eines Gerichtshandels quitt werden) Rosc. Com. 12. *ab aliquo homine iudicio se absolvere* it. c. 14. *ab aliquo hodie iudicio absolvi.*

ABSOLUTE, bene, perfecte (vollständig). * Her. I. 10. *Quum adiumenta nostra exposuerimus, contrariaque*

que dissolverimus absolute *nimirum munus oratorium confecerimus. ibid. exponimus breviter et* absolute ib. II. 18. *ornate et* absolute *causam tractare.* Top. 8. *In oratoriis artibus, quaestionis genere proposito, quot eius formae sint, subiungitur* absolute. Acad. IV. 17. *Democritus dixit innumerabiles esse mundos, et quidem sic quosdam inter se non solum similes sed undique perfecte et* absolute *ita* pares, *ut inter eos nihil prorsus intersit.* Tusc. V. 18. *Omnia profluenter,* absolute *prospere,* scil. succedunt sapienti. Itaque 2. transfertur ad *αὐτάρκειαν* sapientis Fin. III 7. *Necessario sequitur omnes sapientes feliciter,* absolute, (selbstgenügsam unabhängig) *fortunate vivere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere,* 3 absolute *concludere orationem* Orat. 51. est eam numerosam facere (der Rede Wohlklang und Rundung geben).

ABSOLUTIO, perfectio Orat. I. 28. *hanc ego* absolutionem *perfectionemque* (diese Vollendung u. Vollkommenheit) *in oratore desiderans.* Fin. V. 14. *Virtus quae rationis* absolutio *definitur.* Inv. II. 30. *Habitus in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis* absolutione *consistit.* 2. *de partitione* Inv. I. 22. absolutio est, (Vollständigkeit) *per quam omnia quae incidunt in causam genera, de quibus dicendum est, amplectimur.* Inv. I. 30. absolutio argumentandi *est* die vollständige Ausführung der Beweise.

ABSOLUTUS, perfectus. Fin. IV. 7. *honestas perfecte* absoluta II. 27. *nec appellatur vita beata nisi confecta atque* absoluta. 2. necessitudo absoluta opponitur hypotheticae Inv. II. 57. *Hoc mihi videor videre, esse quasdam cum adiunctione necessitudines, quasdam simplices et* absolutas. 3. Causa conficiens absoluta est quae per se effectum gignit. Partit. 26. Conficiens causa alia est absoluta et perfecta per se; alia aliquid adiuvans et efficiendi socia quaedam. 4. absoluta quaestio Inv. I. 12. est ea, quae tantum unum habet oppositum, ut si quaeratur Corinthiis bellum indicendum sit an non. 5. Absoluta constitutio est pars constitutionis iuridicialis, quum id ipsum, quod factum est, ut deinde nihil foris assumatur, recte factum esse dicimus * Her. I. 14. II. 13. Eadem Inv. I. 11. II. 23. sic definitur: Absoluta *constitutio est, quae ipsa in se continet iuris et iniuriae quaestionem.* Ei opponitur assumptiva. 5. * Her. II. 18. absolutissima argumentatio in quinque

partes est distributa. ibid. c. 24. *Si quis enuntiationi: Utile est amicos veros habere hanc rationem subiiciat, habeas enim quibus cum iocari possis; infirma ratio est. Nam huius modi in rationibus non universa, neque* absoluta *sed* extenuata *ratione* (durch einen nicht durchgreifenden und vollständigen sondern schwachen Grund) *expositio confirmatur.* 6. Orat. III. 49. absoluta conversio *est* periodus numerosa et rotunda. 7. In foro dicitur absolutus, quem iudices accusatione liberarunt. At Fam. IX. 11. atramento sutorio absolutus *Vid. Atramentum.*

ABSONUS. mifstönig Or. I. 25. *Sunt quidem aut ita lingua haesitantes aut ita voce* absoni, *ut — in oratorum numerum venire non possint.* ib. III. 11. *vox extra modum* absona *atque absurda.*

ABSORBEO. verschlingen. Phil. II. 27. *Quae Charybdis tam vorax? Charybdin dico? — Oceanus — vix videtur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas tam cito* absorbere *potuisse.* 2. mit sich fortreifsen Sext. 6. *ad tribunatum* (Sextii) *quia ipse ad sese iam dudum vocat, et quodammodo* absorbet *orationem meam, contento studio cursuque veniamus.* Leg. II. 4. *ne aestus nos consuetudinis* absorbeat, *et ad sermonis morem usitati trahat.* Brut. 8. *hunc quoque* absorbuit *aestus quidam non insolitae adolescentibus gloriae.*

ABSQUE. Att. I. 19. *nullam — epistolam ad te sino* absque argumento ac sententia pervenire.

ABSTERGEO. proprie abwischen. Phil. II. 36. quasi fuligine abstersa 2. translate de animi affectibus, qui tolluntur. Q. Fr. II. 9. *Consolabor* te et *omnem* abstergebo *dolorem.* Sen 1. *ita iucunda huius libri confectio fuit ut — omnes* absterserit *senectutis molestias.* Fam. VII. 14. *si timidus essem tua epistola mihi omnem metum* abstersisset Tusc. III. 18. *plane omnem luctum* absterseris. Phil. XIV. 13. *Utinam his omnibus* abstergere *fletum sententiis nostris consultisque possemus.* Top. 22. *Oratio tum iracundiam restinguens, tum metum eripiens, tum exsultantem laetitiam comprimens, tum aegritudinem* abstergens.

ABSTERREO. Planc. 27. *neminem a congressu meo neque ianitor meus, neque somnus* absterruit. Orat. III. 41. *quid te adiri* abnuas; *melius esset vetas, prohibes,* absterres.

ABSTINENS, de eo qui se continet, ne aliorum damno locupletior fiat. Q. Fr. I. 1 *num esse* abstinentem, *continere omnes cupiditates*, *praeclarum est*. Off. II 22. *Laudat Africanum Panaetius quod fuerit* abstinens — deinde dicitur nihilo locupletior factus Carthagine eversa. Praeterea transfertur ad eum, qui se ab aliis cupiditatibus continet Off. I. 40. *Praetorem decet non solum manus*, *sed etiam oculos* abstinentes *habere*.

ABSTINENTIA, virtus qua quis se continet ab aliorum pecuniis. Att V. 17. *Sic in provincia nos gerimus quod ad* abstinentiam *attinet*, *ut nullus teruncius insumatur in quemquam*. Off. II. 22. *Nulla re conciliare facilius benivolentiam multitudinis possunt ii*, *qui rei publ. praesunt*, *quam* abstinentia *et continentia*.

ABSTINERE 1. neutraliter. Off. III. 17. *Quotus quisque reperietur*, *qui impunitate et ignoratione omnium proposita*, abstinere *possit iniuria*. 2. cum accusativo pronominis personalis. Fam. VII. 26. *qui* me *ostreis et muraenis facile* abstinebam Ac. IV. 17. *confugis ad physicos eos*, *qui maxime in Academia irridentur*, *a quibus ne tu quidem iam te* abstinebis. Fin. III. 11. *Quid dici poterit*, *si turpitudinem non ipsam per se fugiendam esse statuemus*, *quo minus homines tenebras et solitudinem nacti nullo dedecore* se abstineant. Verr. III. 2. *Ita postulatur ab omnibus*, *ut ab iis se* abstineant *maxime vitiis*, *in quibus alterum reprehenderint*. 3. cum accusativis nominum Tusc. IV. 37. *Alexandrum regem videmus*, *qui*, *quum interemisset familiarem*, *vix a se* manus abstinuit. Vat. 4. Manus *a te homines vix* abstinent. Att. III. 7. *quod me ad vitam revocas*, *unum efficis ut a me* manus abstineam. Phil. XII. 11. numquam *a me sacrilegas* manus *atque impias* abstinebit. Verr. Act I 12. abstineant *in hoc iudicio* manus animosque *ab hoc scelere nefario*. Verr. I. 37. Manus *a tutela*, manus *a pupillo*, manus a sodalis *filio* abstinere *non potuisti*. Verr. IV. 15. *Hunc in provincia praetorem quisquam putabit a Siculorum argento* cupiditatem, aut manus abstinere potuisse. Or. I. 43. ab *alienis* mentes, oculos, manus abstinere.

ABSTRAHO, abduco, abspenstig machen Fam. X. 18. *si quos milites a Lepido* abstraxissent 2. aussondern, entfernen. *Nihil est quod e comitatu virorum amplissimorum me unum* abstrahas. 3. avocare, avertere, abziehen Arch. 6. *tot annos ita vivo*, *ut a nullius um-*

quam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit, *aut voluptas avocarit, aut denique somnus retardarit.* Orat. I. 18. *verendum est ne* abstrahamur (nimio literarum studio) *ab hac exercitatione et consuetudine dicendi populari et forensi.* Div. I. 37. *saepe vidi in Aesopo — tantum ardorem vultuum atque motuum, ut eum vis quaedam* abstraxisse *a sensu mentis videretur.* Div. I. 31. *a corpore animus* abstractus *divino instinctu concitatur.* Tusc. IV. 17. *animus* abstractus *ab integra certaque ratione,* (ein Gemüth das sich von den Grundsätzen der gesunden Vernunft entfernt). Sen. 6. a rebus *gerendis senectus* abstrahit? 4. cum pronomine personali, sich entfernen, sich zurückziehen. Brut. 74. *Cotta se valde dilatandis literis a similitudine graecae locutionis* abstraxerat (hatte sich durch eine breite Aussprache der Buchstaben sehr von dem Vorbilde der griechischen Sprechart entfernt). Somn. 9. *animus quam maxime se a corpore* abstrahit. 5. abripere fortreißen Or. III 36. *quo quum ingressus esses, repente te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra abripuit atque in altum a conspectu paene omnium* abstraxit. Coel. 24. *Metellus quum* abstraheretur *e sinu gremioque patriae*

ABSTRUDO, recondo, occulto. Att. XII. 16. *quum mane me in silvam* abstrusi *densam atque asperam.* Rull. II. 48. *insidiae penitus* abstrusae Rull. I. 11. *nunc quisquam tam* abstrusus *usquam nummus videtur, quem non architecti huiusce legis olfecerint?* 2. translate. Ac. pr. II. 10. *Natura veritatem in profundo penitus* abstrusit: ibid. *disputatio copiosa illa quidem sed paullo* abstrusior. (tiefsinniger.)

ABSUM. remotus s. disiunctus sum a loco. Fam. IV. 6. abesse *domo et foro.* Verr. IV. 18. abesse *ab domo.* Att. XIII. 22. abesse *ab oculis* Planc. 27. nunquam ex urbe abfuit. Att. V. 17. *a castris* aberam *bidui.* ibid. V. 16. *castra bidui* aberant Fam. XV. 4. aberam *ab Amano iter unius diei.* Fam. XI. 13. abesse *ab aliquo loco millia passuum* XXX. Planc. 7. *longissime a te* abfui: Att. VI. 5. *tu* abes *longe gentium.* Att. I. 1. quoniam *propius* abes (weil du dort näher bist) Att. VIII 14. *Loca quae a Brundusio propius* absunt, *quam tu biduum aut triduum.* 2. remotum esse ab aliis rebus Fam. IV. 3. *a multis ac magnis molestiis* abes. Planc. 25. *istiusmodi artes in iis reprehenduntur*

qui quum professi fuerint, satisfacere non possunt; non in iis, qui abfuisse *ab istis studiis confitentur.* Rosc. Am. 20. abesse *a culpa* ib. 33. *a crimine* Verr. II. 25. *a suspicione.* * Caes. Att. IX. 19. *nihil a me* abest *longius crudelitate.* Fam. X. 23. *a reprehensione temeritatis* absum. 3. abhorreo Att. VIII. 23. *a consilio fugiendi* absum. Phil. X. 7. aberat *a bello.* Or. I. 60. *tantum* absum *ab ista sententia.* Att. XIII. 30. *istae κολακεῖαι non longe* absunt *a scelere.* Div. I. *haec etiamsi ficta sunt a poeta, non* absunt *tamen a consuetudine somni rum.* 4. desum Or. I. 11. *quid huic* abesse *potest* (was kann ihm abgehn) *de maximarum rerum scientia?* Leg. II. 5. Abest enim *historia literis nostris* (die Geschichte geht unsrer Literatur noch ab). *Differt tamen a* desum. Brut. 80. *hoc unum iis* si nihil *utilitatis habebat*, abfuit, *si opus erat*, defuit. 5. causam alicuius s. defensionem haud recipio Sull. 5. *ut mirari Torquatus desinat me qui Antonio* abfuerim, *Sullam defendere.*

ABSUMO. Tusc. II, 8. *corpus clade horribili* absumptum (abgezehrt) Quint. 10. *dicendo tempus* absumere (die Zeit hinbringen).

ABSURDE. de malo cantore. Tusc. II. *si* absurde *canat is, qui se haberi velit musicum.* 2. de eo quod cogitari nequit, (abgeschmackt, ungereimt). Div. II. 58. *nihil tam* absurde *dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum.* Phil. VIII. 1. *quo quid* absurdius *dici aut existimari potest.*

ABSURDUS. absurdus, de voce et cantu. Or. III. 11. *vox extra* modum absona atque absurda (eine mifstönige und ungeschlachte Stimme). Div. I. 9. absurdus *sonus ranarum.* 2. absurdum *dicitur quod cogitari nequit, aut sibi repugnat;* (ungereimt) Sull. 20. *Iam illud quam incredibile, quam* absurdum Rosc. Com. 7. *Est hoc quidem auribus animisque hominum* absurdum. 3. pro *inepto*, stulto Att. XIII. 7. absurdissima *mandata.* Ac. IV. 32. *modo ne quis illud tam ineruditum* absurdumque *respondeat* (nur mufs er nicht eine so einfältige und abgeschmackte Antwort geben) 4. intempestivus Att. XVI. 13. Tempus discessus absurdum.

ABUNDANS. copiosus, dives. N. D. I. 41. *vita* abundans *bonis* Phil. II. 27. *supellex non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen* abundantis Par. 6. *Haec utrum* abundantis an egentis signa sunt? 2. transfertur

ACCEDO, propius aliquo venio. Att. V. 16. *in provinciam* accedere Verr. V. 36. *praedones* accedunt *ad Syracusas* Phil. II. 41. *ad Aquinum* accedere. Leg. II. 3. *ad flumen* accedere. Q. Fr. III. 2. *ad corpus alicuius* accedere (einem auf den Leib gehn) 2. *tropice* de rebus similitudine coniunctis Brut. 147. *Antonio Philippus proximus* accedebat, *sed longo intervallo tamen proximus* N. D. I. 97. *ad similitudinem dei propius* accedit *humana virtus.* Verr. II. 7. *Siculi proxime* accedunt *ad nostram disciplinam.* Or. 58. id *ad numeros proxime* accedit. 3. i. q. addi, s. adiungi. Fin. IV. 24. *ad virtutis summam* accedere *nihil potest.* Att. VII. 3. *iis se solis non invidere, quibus nihil aut non multum ad dignitatem potest* accedere. de Orat. I. 60. *quo plus sibi aetatis* accederet *eo tardiores* etc. Fam. XII. 26. *ut quam maximus his literis cumulus* accedat Rull. II. 23. *postremo etiam vectigalia vestra venierint*, accesserint *in cumulum manubiae vestrorum imperatorum.* Hoc sensu saepe in tertia persona ponitur absolute. Att. I. 10. accedit *eo quod*, de Orat. II. 48. Accedebat ut ego — — tu autem — 4. de iis quae sensu accipiuntur; in Vat. 2. *non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum et honorificum ad aures tuas* accedat. 5. Or. I. 9. *ad rem publicam* accedere. i. e. magistratus petere. Hinc Verr. I. 12. *ad magistratus remque publ.* accedere Rosc. Am. 1. *quod nondum ad rempublicam accessi.* Ubi autem sermo est de Graecis, significat vel ducem belli primum fieri, vel initium facere apud populum de rep. dicendi. vid. res publica. 6. Verr. III. 40. accedere *ad vectigalia* dicuntur, qui ea redimere volunt, quod faciunt publicani. v. Gron. ad Sen. ep. 101. cui simile est illud Phil. II. 26. accedere *ad scelus sectionis.* h. e. in sectione bonorum se emptorem profiteri *Vid.* sectio. Sic Verr. I. 54. accedere ad hastam. 7. Verr. III. 28. accedere *ad conditiones eius* et *pactiones.* ea conditione pacisci, qua ipse voluit, quamvis valde iniqua. * Verr. II. 38. Caecil. 5. accedere *ad causam*, suscipere, de actore. accedere *ad periculum* Caec. 10. *i. e.* rei accusati defensionem suscipere 8. accedere in regnum, Pis. 22. 9. dicitur etiam de febrili paroxysmo Att. VII. 2. accedere *alteram leviorem* scil. febrim.

ACCELERATIO, de pronuntiatione. Her. III. 23.

Continuatio est orationis enuntiandae acceleratio *clamosa.*

ACCELERO de cursu. Catil. II. 4. *si* accelerare *volent, ad vesperam eum consequentur.*

ACCENDO, de lumine. Off. I. 51. *qui de suo lumine* accendat, *facit ut nihilo minus ipsi luceat, quum illi* accenderit. Univ. 28. *deus solem quasi lumen* accendit. Somn. Scip. *Luna radiis solis* accensa. 2. tropice pro *augeri.* Orat. I. 25. *praeclare se res habeat si haec* accendi aut *commoveri arte possint.*

ACCENSUS Verr. I. 28. etc. publicus minister magistratuum, similis viatori, qui eos etiam in provincias sequebatur. Dicitur autem accensus *Consuli*, accensus *Neroni.* (Alii erant olim accensi in militia Romana. vid. Salmas. Mil. Rom. c. 14. 15. Fabretr. Inscr. c. 6. p. 435. Q. Fr. I. 1. Accensus *sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris et muneris non temere nisi libertis suis deferebant, quibus illi non multo secus ac servis imperabant.*

ACCEPTIO Top. 8. nec deditio nec donatio sine acceptione intelligi potest.

ACCEPTUS i. q. carus, gratus. Somn. 3. *Nihil deo* acceptius *quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae civitates vocantur.* Vid. Accipio.

ACCESSIO. appropinquatio. Univ. *quum ad corpora tum* accessio *fieret tum ascessio.* * Verr. II. 53. accessiones dicuntur, quum quis tamquam interpres et internuncius crebro ad homines accedit, e. c. pretii postulandi causa, et de pretio cum iis agendi. 2. additio Off. III. *eorum neque* accessione *melior vita fit nec discessione prior.* 3. additamentum Rab. Post. 11. accessio *decumae* Sic Verr. III. 41. *Populus coactus est ei conferre lucri tritici modum* XXVI. *et* accessionem. Verr. III. 52. accessiones *nummorum*, quae paullo post dicuntur *corollaria nummorum.* Verr. V. LLS. *quinque* accessionis *cogebantur dare* Fam. II. 1. accessiones et *fortunae et dignitatis.* Off. I. 39 accessionem adiungere aedibus. Fin. I. 51. accessio *ad molestias* Fam. VII. 6. accessio *commendationis.* * Acad. pr. II. 35. accessio *definitionis*, ein bestimmender Zusatz, quod adiicitur, ut absoluta sit definitio. cf. Fin. II. 15.

ACCESSUS. appropinquatio. N. D. II. 7. *solis* accessus *discessusque.* de Or. III. 45. *Luna* accessu et

recessu suo solis lumen accipit. Divin. II. 42. accessu et *recessu stellarum caelum commutari.* Divin. II. 15. *quid de marinis aestibus dicam, quorum* accessus et *recessus* (Flut u. Ebbe) *lunae motu gubernatur.* N. D. II. 13. *Bestiarum* accessus *ad res salutares, a pestiferis recessus* 2. adventus Mil. 19. accessus *ad urbem.* 3. Fam. IX. 14. accessus *ad causam* est ratio, qua in oratione sensim aggredimur agere id, cuius causa suscepta erat oratio.

ACCIDO. penultima longa Prov. Cons. 14. res accisae: i. e. *tenues, imminutae calamitatibus.*

ACCIDO 1. proprie Att. I. 14. accidere *alicui ad pedes.* 2. evenire, contingere Divin. II. 7. *nihil fieri potest, nihil* accidere, *nihil evenire.* Att. I. 13. *quaeris quid* acciderit *de iudicio.* Div. I. 28. *eventus rerum qui* acciderunt. Divin. II. 8. *Nihil pro certo futurum est, quod potest aliqua procuratione* accidere *ne fiat.* Pison. 20. *illud* accidit *praeter optatum meum, sed valde ex voluntate ut in furorem incideres.* de Orat. II. 49. *nihil mihi ad dolorem acerbius* accidere *potuit.* 3. *de eo quod* sensu percipitur. Verr. IV. 2. *ad oculos animumque* accidit. cf. ad Att. II. 20. Vatin. 2. *honorificum ad aures* accidit. cf. Sext. 50, Verr. IV. 60. *mirum quendam dolorem* accidere *iis.* 4. Mil. 22. 36. *Si quid ipsi* accidat, i. e. si condemnetur, per εὐφημίαν. Fam. III. 10. tempus accidisset. Philipp. I. 4. Sext. 68. si *quid mihi humanitus* accidisset h. e. si mortuus essem.

ACCIO, ire. Fin. V. 31. nisi ea voluptatem acciret, i. e. afferret, efficeret.

ACCIPIO. pro capere, percipere. Verr. II. 18. sensum oculis animoque accipere. Q. Fr. III. 8. ex epistola accepi voluptatem. Div. II. 3. sensu accipere. cf. Fam. XV. 21. etwas vernehmen. 2. intelligere. Nat. D. III. 1. quae parum accepi. 3. discere Or. I. 25. *et si quis est, qui haec arte* accipi *posse putet.* 4. tractare. Tusc. IV. 36. quo te modo accepissem, nisi iratus essem. ibid. Tusc. II. 14. *pueri verberibus* accipiuntur Att. X. 6. Q. *puerum* accepi *vehementer.* Verr. II. *male* accepit *verbis Rabonium* Verr. IV. 40. *leniter clementerque hominem* accepit 5. pati, ferre. Lael. 25. *patienter* accipere *admonitionem.* Att. XV. 20. *fortiter hoc velim* accipias Att. I. 2. *durius hoc mihi* accipere *visus.* 6. interpretari Her. II. 26. accipere *aliquid in aliam partem ac dictum sit.* ibid. IV. 37. *Vereor quomodo hoc* ac-

cepturi sitis. Her. IV. *quum verbum in duas pluresve partes* accipi *potest* Att. XV. 11. accipere *beneficium in contumeliam.* 7. iudicatum solvi satis accipere, opponitur ei, qui satisdat. V. in satisdare. 8. Verr. II. 22. accipere, iudicium; sich einlassen, velle cum eo, qui nos provocat, et adducit in iudicium, experiri, et suam causam defendere. Quint. 20. quin iudicium acciperet in ea ipsa verba, quae Naevius edebat, non recusabat. 9. exigere. Verr. III. 30. iubet magistratus Siculos accipere decumas. i. e. redimere nomine civitatis. 10. *probare* significat fere in his. Att. I. 14. accipere rogationem. etc. v. rogatio. * Brut. 14. Appius consules de plebe non accipiebat, quod dicitur ap. Liv. IX. 46. accipere nomen, et est, iudicare alicuius petitionem legitimam, et ad petendum admittere. 11. Divin. I. 46. accipio omen. est formula, qua utebantur, omine bono oblato. 12.* Att. VI. 1. accipiam dolorem: mihi illum irasci feram, patiar. 13. acceptum vel, in acceptum ferre et referre alicui, est in tabulis scribere, nos aliquid ab aliquo accepisse pecuniae. *Nos dicimus* einem etwas gut schreiben. *Contrarium est* expensum ferre. Tropice Cic. ad Brutum scribens Paradoxa: *Hoc tamen opus in* acceptum *ut referas nihil postulo;* si vera est lectio; ubi significat *ich verlange nicht dafs du mir diese kleine Schrift in Rechnung bringen, mir sie gut schreiben sollst.* Sed vide *apertus.* v. Verr. I. 36. 57. etc. 14. de magistratibus et discipulis. Fat. 2. te flagrantissimum accipiam. sc. in disciplinam.

ACCLAMATIO. apud Ciceronem fere dicitur in malam partem, de auditoribus oratorem clamore adverso improbantibus; ad Q. Fr. II. 1. *maxima* acclamatione *Senatus*, i. e. *reclamante senatu. Eadem significatione ponitur* Inv. I. 17. *ubi cum strepitu componitur* Q. Fr. II. 3. *Pompeius non modo* acclamatione *sed convicio et maledictis impeditus fuit.* II. de Orat. 83. Vitanda est acclamatio adversa populi, quae aut orationis peccato aliquo excitatur si aspere, si arroganter, si turpiter, si sordide, si quo animi vitio dictum esse aliquid videatur, aut hominum offensione, vel invidia, quae aut iusta est, aut ex criminatione atque fama, aut res si displicet. Rab. perd. 6. *nihil me clamor iste commovet — Quanto iam lenior* est acclamatio. *Quin continetis vocem indicem stultitiae vestrae, testem paucitatis.*

ACCLAMO de auditoribus qui verbis quibusdam interpellant oratorem risus causa. Caecin. 10. Muren. 8.

ACCOLA. pro vicino, qui in eodem agro, oppido habitat. Verr. IV. 50. accolae Cereris.

ACCOMMODATE. Orat. I. 33. de exercitiis dicendi: *dicere quam maxime ad veritatem* accommodate: i. e. ad veritatem causarum forensium Orat. 33. de definitionibus oratoris, *definire non tam presse et anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed tum explanatius tum uberius et ad commune iudicium popularemque intelligentiam* accommodatius (*der gemeinen Fassungshraft mehr angemessen*). Fin. V. 1. ad naturam accommodatissime.

ACCOMMODATIO Nachgiebigkeit Verr. III. 82. *ex liberalitate atque* accommodatione *magistratuum*. 2. schickliche Anwendung. Her. I. 2. *Elocutio est idoneorum verborum ad inventionem* accommodatio.

ACCOMMODATUS. *angemessen* 1. cum dativo Brut. 30. *orationis genus exile nec satis populari assensioni* accommodatum. 2. *nutzlich, bequem*. Rull. II. 6. *lex vobis* accommodata *atque utilis*. Fam. III. 3. *quae mihi intelligis esse* accommodata (*meinem Interesse gemäſs*). Caecil. 3. accommodatus *saluti fortunisque omnium*. Cluent. 1. *oratio concionibus seditiose concitandis* accommodatior. Fr. Corn. *exemplum temporibus suis* accommodatissimum 3. *angepaſst*. Hortens. Fr. *corpora viva cum mortuis adversa adversis* accommodata, *quam aptissime calligabantur*. 4. cum praepos. et accusativo (angemessen). Pet. Cons. 11. *illud difficilius et magis ad tempus quam ad naturam tuam* accommodatum. Off. I. 28. *ad hominum consociationem* accommodatum. Acad. I. 8. *oratio ad persuadendum* accommodata.

ACCOMMODO cum dativo. 1. *einem gefällig seyn*. Fam. XIII. 5. peto ut ei de habitatione accommodes 2. *herleihen zum Gebrauche*. Verr. IV. 57. *si quid iste suorum* (signorum) *aedilibus* accommodavit. 3. *anpassen* fr. or. in Clod. *quum calanticam capiti* accommodaret. 4. cum praepos. et accusativo *etwas wornach einrichten*. Att. X. 7. *rationes suas ad eassum* accommodare. Fam. IX. 7. *meum consilium* ac-

commodabo *potissimum ad tuum.* Att. VI. 1. *dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana* accommodaturum Att. XII. 31. Ciceroni (filio) *hoc velim proponas, ut sumptus huius peregrinationis* accommodet *ad mercedem Argileti* i. e. ne maiores fiant sumptus, quam mercedes ex locatione aedium mearum in Argileto. 5. *nach etwas bequemen.* Orat. 9. *ad Atticorum aures teretes et religiosas se* accommodare. ibid. 8. *omnes qui probari volunt ad eorum qui audiunt arbitrium et nutum totos se fingunt et* accommodant. Divin. II. 15. *subitone fieri potest, ut se exta ad immolatoris fortunam* accommodent?

ACCRETIO. Tusc. I. 28. *Lunam* accretione *et diminutione luminis quasi fastorum notis signantem dies.*

ACCUBATIO. pro actu recumbendi s. cubatione N. D. I. 34. *ingressus, cursus,* accubatio, *inclinatio, sessio:* 2. de discubitione in conviviis Cat. mai. 13. Accubatio *epularis amicorum.*

ACCUMBO *de actu discumbendi in conviviis* Muren. 35. Lacedaemonii quotidianis epulis in robore accumbunt. Verr. V. Muliebria quotidie convivia erant, vir accumbebat nemo. Fam. IX 26. Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. Att. I. 9. Accubuerat supra me Atticus.

ACCURATE Brut. 80. accusator dicitur *de crimine* accurate *et exquisite disputare.* N. D. I. 6. accurate *et diligenter de diis immortalibus disputatum* Brut. 22. *studiose* accurateque *facere aliquid.* Att. XVI. 5. accurate *multis verbis agere.*

ACCURATIO Brut. 67. *C. Macri erat in inveniendis componendisque rebus mira* accuratio, *ut non facile in ullo diligenti rem maioremque cognoverim, sed eam ut citius veteratoriam quam oratoriam diceres (mehr die Sorgfalt eines Schlaukopfs als eines Redners).*

ACCURATUS. Orat. I. 60. accuratae *et meditatae commentationes. (mit Sorgfalt ausgearbeitete und durchdachte Aufsätze.)* Brut. 95. accurata et polita oratio.

ACCURRO celeriter advenio. Att. II. 20. *expeditus facito ut sis, si inclamaro ut* accurras. 2. de cogitationibus s. imaginibus in animum incidentibus Divin.

II. 67. quid *istae imagines ita nobis dicto audientes sunt*, ut *simul atque velimus* accurrant?

ACCUSABILIS accusatione dignus, vituperandus Tusc. IV. 35. si *iam ipsa illa* accusare *nobis stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique, quorum omnium* accusabilis *est turpitudo*.

ACCUSATIO. est actio accusatoris in reum in iudicio publico. Brut. 34. accusationem factitare. Off. II. 14. Eloquentiae maxima admiratio est in iudiciis (scil. proprie sic dictis s. publicis) quorum ratio duplex est; nam ex accusatione et defensione constat. Orat. 29. Accusationis *quinque libri* simpliciter dicuntur orationes actionis secundae in Verrem.

ACCUSATOR proprie est in iudiciis publicis, *petitor* in civilibus actionibus. Aliquanto tamen accusator ut Partit. 32. pro omni actore et petitore dicitur. Brut. 34. accusator *vehemens et molestus*; ib. 6. accusator *acer et acerbus*. Caecil. 9. *a. firmus et verus*. Rosc. Am. 20. *facile patimur* accusatores *quam plurimos esse, quod innocens si* accusatus *sit absolvi potest, nocens nisi* accusatus *fuerit condemnari non potest*. Rosc. Am. ib. accusatores *alii anseres sunt, alii canes*, Verr. I. 3. accusatores *quantum onus subeant*. Mil. 22. *de servis* accusatoris *in reum quaeri non debet*. Muren. 28. accusator *non debet in iudicium afferre potentiam, non vim maiorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam*.

ACCUSATORIE dicere, (in der Anklage schikaniren) Verr. II. 72. Non vereor ne quis hoc me magis accusatorie quam libere dixisse arbitretur. Verr. III. 70. non agam tecum accusatorie; nihil fingam.

ACCUSATORIUS Muren. 5. Accusatorum *Murenae reprehensio vitae ita fuit infirma ac levis, ut illos lex magis quaedam* accusatoria, *quam vera male dicendi facultas de vita Murenae dicere aliquid coëgerit*. Similiter dicuntur Flacc. 6. accusatorio *iure et more facta*.

ACCUSO. *proprie* culpo, aliquem obiurgo Fam. I. 1. *Pompeium iam liberius* accusare *et monere non desistimus*. Leg. III. 10. Iniqua est in omni re accusanda praetermissis bonis malorum enumeratio vitiorumque selectio. 2. Inprimis aliquem in causa publica reum facio et iudicio persequor. *Sic dicitur* accusare aliquem capitis ambitus etc. Cael. 3. *Aliud est male*

dicere, *aliud* accusare. Quid inter haec duo intersit ostenditur ibid.

ACER proprie N. D. II. acres *humores* (scharfe Säfte) *aut nimis concretos colligunt*. Hortens. acre *mel Hymettium*. Orat. III. 25. *Unguentis minus diu delectamur summa et* acerrima *suavitate conditis*, *quam his moderatis*. 2. de vi quadam vehementiore. N. D. II. 11. acerrimus *et mobilissimus ardor*. Tusc. II. 22. acer *morsus doloris* (heftiger Angriff des Schmerzens). 3. de sensibus. Planc. 27. *oculi* acres *atque acuti*. Orat. II. 87. acerrimus *ex omnibus sensibus est sensus videndi*. Orat. III. 47. *aurium mensura quod est* acrius *iudicium et certius*. 4. tribuitur ingenio, memoriae, cogitationi Orat. III. 51. neque tam est acris acies in naturis hominum et ingeniis. Orat. 5. acri ingenio vir. Orat. III. 5. acerrima *et attentissima cogitatio* (sehr scharfes und angestrengtes Nachdenken.) Sic de memoria artificiali Or. II *utendum est imaginibus agentibus* acribus, *insignitis* (lebhafte, hervorspringende, ausgezeichnete Bilder) 5. de vehementioribus animi commotionibus. Orat. II. 45. *potest animus iudicis inflammari* acri *et vehementi quadam incitatione*. Philipp. XII. acerrima *et fortissima libertatis recuperandae cupiditas* 6. personis tribuitur qui in aliqua re vehementes sunt; ut Fam. VIII. 15. acer *in rebus gerendis*. Brut. 5. *flagitator assiduus et* acer. Tim. I. acer *investigator* Att. I. 8. acer *amator* (rei emendae) Fam. I. 1. *defensor* acerrimus. Am. 24. acerrimus *ad efficiendum* Orat. II. 43. homines probi demissi, non acres (nicht heftig) Fam. X. 28. civis acerrimus (ein feuriger Patriot) 7. *de eiusmodi rebus* Sull. 18. quae nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit atque acerbissima.

ACERBITAS. severitas tristis. (Bitterkeit) Offic. I. 38. *id quod* acerbitatis *habet obiurgatio*. Part. or. Acerbitas *iustitiam imitatur*. Fin. IV. acerbitas *sententiarum* (*die allzugroſse Strenge in Grundsätzen*). Prov. Cons. 14. acerbae *res si erunt relictae revirescent ad bellum renovandum*. 2. inveteratum odium, vel feritas adeo et crudelitas Q. Fr. I. 1. *iracundia exorabilis* : *ut in malis*, acerbitati *anteponenda est*. Philipp. XII. 11. acerbitas *morum immanitasque naturae ne vino quidem temperari solet*. Lael. *in aliquem evomere virus* acerbitatis *suae*. 3. calamitates ad sensum tristes IV. Catil. 1. *omnes* acerbitates, *omnes dolores cruciatusque per-*

ferre. Att. IX. 6. *neque de otio nostro spero iam, nec ullam* acerbitatem *recuso.* Dom. 43. acerbitas *Sullani temporis.* 4. crudelitas. Cluent. 55 acerbitas *proscriptionis.* 5. de crudelitate: V. Verr. 56. acerbissimus *innocentium cruciatus.*

ACERBUS proprie de sapore fructuum immaturorum. Sen. 15. *uva primo est* peracerba *gustatu, deinde maturata dulcescit. Inde* res acerbae, sunt quasi immaturae, nondum plane compositae Prov. cons. 14. *Una atque altera aestas — Galliam sempiternis potest vinculis astringet; impolitae vero res et* acerbae *si erunt relictae, quamquam sunt accisae, tamen efferent se aliquando et ad renovandum bellum revirescent.* 2. de voce citharoedi Her. IV. 47. ubi vox acerbissima (*eine grelle mißtönende Stimme*) componitur cum *turpissimo corporis motu.* 3. tropice de hominibus, qui in exigendo labore, usura, mercede, virtute aut alia quacunque de re nimis durus est Orat. I. 43. *omnia quae proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non* acerborum *sunt, valde benivolentiam conciliant.* N. D. III. 31. *Aristo Chius dicere solebat nocere audientibus philosophos iis, qui bene dicta male interpretarentur; posse enim* asotos *ex Aristippi,* acerbos e *Zenonis schola exire.* (es könnten Schwelger aus Aristipp's und Sauertöpfe aus Zeno's Schule hervorgehn.) Lael. 24. *Scitum est illud Catonis: melius de quibusdam* acerbos *inimicos mereri, quam eos amicos qui dulces videantur. Illos verum saepe dicere hos numquam.* Att. VI. 1. acerbissimi *feneratores.* Planc. 17. acerbum *genus iudicii.* 4. de rebus tristibus, duris. Quint. 31. acerbum *est ab aliquo circumveniri;* acerbius *a propinquo* IV. Catil. 1. acerbissima *vexatio* Planc. 41. acerba *memoria temporis.* Mur. 41. componuntur acerba, *misera, luctuosa.* Att. X. 7. acerba *vox.*

ACERVALIS. Div. II. 4. Soriten interpretatur acervalem.

ACERVATIM. Or. 25. acervatim multa frequentare, sc. in eadem complexione verborum. Cluent. 10. acervatim *reliqua dicam* (ich will das übrige kurz zusammendrängen).

ACERVUS. Tusc. V. 15. *ut* acervus *ex sui generis granis sic beata vita ex sui similibus partibus effici debet.* Ac. pr. II. 16. *Soritas hos vocant, qui* acervum *efficiunt uno grano.* Vid. Sorites.

ut in eius bonis acquiescam. Att. IV. 16. *nulla est res publica in qua* acquiescam. Fam. IX. 5. *artes nostrae nescio quomodo nunc uberiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant* (libros a se scriptos intelligit) *sive quia nunc nulla in alia re* acquiescimus, *sive quod gravitas morbi facit, ut medicinae egeamus* Lael. 27. *senes in adolescentium charitate* acquiescimus. 3. de assensu quo dubitatio tollitur, et nihil amplius ad certitudinem requiritur. Acad. pr. II. 46. *Tu quum es commotus*, acquiescis, *assentiris, approbas, verum illud, certum, comprehensum, perceptum ratum, firmum, fixum vis, deque eo nulla ratione neque pelli neque moveri potes.* 4. de sensu aurium in clausulis periodorum Orat. 59. *quare quum aures extremum semper exspectent, in eoque* acquiescant.

ACRATOPHORUM. Fin. III. 4. vas vinarium, quo asservatur vinum meracum, aqua haud temperatum s. ἄκρατον. Pollux VI. c. 16. δ 99. ψυκτὴρ, πολυθρύλλητος, ὃν καὶ δῖνον καλοῦσιν ἐν ᾧ ἦν ὁ ἄκρατος. Οἱ πολλοὶ δὲ ἀκρατοφόρον αὐτὸν καλοῦσιν

ACREDULA. Divin. I. 8. est ulula quod Salmas. ad Solinum docuit. Fuerunt qui lusciniam intelligerent. Apud Aratum cuius versiculos Cicero ibi latine vertit est ὀλολυγών.

ACRIMONIA in oratore est i. q. δριμύτης vehementia cum gravitate composita. * Her. IV. 13. 24. In pronuntiando opponitur *sermoni* ibid. IV. 42. *Aliter* Her. III. 15. *Convenit in vultu pudorem et* acrimoniam *esse;* ubi acrimonia in vultu est *ein ernster durchdringender Blick.*

ACROAMA cantus aut concentus vel oratio aures voluptate demulcens Arch. 9. *Themistocles quum ab eo quaereretur, quod acrouma aut cuius vocem libentissime audiret, respondit eius, a quo sua virtus optime praedicaretur.* 2. artifex ipse, qui alios oratione, aut cantu, aut actione scenica exhilarat. Nobis *ein Virtuose.* Verr. IV. 22. *festivum* acroama Sex. I. 54. P. Clodius dicitur *ipse ille ludius, non solum spectator sed actor et* acroama.

ACROASIS circulus eruditorum hominum, in quo fiunt recitationes. Att. XV. 17. Cicero de filii sui literis: *Ipsius literae sic et φιλοστόργως et εὐπινῶς scriptae ut eas vel in* croasi *audeam legere.*

ACTAE commemorantur inter instrumenta voluptatis, propter earum amoenitatem. Cael. 15. Att. XIV. 8. in actis esse i. e. in praediis maritimis, s. in territoriis in litore amoeno positis, ut Verris in litore Siciliae.

ACTIO 1. factum aliquod, aut res gesta N. D. II. 23. actiones *appetitionibus consentaneae* Off. II. 1. actiones suas scriptis mandare. 2. vis ipsa agendi, seu virtus actuosa. Divin. I 32. *Intelligitur animi eam partem, quae sensum, quae motum, quae appetitum habeat, non esse ab actione corporis seiugatam.* 3. In oratore est corporis eloquentia, die Mienen- und Geberdensprache, und der ganze äuſserliche Vortrag. Brut. 38. *Demosthenem ferunt ei, qui quaesisset, quid primum esset in dicendo,* actionem; *quid secundum, idem, et idem tertium respondisse.* Orat. 17. *Demosthenes tribuit et primas, et secundas et tertias* actioni Brut. 68. Actio *Pompeii habebat et in voce magnum splendorem, et in motu summam dignitatem.* Orat. III. 17. *est enim* actio *quasi sermo corporis.* Or. 59. *Est enim* actio *quasi corporis quaedam eloquentia quum constet e voce atque motu.* Orat. II. 17. actio *varia, vehemens, plena spiritus* (*ein mannigfaltiger, eingreifender Vortrag voll Geist und Leben.*) Or. 25. Actio *non tragica nec scenae sed modica iactatione corporis, vultu tamen multa conficiens, non hoc quo dicuntur os ducere* (grimassiren) *sed illo quo significant in genere quo sensu quidque pronuntient* Orat. III. 26. de histrione summam actionis vehementiam iis, locis, ubi ea maxime opus est, reservante; *in quo* (versiculo) *tanta commoveri* actio *non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta.* 4. In foro actio est vel accusatoris vel petitoris (*die Anklage, oder der Rechtsstreit*). Rosc. Com. 12. integram actionem alicui relinquere. Caec. 11. quaero, sitne huius rei actio nonnulla. Hinc praetor dicitur, actionem dare, v. c. Verr. II. 27 quum permittit accusatori vel petitori in aliquem ex lege aliqua agere. Caecil. 5. Civibus quum sunt ereptae pecuniae, civili fere actione repetantur i. e. ea, qua civis utitur in eum, qui pecunias eripuit, et est iuris civilis privati. cf. de utroque genere actionum Salmas. de mod. usur. cap. 3. p. 108. sqq. 5. est formula, qua actor utitur in intendenda reo lite, quae a ICtis fere petebatur. Caecin. 3. qua actione illum uti velit. Att. VI. 1. Cn. Flavium scribam actiones

composuisse. cf. Top. 17. Orat. I. 36. 41. Non multum diversae fuere Actiones Hostilianae etc. de quibus v. Ind. Hist. 6. quum actio prima, altera, tertia commemoratur, ut Verr. I. 30. 11. Act. I. in Verr. 18. etc. significatur, quoties ea causa ad iudices tota acta sit. Sic duae sunt actiones in Verrem, quarum in prima solis testibus usus est Cicero, altera perpetua oratione: quamquam altera actio illa Verrina scripta tantum est. 7. Actionis *quaestio* est *constitutio translativa.* Inv. I. 8. Vid. *constitutio.* 8. Actiones magistratuum *ut* consulares, tribuniciae, *sunt leges ad populum latae* vel SCta; senatorum *vero* actiones *sunt sententiae in senatu dictae* Fam. X. 28.

ACTOR *est in sensu forensi is, qui alterius nomine accusat aut petit*, h. e. lege in aliquem *agit.* v. c. in Caecil. 1. — 2. In scena autem histrio. ad Q. Fr. I. 1. 16. Poetae boni et actores industrii in extremo actu diligentissimi esse solent. in Caecil. 15. actores secundarum aut tertiarum partium. Or. III. 56. oratores sunt veritatis ipsius actores — — imitatores veritatis, histriones. Orat. I. 26. Nihil est quod cogat homines sicut in foro non bonos oratores item in theatro malos actores perpeti 3. *is qui orationem pronuntiat.* Orat. 19. inventor, compositor, actor. 4. *omnino is, qui aliquid agit.* Orat. III. 14. ut illum efficeret oratorem verborum actoremque rerum. *Ita redduntur verba Homeri* Iliad. I. 443. *μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.* Sext. 28. Gelo dux auctor et actor illarum rerum fuit (*war Führer, Rathgeber und Vollbringer*).

ACTUARIA sc. navis. Att. V. 6. et actuariolum, X. 11. etc. inde dictum hoc genus, ut ait Nonius, quod celeriter agi remis possent. Duo autem erant earum navium genera, minus et maius, de quibus v. Scheffer. de Re Nov. II. 2.

ACTUOSE. Or. III. 26. *de histrione,* quam leniter, quam remisse, quam non actuose. (*mit wie wenig leidenschaftlichem Ausdrucke.*)

ACTUOSUS. qui semper aliquid agit, opponitur *nihil agenti* N. D. I. 40. Virtus est actuosa (thätig) Deus autem vester nihil agens. Orat. 36. Partes orationis luminosae et quasi actuosae (*glänzende und gleichsam handlungsvolle Theile der Rede*) h. e. *in quibus orator summam potest vim eloquentiae expromere.*

curis animum exedentibus Att. I. 15. *domesticarum sollicitudinum* aculei *et scrupuli.*

ACUMEN 1. proprie extremitas acuta Orat. I. 33, *omnia sub* acumen *stili subeant necesse est.* 2. Auspicia ex acuminibus N. D. II. 3. Divin. II. 36. optime explicavit Hottingerus ad h. l. de phaenomenis quibusdam electricis, e quo genere est illud quod Livius narrat hist. XXII. 1. *Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nuntiata: in Sicilia militibus aliquot spicula, in Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse.* Idem XLIII. 13. *Fregellis in domo Atrei hasta quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas* arsisse, *ita ut nihil eius ambureret ignis, dicebatur.* Cui quidem interpretationi hoc quoque favet, quod Cicero dicit auspicium ex acuminibus totum militare esse. 3. vis ingenii in rebus occultis perspiciendis Fam. V. 14. *Meae totius orationis* Orat. II. 29. *tres sunt rationes una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda* acumen, *tertia vim desiderat.* 4. Subtilitas in argumentando (Spitzfindigkeit) Orat. 31. *Argutiae et* acumen *Hyperidis.* Orat. II. 38. *Dialectici se compungunt suis acuminibus.*

ACUERE sensu proprio acutum reddere Tusc. I. 40. *ne stridorem quidem serrae audiunt quum acuitur.* 2. metaphorice de ingenio et mente, quum eius vis doctrina vel exercitatione vel intendendo augetur Tusc. I. 33. *multa quae acuant mentem, multaque quae obtundant* Att. II. 7. acuerem me ad excogitandum Orat. I. 90. *consuetudo exercitatioque et intelligendi prudentiam* acuit, *et loquendi celeritatem incitat.* Or. III. 30. acuere linguam Philipp. II. 17 Antonius dicitur *vini exhalandi non ingenii* acuendi *causa declamitare.* 3. excitare Off. III. 1. *duae res, quae languorem afferunt ceteris* — Scipionem acuebant, *otium et solitudo.* Ligar. 5. *eorum ipsorum ad crudelitatem te* acuet *oratio.*

ACUTA vox est eine Diskantstimme. Acuta exclamatio Her. III. 12, ein kreischendes Geschrei, in zu großer Höhe, ad muliebrem potius vociferationem quam ad virilem dignitatem in dicendo accommodata.

ACUTE subtiliter, de doctrinis. Inv. II. 16. *sed illa tenuius, subtilius et* acutius *traduntur.* 2. de dictis aut

responsis acumen prodentibus Cael. 8. *si mihi* acute *arguteque responderit.* Orat. I. 57. *colligere multa non modo* acute, *sed etiam ridicule et facete.* (nicht blos scharfsinnig, sondern auch scherzhaft und witzig.) 3. in cantibus acute sonare Somn. 5. est *hoch klingen, einen hohen Ton geben.*

ACUTUS sensu proprio *spitzig* Acad. II. *Lunae nascentis alias hebetiora alias* acutiora *videntur cornua.* 2. transfertur ad mentem, ingenium et sententias; significatque maiorem vim perspicacitatis (scharfsinnig) Att. XII. 37. *Antisthenes homo* acutus *magis quam eruditus* N. D. I. 16. *Licet videre* acutiora *ingenia et ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolunt eas, in quibus aer sit tenuis ac purus.* Opt. gen. or. 2. *sententiae docendi* acutae *sunt, delectandi quasi argutae, commovendi graves.* Orat. I. 25. *Motus animi celer et* acutus *ad excogitandum* Orat. I. 51 acutus *homo et natura usuque callidus.* Brut. 27. *Gracchi et Carbonis orationes nondum satis splendidae verbis, sed* acutae *prudentiaeque plenissimae.* Brut. 67. *Piso minime quidem tardus in excogitando, verum tamen vultu et simulatione multo etiam* acutior, *quam erat, videbatur.* 3. soni acuti in cantibus *die hohen Töne, der Diskant.* Somn. 5. *motus* acuta *cum gravibus temperans varios aequabiliter concentus efficit.* Orat. I 59. *vocem ab* acutissimo *sono usque ad gravissimum sonum recipere.* (die Tonleiter mit der Stimme vom höchsten Tone bis zum tiefsten durchlaufen.

ACUTULUS N. D. III. 7. Zenonis acutulae conclusiones ziemlich spitzfindige Schlüsse.

ACUS. Mil. 24. *Vulnus in latere, quod* acu *punctum videretur pro ictu gladiatoris putari.* Fragm. acu *enucleare (haarklein ausfadeln.)*

AD *praepositio* 1. notat viciniam loci *ut* oppidi, fluminis, domus etc. Sic Fam. XV. 4. ad *Cybistra.* Divin. II. ad *lacum Thrasimenum.* Att. XIV. 18. *Villa* ad *Lucrinum.* Rosc. Am. 7. ad *balneas Palatinas.* Att. VI. 1. *statua* ad *Opis* (scil. aedem) *posita.* Sic Milon. 33. ad *Castoris* Cluent. 36. ad *Iuturnae* Fam. VIII. 4. ad *Apollinis.* Att. X. 18. *Dionysius fuit* ad *me bene mane.* Att. X. 4. *Curio fuit* ad *me sane diu.* Fam. III. 11. ad *fluvium Pyramum.* Orat. II. *stare* ad *ianuam.* Philipp. XII. 11. *facilis est circumspectus, quid* ad dextram,

quid ad *sinistram sit.* Att. VII. 16. *scripsit ad me ut essem* ad *urbem.* 2. motum versus locum designat. Att. XIII. 21. *convertere* navem ad *puppim.* Quint. 19. ad *negotium suum relicto procuratore proficisci.* Milon. 51. *Aricia rediens devertit Clodius* ad *se ad Albanum*, h. e. ad villam suam Albanam Catil. II. 8. *Simulacrum* ad *orientem convertit.* 3. significat spatium temporis, item terminos alicuius spatii, distantiae, numeri. Cluent. 40. *annos* ad *quinquaginta* natus. Att. XVI 6. ad *diem solvere* i. e. die constituta. Orat. I. *legere orationem* ad *eum finem, quem memoria possit comprehendere.* Q. Fr. II. 1. *Sane frequentes fuimus, omnino* ad *ducentos* (im Ganzen bis zu 200) Q. Fr. II. 13. ad *numerum iudices habere* i. e. iustum numerum. Rosc. Com. 11. *nisi planum facit* ıɔɔɔ ad *libellam sibi deberi.* i. e. nec plus nec minus. 4. Finem alicuius rei, effectum qui obtinetur designat a) post adiectiva et participia pass. Sext. 5. *vestigia integritatis non pressa leviter* ad *exigui praedicationem temporis, sed fixa* ad *memoriam omnium sempiternam.* N. D. II. 62. ad *rationem sollertiamque praestantior.* Cluent. 65. *callidi* ad *fraudem* Off. I. *ut ceteri sint* ad *iniuriam tardiores.* Flacc. *Res varia et multiplex* ad *suspiciones et simultates* Deiot. 1. *quae mihi sunt* ad *spem obtinendae veritatis gravissima* ad *contentionem dicendi*, ad *omnem motum animi leviora.* Orat. II. *Nihil mihi* ad *dolorem acerbius accidere potuit.* Leg. II. 14. ad *veritatem admirabile.* Catil. III. 4. *annus fatalis* ad *interitum.* b) post substantiva. Tusc. III. 4. *mentis* ad *omnia capacitas.* Off. II. 6. *Magna vis est fortunae in utramque partem vel* ad *secundas res vel adversas.* Parad. I. *Num illi ullam cogitationem habuisse videntur aut auri* ad *avaritiam aut amoenitatum* ad *delectationem aut supellectilis* ad *delicias, aut epularum* ad *voluptates* c) post verba Mil. 29. *Qui tyrannos necaverunt prope* ad *immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur* Div. I. ad *errorem multitudinis simulacra fingere.* 5. ponitur in comparationibus. Leg I. 2. *nihil* ad *Caelium, sed potius* ad *antiquorum languorem atque inscitiam.* 6. relationem contrarii. Cael. 3. Ad istam omnem rationem (h. e. contra istam) brevis est defensio Fam. IV. 16. *animus obduruit* ad *dolorem novum.*

ADAEQUO. Qu. Fr. II. 6. Senatorum urna co-

ADHAEREO. Vat. 13. Tela in tuis visceribus adhaerebunt. 2. metaphorice Fam. VIII. 3. *tamquam in quadam incili omnia* adhaeserunt. 3. de eo quod postremo loco additur Vat. 11. *Tenesne memoria te extremum* adhaesisse i. e. extremum quaestorem esse factum.

ADHAERESCERE. 1. diutius in loco manere. Att. IV. 4. *utique fac venias si potes in his locis* adhaerescere. 2. de rebus in mente insidentibus Or. II. 53. *argumentum ratio ipsa confirmat, cui simul atque emissum est* adhaerescit. Or. II. 61. *dixisti non tam ea quae recta essent, probari, quam quae prava fastidiis* adhaerescere. 3. diligenter et assidue persequi Off. I. 25. *omnino ita iustitiae honestatique* adhaeresceret. Acad. II. 3. *ad quamcunque sunt disciplinam, quasi tempestate delati, ad eam tamquam ad saxum* adhaerescunt. 4. oratio dicitur adhaerescere, (ut aqua quum in flumine ad saxum aut aliam iniectam rem offendit,) quum aspera est, hiulca, non leniter fluens. Brut 79. 93. 5. orator autem adhaerescit, quum lingua non est satis soluta et incitata. Brut. 93. — 6. convenire, consentaneum esse. Or. III. 10. *si non omnia quae proponerentur a me ad omnium vestrum studium et ad id genus, quod quisque vestrum in dicendo probaret* adhaerescerent. 7. Sext. 8. adhaerescere ad columnam. v. Columna.

ADHAESITATIO. Fin. I. 6. adhaesitationes atomorum.

ADHAMARE, pro appetere in fragm. Acad. I. apud Nonium h. v. ubi tamen pro *semis honores* adhamaverunt, *alii legunt* adamaverunt.

ADHIBERE 1. uti. Cat. mai. 11. *utendum exercitationibus modicis, tantum cibi et potionis adhibendum.* Off. I. 24. *Medici gravioribus morbis periculosas curationes et ancipites* adhibere *cogantur.* Pet. Cons. 4. *ad hanc rem* adhibeas *necesse est omnem rationem et curam et laborem.* Tusc. V. 34. *Persas negat Xenophon ad panem* adhibere *quicquam praeter nasturtium* 2. porrigere N. D. III. 27. *melius est aegrotis non* adhibere *vinum omnino.* 3. afferre. Orat. II. *ut his rebus* adhibeat *tanquam lumen aliquod memoriam, vocem, vires.* Arch. 3. *qui aures* adhibere *posset* i. e. qui afferre posset aurium iudicium. 4. de hominibus, aliquos in subsidium, in consilium, ad testimonium etc. advocare. Offic. II. adhi-

ees et absolutas. etc. 2. oratoria quaedam exornatio. Heren. IV. 27. *quum verbum, quo res comprehenditur, non inter, ponimus sed aut primum aut postremum collocamus.* Cic. Or. III. 54. 3. Partit. 5. *verborum* adiunctio *est* compositio.

ADIUNCTOR, Galliae, ad Att. VIII. 3.

ADIUNCTUS. Cluent. 10. quae adiunctiora huic causae sunt.

ADIUNCTUM. vox dialectica, Top. 12. *loci argumentorum ex* adiunctis *repeti possunt, ut quaeratur quid ante rem, quid cum re quid postea eveniat.* Adiunctum negotio id intelligitur quod maius, et quod minus et quod simile et quod aeque magnum, et quod contrarium et quod disparatum, et genus, et pars, et eventus Inv. I. 28. II. 12. (Verhältnisse oder Beziehungen der Sache.)

ADIUNGERE proprie, de rebus corporis Cael. *Huic fundo continentia quaedam praedia et* adiuncta *mercatur.* N. D. II. 55. *aspera arteria ostium habet* adiunctum *linguae radicibus.* ibid. *os* adiunctis *naribus spiritu augetur.* Off. I. *Scaurus accessionem aedibus* adiunxit. 2. transfertur ad res in animis coniunctas. Cluent. *metus* adiunctus *ad gratiam.* Lael. 14. *si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet et* adiungat. Acad. I. 11. adiungebat *non omnibus visis fidem.* Tusc. V. *Indolentiam honestati Diodorus* adiunxit Rosc. Am. c. 31. *crimen et suspicionem potius ad praedam* adiungerent *quam ad egestatem* h. e. iudicarent eum potius, qui praedam habeat ex Roscii occisi facultatibus, quam eum qui egeat caedis auctorem esse. Agr. II. 5. adiungere *noctem et solitudinem ad suos coetus occultos.* 3. de personarum et ordinum coniunctione usurpatur. Fam. V. 7. *si te mea summa erga te studia parum mihi* adiunxerunt. Fam. I. 8. *ego me ad eius rationes* adiungo *quem tu in meis rationibus tibi* adiungendum *putasti.* 4. de rebus in artificio aliquo vel in libro coniunctis. Orat. 52. *Isocrates verbis solutis numeros primus adiunxit.* Inv. I. *Eius artificii cognitio huiusmodi est, ut non ad huius artis partem aliquem* adiungi *possit.* Orat. I. 55. *Iuris scientiam eloquentiae tamquam ancillulam pedissequamque* adiunxisti. Brut. . . *ornamenta oratoria dicendi ad elegantiam verborum Latinorum* adiungere. Fam. XII. 16. *Tu sicut*

quodam scriptore, quem sequi possimus adiuti) *sed ut dicitur Marte nostro.* Lael. 23. *Natura solitarium nihil amat. semperque ad aliquod tamquam* adminiculum *annititur* (*sucht sich immer an irgend eine Stutze anzulehnen*).

ADMINISTER. Verr. II. 54. Timarchides administer Verris cupiditatum. Rosc. Am. 28. *Unus puer victus quotidiani* administer (*der den Tisch besorgt*) *ex tanta familia Sex. Roscio relictus non est.* Verr. II. 28. *Timarchides omnium rerum transactor et* administer. Quint. 25. administri et satellites Sex. Naevii. Leg. III. 43. *Boni auguris est, meminisse — Iovi Opt. se consiliarium atque* administrum *natum.*

ADMINISTRA Manil. 13. *non solum bellandi virtus in — imperatore quaerenda est, sed multae aut artes eximiae huius* administrae *comitesque virtutis.*

ADMINISTRATIO. *Regierung, Verwaltung.* N. D. I. *an dii ab omni curatione et* administratione *rerum vacent* Fam. I. 9. *si omni actione atque* administratione *rei publ. floruissemus.*

ADMINISTRATOR. Or. I. 48. *Imperator est constitutus* administrator *quidam belli gerendi.*

ADMINISTRO. Off. I. 25. *rem publicam* Inv. I. 24. *rem familiarem.* Verr. IV. 64 *vigilanter provinciam.* Rosc. Am. 32. *summam rerum.* Fin. I. 19. *Epicurus exiguam dicit fortunam intervenire sapienti optimasque res consilio ipsius et ratione* administrari. Off. I. 25. *ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publ. causa severitas, sine qua* administrari *civitas non potest.* Flacc. 35. *conditiones miserae* administrandarum *provinciarum.*

ADMIRABILIS 1. bewundernswürdig. Orat. I. 2. admirabiles *in dicendo.* Fam. I. 7. *Sapientia tua non iucunda solum, sed* admirabilis *etiam visa est.* Att. IX. 15. pro tua admirabili et singulari sapientia. 2. in malam partem erstaunlich. Fat. 38. admirabilem *licentiam et miserabilem inscientiam disserendi.* Phil. III 7. admirabilis *impudentia.* 3. admirabile *genus causae* (*befremdlich, auffallend, anstößig*) *a quo alienatus est animus auditorum.* Simili ratione παράδοξα Stoicorum dicuntur admirabilia. Fin. IV. 27.

ADMIRABILITAS. N. D. II. 35. *caelestium rerum atque terrestrium.* Off. II. 11. *animi despicientia*

(qua scil. contemnit voluptates, dolores, vitam mortem etc.) admirabilitatem *magnam facit;* i. e. *magnam admirationem excitat.*

ADMIRABILITER. Tusc. IV. 16. Stoici de sapiente nimis admirabiliter nimisque magnifice dicere videntur.

ADMIRATIO. 1. *Bewunderung.* Orat. III. 26. *Habeat illa in dicendo* admiratio *ac summa laus umbram aliquam et recessum.* Orat. I 55 *Haec sunt quae clamores et* admirationes, *in bonis oratoribus efficiunt.* Brut. 84. *crebrae assensiones multae* admirationes. N. D. II. 48. *Est etiam* admiratio *nonnulla in bestiis aquatilibus iis, quae gignuntur in terra.* Inv. I. 17. *animus defessus audiendo aut* admiratione *integratur aut risu renovatur.* 2. *Verwunderung.* Orat. II. 62. *Ambiguum* admirationem *magis quam risum movet.* 3. *Befremdung.* Orat. 3. *Video hanc primam ingressionem meam — aut reprehensionis aliquid aut certe* admirationis *habituram.* Inv. II. 50. Admiratio *per contentionem qui fieri possit, ut qui hoc aequum esse concedat, illud neget, quod aut aequius aut eodem sit in genere.* (*Erklärung* seines Befremdens *durch Gegeneinanderstellung, wie es möglich sey des einen Falles Billigkeit einzugestehen, des andern aber zu leugnen.*)

ADMIROR, 1. ich bewundre. Fam. I. 7. *Magnitudinem animi tui semper sum* admiratus *semperque amavi.* Off. I. 20. Nihil hominem nisi *quod honestum decorumque sit aut* admirari, *aut optare aut expetere oportet.* 2. ich verwundre mich. Att. VII. 9. admiratus *sum brevitatem epistolae tuae.* 3. es befremdet mich. Att. X. 17. *de diplomate* admiraris *quasi nescio cuius te flagitii in simularem. Negas enim te reperi re qui mihi id in mentem venerit.*

ADMISCEO. 1. de rebus. N. D. II. *aquae* admistus *est calor.* ibid. *Aer multo calore* admistus *est.* Univ. 1. *Deus bonis omnibus mundum explevit, mali nihil* admiscuit. Tusc. II. 11. *Versus ab his* admisceri *orationi.* Orat. II. 49. admiscere *generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum — lenitatis et mansuetudinis coepi.* 2. de personis Philipp. XII 7. *Ego ad id consilium* admiscear; *in hac legatione sim.* Q. Fr. III. 1. Trebatium meum, quod isti admisceas nihil est. 3. admixtus s. admistus *opponitur simplici* Cat. Mai. *Animus nihil habet in se quisquam* admistum

dispar sui. Tusc. I. *nihil est enim iis* admixtum *nihil concretum.*

ADMISSARIUS proprie equus mas ad prolem nutritus (ein Zuchthengst, ein Beschäler) tropice de viro libidinoso. Pison. 28. *Itaque* admissarius *iste simul atque audivit a philosopho voluptatem laudari — sic ad illius hanc orationem adhinniit.*

ADMITTO proprie alicui copiam accedendi facio. Att. XIII. 50. *Caesar tertiis Saturnalibus ad Philippum nec quemquam* admisit. Philipp. VIII. *domum recipere legatum hostium, in cubiculum* admittere atque reducere. Off. I. 39. *Domus clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi, et* admittenda *hominum cuiusque modi multitudo.* 2. aliarum rerum copiam facio. Caecil. 16. *mihi quam multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas* admisero. 3 i. q. committere, de sceleribus malis facinoribus. Milon. 37. *quidnam concepi tantum scelus, aut quod in me tantum facinus* admisi. Att. IX. 4. *tantum mihi dedecoris* admisisse *videor.* Rab. Perd. 9. *fraudem capitalem* admisit. Fam. III. 10. *commissum faciam et* admissum *dedecus.*

ADMODUM. 1. plane. Brut. 55. *literarum* admodum *nil sciebat.* 2. valde Phil. V. 17. *maiores nostri veteres illi* admodum *antiqui.* 3. est verbum assentientis. Leg. III. 11. *scis frater, solere in huiusmodi sermone ut transiri alio possit* ADMODUM *dici, vel* PRORSUS ITA EST.

ADMONERE. ermahnen, erinnern. Cael. 00. *Illud te* admonitum *esse volo.* Att. I. 8. *Etenim ibi sellas haec scripsi, ut me locus ipse* admoneret. N. D. I. 3. *nam qui* admonent *amice docendi sunt, qui inimice insectantur repellendi.* N. D. I. *ac de forma partim natura nos* admonet *partim ratio docet.* Div. II. 65. *quam multi inopes, digni praesidio deorum nullo somnio ad thesaurum reperiendum* admonentur. 2. de debitoribus *mahnen.* Top. I. 1. admonitus huius aeris alieni nolui deesse.

ADMONITIO. Erinnerung, Ermahnung. Orat. II. admonitio *quasi lenior obiurgatio.* Fin. V. *Tanta vis* admonitionis *est in locis ut non sine causa ex his memoriae ducta sit disciplina.* 2. *Andeutung, Anzeige* de sensibus; admonitiones. Tusc.

effoetum corpus tradit senectuti. ibid. 19. Adolescentia *multo plures quam senectus mortis causas habet. Facilius in morbos incidunt* adolescentes, *gravius aegrotant, tristius curantur.* Cat. mai. 20. *Sunt pueritiae certa* studia. *Num igitur ea desiderant* adolescentes? *Sunt et ineuntis* adolescentiae. *Num ea iam constans requirit aetas, quae media dicitur? Sunt etiam huius aetatis. Ne ea quidem quaeruntur a senectute. Sunt extrema quaedam studia senectutis.*

ADOLESCENTULUS. Att. I. 13. *Iam vero, rem perditam, etiam noctes certarum mulierum atque* adolescentulorum *nobilium introductiones* (nempe ad stuprum) *nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.*

ADOPTIO. Dom. 13. *Quod est Pontifices ius* adoptionis? *nempe ut is adoptet, qui neque iam procreare filios possit, et quum potuerit, sit expertus.* Fin. I. 7. T. Torquatus filium D. Silano in adoptionem emancipavit.

ADOPTO *proprie de* adoptione *liberorum.* Brut. 19. *qui hunc minorem Scipionem a Paullo* adoptavit. Brut. 68. *Iocose dicitur de* C. Staleno, *qui se ipse* adoptaverat *et de Staleno Aelium fecerat,* i. e. *se Aeliae gentis esse mentitus erat.* 2. translate, pro *assumere* adsciscere Caecil. 20. adoptare *sibi patronum.* ibid. 17. adoptare *sibi defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum.* Fam. V. 9 *Ego autem quem potius* adoptem aut invocem, quam illum quo defendente vincere didici.

ADORIOR invado, aggredior Sext. 37. *inermem atque imparatum tribunum alii gladiis* adoriuntur *alii fragmentis septorum et fustibus* 3. *pro* suscipere. Orat. II. 51. *ne convellere* adoriamur *ea, quae non possunt commoveri*

ADORNO i. q. orno, exorno. Verr. I. 22. *Vidi forum comitiumque* adornatum *magnifico ornatu.* 2. *paro, comparo.* Cluent. 6. Omnis *testium copia a matre initio* est adornata, a *matre nunc instruitur et omnibus eius copiis et opibus comparatur.* 3. instruo. Manil. 12 Pompeius Italiae duo maria maximis classibus ac praesidiis adornavit.

ADPROMITTO promitto, quod alius promisit Rosc. Am. 9.

ADSCISCO vid. ASCISCO.

ADSCRIBO vid. ASCRIBO.

ADSPERGO vid. ASPERGO.

ADSPIRO vid. ASPIRO.

ADSTIPULOR vid. ASTIPULOR.

ADULATIO. N. D. II. 63. *canum tam amans dominorum* adulatio.

ADUMBRARE. pro inchoare. Fin. V. 22. a *natura* adumbrantur. * fingere. Dom 31. *auctorem meliorem* adumbrare.

ADUMBRATUS. falsus, fictus. Sull. 18. adumbratum *indicium*. Fin. V. 24. adumbrata *opinio*. 2. adumbrata *dicuntur, quae speciem alicuius rei habent, neque tamen sunt. Ducta metaphora ex pictoria et statuaria.* Tusc. III. 2. adumbrata *imago gloriae*. Coel. 5. *non expressa* signa, sed adumbrata *virtutum*. Verr. III. 33. adumbratus vir Pippa, sc. *quia Verri uxorem suam permittebat*. N. D. I. 27. adumbrati Dii *dicuntur Dii Epicurei, qui non corpus habent, sed quasi corpus*. 3. inchoatus. Leg. I. 22. adumbratae intelligentiae *dicuntur, notitiae innatae*, *προλήψεις*.

ADURERE. *abbrennen* Tusc. V. 20. *Dionysii filiae candentibus iuglandium putaminibus barbam et capillum* adurebant. Off. II. 7. 2. *verbrennen* Tusc V. 27. *Indi quum ad flammam se applicuerint sine gemitu* aduruntur.

ADUSTUS. Att. V. 20. adustus incendio Plaetoriano *dicitur, qui in alterius iudicio notam aliquam abstulit, tamquam, qui iudicio de repetundis ex hoc capite legis accusatur:* AD QUOS EA PECUNIA PERVENERIT. *nisi legendum* ambustus. *Ern.*

ADVENTICIUS. extrinsecus ad nos perveniens, non nostrum, aut nostro labore partum etc. Fin. V. 11. *adiumenta externa* et adventicia. Manil. 9. adventiciis *multorum Regum et nationum copiis*. Verr. V. 34. adventicium *auxilium*. Rab. P. 17. adventicia *pecunia*. Att. I. 19. *pecunia* adventicia *dicitur, quae ex novis vectigalibus redit.* item, *quae filio aliunde quam e patris hereditate venit.* Inv. II. 21. Or. III. 33. *doctrina* adventicia, i. e. ab alio populo inventa. Div. II. 58. *visio* adventicia, a *sensibus profecta*. (äußerlicher Sinnencindruck.) *Ern.*

ADVENTUS. ad Div. VI. 20. adventibus *se offerre*. i. e. advenientibus obviam ire.

ADVERSARIA. sunt libri, in quos sine ordine omnia coniiciuntur, ita dicti, quia tantum in adversa

parte scribitur. Rosc. C. 2. *nomen in* adversariis *patet.* vid. Salmas. de Usur. p. 147. *Ern.*

ADVERSARIUS. *qui contra nos licetur in auctionibus et emtionibus.* Att. XII. 43. XIII. 31.

ADVERSUS. Top. 9. de contrariis. ubi tamen libri variant. adversum argumentum in *causis est quod ipsi causae aliqua ex parte officit.* Inv. I. 50.

ADVERTERE, animum. Inv. II. 51. transitive cum accus. *naufragum quendam* animum adverterunt. Sic e Mss. Oudendorpius. cf. Ruhnkenius V. C. ad Rutilium de Figuris p. 77. *Ern.*

ADVOCARE. est *in sensu forensi.* 1. *rogare amicos, ut nobiscum deliberent de re aliqua, in primis de lite, quo sensu* advocati Quint. 12. *dicuntur.* 2. *rogare aliquem, ut in consilio nobis adsit:* de iudice. Sic Quinct. 1. quos ubi, Aquilli, advocasti. 3. *amicus actoris aut rei dicitur* advocare, *cum convocat, quibuscum de causa deliberet, ut iuvare partes amici possit.* Cluent. 19. *Oppianicus in iudicio Scamandri aderat frequens,* advocabat, *omni studio gratiaque pugnabat Ern.*

ADVOCATIO, *coetus* advocatorum. Quinct. 14. Rosc. C. 5. Verr. I. 49. Caecin. 15. Sull. 29. etc. * *Certum temporis spatium, quo opus est, ut* advocare possimus, eine Frist. Fam. VII. 11. advocationes binas postulare. *Ern.*

ADVOCATUS. dicitur amicus, quem vocamus ad nos, ut eum consulamus de controversiis nostris, quique honoris causa in iudicio in subselliis nostris sedet, aut nobiscum in rem praesentem venit. vid. Off. I. 10. Quinct. 8. Or. II. 47. 2. Philipp. I. 7. armatos homines, quos in senatum induxerat, Antonius Consul advocatos vocat: vellem adesset sine advocatis. *Ern.*

ADVOLARE. cum accus. ad Att. I. 14. advolat rostra Cato.

AEDICULA. Parad. VI. *M. Manilius pauper fuit; habet enim* aediculas *in Carinis.*

AEDIFICATIO Q. Fr. II. 2. *de* aedificatione *tua Cyrum* (architectum) *urgere non cesso.*

AEDIFICATOR de creatore mundi. N. D. I. *Ab utroque autem sciscitor cur mundi* aedificatores *repente exstiterint* Univ. 1. *neque mundo quisquam pulchrius, neque eius* aedificatore *praestantius.*

AEMULUS. 1. imitator. Marcell. 1. aemulus *atque imitator studiorum meorum.* Phil. II. 12. aemulus *mearum laudum.* 2. Verr. V. 31. pro rivali, adultero.

AENIGMATA Divin. II. *Iam vero quo pertinent obscuritates et* aenigmata *somniorum!* (die dunkeln Andeutungen der Träume.)

AEQUABILIS, qui eandem ubique rationem tenet, semper est idem. Tusc. II. 27. 2. Ius aequabile, in quo omnes eiusdem conditionis sunt, nihil gratiae, divitiis, etc. tribuitur. Inv. I. 11. 53. 3 de genere orationis Off. I. aequabile *et temperatum orationis genus* (philosophorum) Orat. II. 53. *Caelius Antipater neque distinxit historiam varietate colorum, neque verborum collocatione et tractu orationis laevi et* aequabili *perpolivit opus.* Or. II. 15. *genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam* aequabili *profluens.*

AEQUABILITAS, ius aequum, Or. I. 42. II. 52. 2. Or. II. 58. cum aequabilitate facere. i. e. aequabilem se hominibus praestare. 3. de tota vitae constantia Off. I. 31. *nihil est magis decorum quam* aequabilitas *universae vitae tam singularum actionum quam conservare non possis si aliorum naturam imitans omittas tuam* Off. I. 26 *praeclara est* aequabilitas *in omni vita et idem semper vultus, eademque frons.* 3. de genere dicendi Or. 16. *Elaborant alii in lenitate et* aequabilitate *et puro quasi quodam et candido genere dicendi,*

AEQUALITER. Orat. 58. aequaliter *ingredi* et constanter, dicitur oratio numerosa, *quae non mox fluens et lenis, mox hiulca et aspera est.*

AEQUARE. sortes aequare v. in Sortes.

AEQUE cum. Fin. IV. 24. 27.

AEQUILIBRITAS. est Epicureorum ἰσονομία, N. D. I. 39. vid. Ind. Gr. ἰσονομία.

AEQUIPARARE. pro aequare. Tusc. V. 17. nemo est, qui factis me aequiparare possit. Sic et Livius dixit XXXVII. 53.

AEQUUS. Verr. II. 15. aequo iure disceptare, h. e. ut iudex nihil adversarii gratia faciat. Aequo et bono Her. II. 10. Ius ex aequo et bono definitur Her. II. 13.

AER. pro homine, quocum consuetudo nulla esse potest. Att. I. 18. Metellus non homo, sed littus, aër, solitudo; ubi tamen lectio nominis *Metelli* dubia esse videtur. * Acad. I. 7. aër, *utamur enim pro Latino, et ignis.*

aestimat. vid. Xenophon. Mem. Socr. I. 1. * Haec autem: ad Div. V. 20. *accipere* aestimationem. XIII. 8. *accipere* in *aestimationem*, capienda sunt de ratione, qua Iulius Caesar aes alienum, quo laborabat civitas, dissolvi iussit: cuius haec vis erat, ut debitores darent creditoribus in solutum praedia, sed non eo pretio, quo tum erant, post bellum civile, sed eo, quo ante bellum fuerant: unde *aestimatio* pro iactura est ad Div. IX. 16. et *aestimationes* pro praediis pecuniae loco acceptis. ad Div. IX. 18. aestimationes tuas vendere non potes. cf. Att. XII. 25. v. Caes. de Bell. Civ. III. 1. 5. *aestimationem* Cicero interpretatur Stoicorum ἀξίαν; quum dicerent, solam quidem virtutem esse bonum, sed esse tamen praeterea res dignas aestimatione aliqua, h. e. ut proponerentur aliis, ac sumerentur, tamquam valetudinem rectam, divitias, honores etc. Fin. III. 10. 6. Acad. I. 10. Fin. III. 13. *Ern.*

AESTIMO. Fin. III. 3. *magno* aestimanda. Fin. Fin. IV. 23. *nonnihilo* aestimandum *sit*. * aestimare *frumentum*. Pis. 35. Verr. I. 38. etc. v. aestimatio.

AETAS. pro adolescentia. Off. II. 13. *tua tamen* aetas *incidit in id bellum*. Sic interpretatur Broukh. ad Prop. I. 6. 21.

AFFECTIO. Fat. 4. *astrorum* affectio. Div. II. 47. *coeli* affectio est, quam vulgo *constellationem* vocamus. 2. Top. 18. affectio *quaedam ad res aliquas, in comparandis rebus cernitur*, et est huiusmodi; principum commoda maiora quam reliquorum; quae iucundiora, quae pluribus probata etc. 3. Inv. I. 25. affectio est, animi aut corporis ex tempore, aliqua de causa commutatio, ut laetitia, cupiditas, morbus etc. It. II. 59. Affectio est *quaedam ex tempore aut ex negotiorum eventu aut administratione aut hominum studio commutatio rerum, ut non tales, quales autem habitae sint, aut plerumque haberi soleant habendae videantur esse.* (Eine zufällige Bestimmung oder Einschränkung.) Fin. III. 20. affectio *animi*, dicitur de naturali illa ratione humani animi, qua bene aliis consulendum, suos amandos putat, solitudinem fugit etc. *Ern.*

AFFECTO consector Her. IV. 22. *similitudo non tam* affectanda, *quam illae superiores, sed tamen adhibenda nonnumquam.* Rosc. Am. 48. *quod* affectet *iter videbis*, i. e. qua ratione uti velit.

nis. Mil. 28. *laetitiam.* Phil. VIII. 3. *spem et audaciam.* Phil. V. 9. *belli dubitationem.* Catil. II. 8. *medicinam consilii atque orationis.* Flacc. 29. *faciem novam.* Rab. Pud. 9. affert *aliquam deprecationem aetas.* Tusc. III. 51. hic *mihi* afferunt *mediocritates.* 3. defero. ad Fam. VII. 17. *quae ad te ultro* attulerim.

AFFICIO. tracto. Off. III. 21. *Corpus ita* afficiendum *est, ut obedire consilio rationique, possit.* 2. Tusc. II. 7. *dolorem iis verbis* afficias, *quibus Epicurus voluptatem.* i. e. appelles. 3. de perturbatione. Rosc. A. 24. *sua quemque amentio* afficit, *h. e. ad furorem redigit.* Off. II. 10. *admiratione* afficiuntur *ii, qui anteire ceteros virtute putantur.* * *pro* aegrotare. Phil. IX. 1. *ita* affectus *erat*, i. e. aegrotabat.

AFFIGO. Tusc. III. 28. *huic generi malorum* non affigitur *ea opinio. Sed in Davisiana est* affingitur, *ut est* c. 33.

AFFINGO. Tusc. III. 3. *qui nihil opinione* affingit, *addit, auget.*

AFFINIS vitio. Inv. II. 10. affinis *culpae.* Rosc. Am. 7. affinis *rei capitalis* Verr. Act. I. 38.

AFFIRMARE pro confirmare Inv. II. 17, quaeremus res — ex quibus affirmetur nostra descriptio.

AFFIRMATE. est cum iureiurando. Off. III. 29. quod affirmate *promiseris.*

AFFIRMATIO. *religiosa.* Off. III. 29. de iure iurando.

AFFLATUS. furoris. Or. II. 46. est ἐνθουσιασμός. * Nat. D. II. 68. afflatus *Deorum, göttliche Einwirkung.*

AFFLICTATIO. Tusc. IV. 8. *est* aegritudo cum vexatione corporis, *ut quum capilli scinduntur, genae lacerantur.*

AFFLICTO. male me habeo, ut fit in nimio luctu. Tusc. III. 32. *cum se Alcibiades* afflictaret. ibid. 27. afflictari *lamentarique coepisse.* 2. vexor Har. Resp. 19. afflictatur resp.

AFFLICTOR. i. q. vexator. Pis. 27. *Senatus odit te* afflictorem *et proditorem non modo dignitatis et auctoritatis sed omnino ordinis ac nominis sui.*

AFFLICTUS. aliquo dolore, aut affectu tristiore debilitatus (niedergeschlagen). Att. XII. 22. *quod certe* afflicti *et fracti animi non fuit.* Att. I. 13. *senatum abiectum et* afflictum *excitavi.* Tusc. IV. 16. afflictus *debilitatusque aegritudine.* Catil. II. 2. *maerore* afflictus

et profligatus. Fam. IX. 11. afflictus *gravissimo aliquo casu.* Phil. XII. 1. *domus Antonii* afflicta *maestitia.* 2. conturbatus, (bestürzt). Att. I. 13. *magnis clamoribus* afflictus conticuit et concidit. Q. Fr. III. 1. afflictus *concursu et odio populi.* 3. vexatus. Verr. III. 91. *provincia* afflicta *et perdita.* 4. prostratus Flacc. 7. *Graecia iam diu suis consiliis perculsa* et afflicta. 5. allisus. Rab. Perd. 9. *nec tuas umquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii* afflictam *navem videres.*

AFFLIGERE, idem quod afflictare. Divin. II. 2. *nec* afflixi *me.* Tusc. IV. 15. *animos* affligant *et debilitant metu.* 2. percellere prosternere. Rull. II. 31. *non solum* afflixerunt, *sed etiam ne quando recreata exsurgere et erigere se possent funditus sustulerunt.* Pis. 38. *illi statuam istius deturbant*, affligunt, *comminuunt dissipant.* * Sext. 41. causam susceptam affligere i. e. praevaricari. * Brut. 12. affligere rem vituperando. *opponitur*, augere rem laudando. Rull. II. 30. *cetera vectigalia belli difficultatibus* affliguntur.

AFFLO. Att. XVI. 5. *rumoris nescio quid* afflaverat. i. e. *ortum erat.*

AFFLO. proprio sensu: Cat. Mai. 17. *suavitates odorum, qui* afflantur *e floribus.* 2. tropice Verr. I. 13. *Sperat sibi auram posse aliquam* afflari *in hoc crimine.* Herenn. IV. 49. *si quem reperiat cui aliquid mali faucibus* afflare *possit.* 3. de enthusiasmo poetico. Arch. 8. *poetas mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu* afflari (durch göttliche Eingebung begeistert).

AFFLUENS abundans. Sext. 8. *Consul unguentis* affluens, *calamistrata coma.* Verr. V. 51. *homo* affluens *omni lepore et venustate.* Orat. III. 15. *homines otio nimio et uberrimis ingeniis* affluentes. Arch. 3. *urbs eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis* affluens. Off. I. 43. *in omnium rerum* affluentibus *copiis.*

AFFLUO. Fin. I. 12. *praeteritas voluptates* affluere *patiatur*, int. ad animum, recordetur. 2. Q. Fr. III. 3. *nihil ex istis locis non modo literarum, sed ne rumoris quidem* affluxit. 3. de sensuum impulsionibus, Fin. I. 11. *si ea sola voluptas esset, quae quasi titillaret sensus, ut ita dicam, et ad eos cum suavitate* afflueret *et illaberetur.* N. D. I. 18. *quum infinita simillima-*

rum imaginum spectes ex innumerabilibus individuis (h. e. atomis) *exsistat et ad eos* affluat.

AGGER tropice. Philipp. X. 5. *Graecia esset vel receptaculum pulso Antonio, vel* agger *oppugnandae Italiae.*

AGGLUTINO de foliis librorum. Att. XVI. 6. *tu illud prooemium desecabis et hoc* agglutinabis.

AGGREDIOR accedo ad aliquid occupandum. Orat. III. 17. *Non enim repelletur inde, quo* aggredi *non cupiet.* 2. invadere aut adoriri aliquem. Philipp. XII. 10. *quis audeat bene comitatum* aggredi? 3. aliquem oratione tentare. Caecin. 25. *quomodo* aggrediatur *iudicem non habet.* 4. suscipio. Orat. II. 44. *quum* aggredior *ancipitem causam.*

AGGREGO. ad Div. I. 9. *voluntatem suam ad alicuius dignitatem* aggregare, h. e. *suscipere defensionem dignitatis alicuius.*

AGILITAS naturae. Att. I. 17.

AGITO. Att. I. 19. *agraria lex vehementer* agitatur, *auctore Pompeio.* h. e. a legislatore vehementer et crebro agitur ad populum, ut lex accipiatur. 2. vexare, reprehendere etc. accusando, dicteriis etc. Or. II. 58. 59. Balb. 25. 3. agitari etiam dicuntur, de quibus crebro deliberatur, ut de Off. I. 24. *rebus agitatis*, i. e. exploratis, deliberatione facta. Cluent. 32. *agitata res* sc. in iudiciis. Quinct 2. *iactata et agitata aequitas*, i. e. omni ratione impedierunt, quo minus, quod aequum erat, obtineretur. 4. Verr. II. 1. agitari *scelerum poenis*, i. e. perturbari ita, ut furor consequatur. *Ern.*

AGMEN. Or. I. 34. *orationem in medium* agmen *deducere e domestica exercitatione*, i. e. in iudicio causas dicere.

AGNASCOR. Or. I. 57. *agnascendo testamenta rumpi.* si quis post testamentum natus esset, hereditas perveniret, neque testamento est exceptus; quod valet etiam de adoptationibus. v. de variis agnascendi modis Caium. Instit. II. 3. et ibi in Schulting. Iurispr. Anteiust. p. 100. sqq. *Ern.*

AGNATIO. proprie de ea propinquitate, quae agnascendo oritur. Leg. I. 7. agnationibus *familiarum distinguuntur status.* h. e. serie generis, per personas generis virilis, distinguuntur familiae patriciae et plebeiae. 2. metaphorice de alia communione vel affinitate. Leg. I. 8. *animum esse ingeneratum a deo; ex qua*

vere vel agnatio nobis cum caelestibus vel genus, vel stirps appellari potest. Ibid. c. 7. *Et quae in civitatibus ratione quadam* agnationibus *familiarum distinguuntur status id in rerum natura tanto est magnificentius tantoque praeclarius, ut homines deorum* agnatione *et gente teneantur.*

AGNITIO. pro cognitio. Nat. D. I. 1.

AGNOSCO crimen Rab. P. 6. fateor verum esse. Divin. I. 58. *testabor non me sortilegos neque eos, qui quaestus causa hariolentur, ne psychomantia quidem* agnoscere i. e. probare; 2. pro cognosco, accurate intelligo. N. D. II. 38. *tenebrae, quantae quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo* agnosceret.

AGO proprie de actionibus corporis et animi. N. D. II. 16. *Mihi qui nihil* agit, *esse omnino non videtur.* ibid. 23 *Multitudo nec cessantium deorum, nec ea quae* agunt *molientium cum labore operoso ac molesto.* Off. I. 9. *sunt qui studio rei familiaris tuendae suum se negotium* agere *dicant.* Off. I. 29. *ne quid temere ac fortuitu, inconsiderate negligenterque* agamus. 2. id agere *est cupere aliquid effectum contendere, in aliqua re laborare.* Att. IX. 6. *Ego non iam id* ago, *ut prosperos exitus consequar.* Fam. IV. 7. *ego id semper egi, ne bellis interessem.* Att. VIII. 11. *dominatio quaesita ab utroque est non id* actum, *beata civitas ut esset.* Tusc. I. 8. *Virtutem necessario gloria etiamsi id tu non* agas, *consequitur.* Orat. 52. *Contrariis relata contraria sua sponte etiamsi id non* agas, *cadunt plerumque numerose.* 3. cum aliquo agere est *petendo aut suadendo, aut hortando conniti, ut alter aliquid faciat.* Fam. IV. 2. *Ut ad te scriberem mecum egerunt.* Q. Fr. I. 1. *non hortatione, neque praeceptis, sed precibus tecum fraternis* ago. 4. de disceptatione litigantium in foro. Caecil. 5. *lege* agere *h. e.* permittente lege accusare ore petere. Or. I. 38. agere *in hereditatem.* Quint. 9. *ex sponsione* agere. Caecin. 12. *Quod* agas *mecum ex iure civili et praetorio non habes.* Muren. 17. agere *tamquam ex syngrapha cum populo.* 5. de orationibus ad populum s. concionibus. Verr. Act. I. 12. agere *de re publica cum populo.* Lael. 25. *in forum versus* agere cum populo. *i. e.* converso ore versus forum, ubi plebs est. 6. de histrionibus in scena. Rosc. Com. 20. ***Bal-***

lenonem illum improbissimum et periurissimum lenonem quum agit, agit Chaeream. Cic. Orat. II. 255. agere *gestum in scena.* Facete hoc sensu transfertur ad imitationem morum alterius extra scenam. Fam. II. 9. *Itaque quum primum audivi, ego ille ipse factus sum, scis quem dico, egique illos omnes adolescentes quos ille iactitat.* 7. de actione et gestu oratorum Orat. I. 31. agere *cum dignitate et venustate.* Orat. II. 19. *quinque faciunt quasi membra eloquentiae invenire, quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum* agere *ac pronuntiare.* 8. impellere, aut movere, idque modo deorsum, modo sursum, modo in anteriorem partem. Verr. I. 5. agunt *eum praecipitem poenae.* Fin. V. agi *in crucem* pro tolli. Orat. II. 64. agas asellum. Caecin. 17. *neminem statu detrusum qui non adhibita vis, manu demotus et actus praeceps intelligatur,* 9. de tempore, transigere Cat. Mai. 3. *moderati et nec difficiles nec inhumani senes tolerabilem* agunt *senectutem.* Tusc. V. 2. *unus dies bene et ex praeceptis philosophiae actus peccanti est immortalitati anteponendus.* 10. animam agere dicuntur moribundi. Fam. VIII. 13. *Hortensius quum has literas scripsi animam* agebat. *Facete de Fannio* Rosc. Com. 8. *dicitur: si hos quaestus recipere posses* (quos Roscius ex arte scenica decem annis proximis consequi poterat) *non eodem tempore et gestum* et animam *ageres?* 11. agi *dicuntur res, quae in causa quadam in discrimen veniunt* s. *periclitantur* Manil. 5. agitur (in bello adversus Mithridatem) *populi Rom. gloria* — agitur *salus sociorum,* — aguntur *certissima P. R. vectigalia.* 12. Arch. 7. *haec studia adolescentiam* agunt; i. e. excitant, acuunt. 13. alias res agere est parum attentum esse. Orat. III. 14. *Vide* 5. quam alias res *agamus quam te inviti audiamus* (ironice). Brut. 65 *Miror tam* alias res agere *populum ut sit insano inter disertos locus.*

AGRARII. Catil. IV. 2. Gracchus agrarios concitare studuit. i. e. eos, qui agros legibus agrariis consequi cupiebant. Phil. VII. 6. *non sollicitabit rursus* agrarios?

AGRESTIS. proprie de hominibus incultis, rusticis. Rull. II. 35. *Ligures montani duri atque agrestes.* 2. de plantis sine *cultura crescentibus.* Verr. V. 53. agrestium *multitudo palmarum.* 3. qui non commovetur

ii, qui honores petebant, faciebant, et qui epulis solemnibus intererant etc. *Ern.*

ALBUM. tabula alba, in qua edicta et alia huiusmodi proponebantur. Or. II. 12. item omnes libelli, tituli proponendi in publico. Salmas. mod. Usur. p. 678. *Ern.*

ALEA de re incerta et a casu pendente. Divin. II. 15. *non perspicitis, aleam quandam inesse hostiis deligendis.* i. e. fortuitum esse, quibus extis hostia deligatur. *Eadem formula usus est* Ovidius. A. A. I. 376. *Ern.*

ALEATORIUS. Phil. II. 27. *damna* aleatoria *Verluste im Hazardspiel.*

ALERE. potentem reddere. ad Att. VIII. 8. Pompeius aluerat Caesarem.

ALIAS. interdum. Cato 15. alias — plerumque.

ALIENATIO. Or. 42. alienatio sacrorum, cf. Leg. III. 20. quum nos sacris liberamus, ut aut intereant, aut ad alios transferantur.

ALIENIGENA. Deiot. 3. *homo longinquus et* alienigena i. q. peregrinus. Leg. II. 10. deos novos aut alienigenas coli confusionem habet religionum.

ALIENUS. Acad. I. 11. quae essent aliena firmae assensionis. Fin. V. 11. alienum dignitatis. Dom. 27. opponitur propinquo, ad Div. VIII. 12. alienissimus mihi. Or. 24. Verba aliena opponuntur propriis.

ALIQUANDO, iam, ad Att. I. 4. nisi legendum tandem, ut Corrado placebat.

ALIQUANTO, multo, longe, Verr. I. 54. *iste, qui* aliquanto *plus cogitasset.* Quanto? Decisio facta erat CCM HS — Verres autem post accepit DLXM. Fam. IX. 26. extr. *epulamur non modo non contra legem — — sed etiam intra legem, et quidem* aliquanto. *Sic et aliquantum* pro *multum.* Tusc. V. 6.

ALIQUIS. Tusc. III. 18. *si vero etiam aliquid.* per εὐφημίαν, de re Venerea. Similis εὐφημία est in his: *si quid ei acciderit: et: si quid acciderit,* de morte, clade bellica. 2. *pro alius quis.* Off. I. 7. *aut ira, aut* aliqua *perturbatione incitatus* cf. Or. II. 42. et ibi Pearc. Her. I. 6. * *Reperitur etiam.* aliqui pro aliquis. vid. v. c. Acad. IV. 26. annularius aliqui.

ALIQUISPIAM, pro alius quispiam. Tusc. III. 9. v. not.

ALITER. Tusc. III. 30. aliter *ferunt atque ut aliis auctores fuerunt.* sequente *et* Att. X. 11. XI. 23.

ALIUS. Att. XVI. 14. aliud ex alio *scribere*: ut quodque in mentem venit. Phil. II 33. *alio die, formula*, qua utebantur qui comitia obnunciatione dirimebant. Or. 22. eadem res alio atque alio verbo elata. 2. diversus, abhorrens. Fam. II. 2. *nec quicquam* aliud *a libertate communi*: ubi tamen nonnulli libri omittunt *a*. 3. pro *altero, secundo.* ad Quir. p. Red. 5. et ibi Graev. * *aliae* in genit. Div. II. 13. aliae *pecudis*. Fam. VIII. 1. aliud *sentire et loqui*, pro *et aliud.* Sic et alibi Cicero dixit. ad Att. XII. 40. *aliud — — aliud*, pro *partim — — partim.*

ALLEGO. Rosc. Am. 9. allegat *iis homines nobiles.* submittit ad eos, qui cum iis agant. Publice *leguntur* homines, qui inde *legati* dicuntur; privatim *alleguntur*, unde *allegati.*

ALLEGATIO. Verr. I. 16, *quibus* allegationibus *illam sibi legationem expugnavit*; h. e. *quos homines ad eos, qui poterant legationem illi efficere, allegando.*

ALLEGATUS. Qu. Fr. II. 2. *Nerius index* edidit *ad allegatos* etc. Manut. interpretatur, *praeter eos, quos iam ediderat, nominaverat*, quo fere sensu Plin. Pan. 70. *hoc senatui* allegandam *putavi.* i. e. *significandum.* sed dubito, an aurei seculi sit ista notio verbi. Et Nerius unum Sestium ediderat, non plures. F. Iunius rectius *allegatos* esse dicit eos, quos vulgo *deputatos* vocant, quibus mandatum sit, adire iudicem, et iudicia audire. sc. ad *allegatos* dictum est, ut ad iudices. V. in ad. sic est etiam Cluent. 15. vid. inpr. Gron. ad Liv. XXXVI. 11. 9 *Ernesti.*

ALLEVO. minuo. Inv. I. 42. * Att. VII. 1. allevaturum corpus sc. a febri.

ALLICIO. Inv. II. 52. *est quiddam quod sua vi nos* allicit *ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate, ut virtus scientia veritas.*

ALLIDO. Qu. Fr. II. 6. *Servius* allisus *est, ceteri conciduntur*, i. e. in periculum venit, quod evasit, ceteri condemnantur. vid. Gron. ad Senec. Nat. Qu. II. 44.

ALLIGO. dicitur de omnibus rebus, de quibus *obligare* dicitur. Cluent. 56. Rabir. P. 7. *lege* alligare. Cluent. 55. Rabir. P. 6. *quaestione nova* alligari. Rosc. Com.

Com. 12. *stipulatione* alligare. Tusc. II. 17. *vulnus* alligare. Div. I. 54. *oculus* alligatus, quem locum et formam loquendi vindicat Gronov. ad Liv. VII. 24. cf. ad Sen. ep. 94. Flacc. 17. alligare sc. *scelere*. Planc. 33. *beneficio* alligari. v. *Obligare*. 2. Leg. II. 20. *Sacris alligari*, dicuntur, qui sacra hereditate aut quacunque ratione accipiunt. 3. Or. III. 44. alligare verba certa lege versus. 4. Fin. II. 24. *ne sine fructu* alligatus *sis* sc. amico. 5. Cluent. 64. alligatum *nuptiis haberet in potestate*. Att. VIII. 16. alligari *atque impediri re aliqua* ibid. II, 18. *virtus* alligata. *Ern.*

ALLUDO. Nat. D. II. 39. *mare terram appetens litoribus* alludit. v. Gesnerus ad Columell. IV. 20. 2. Or. II. 56. *alludere varie*, dicitur, qui aliquem variis rationibus aggreditur, ut aut de sententia deducat, aut in suam sententiam adducat.

ALLUO. Verr. V. 37. de portu Syracusarum: *non enim portu illud oppidum clauditur, sed urbe portus ipse cingitur et concluditur. non ut* alluantur *a muri moenia extrema, sed influat in urbis sinum portus*. Leg. II. 3. *Fibrenus divisus aequaliter in duas partes latera haec* alluit.

ALLUVIO. Orat. I. 58. alluvionum *et circumluviorum iura*.

ALO proprie *nutrio*. Oecon. 1. *Fruges alimenta terrestria, pecudum foetus, fructus, utensilia, quibus* alitur *hominum genus, aut etiam excolitur*. Off. I. 8. alere *exercitum suis fructibus*. N. D. II. 46. *Vapores, quibus* altae *renovataeque stellae*. 2. excolere Brut. 33. de eloquentia C. Gracchi: *non solum acuere sed etiam* alere *ingenium potest*. Off. I. 30. *Hominis mens discendo* alitur. Fam. VI. 1. *in ea urbe es, ubi nata et* alta *est ratio et vitae moderatio*. 3. augere Orat. 12. *ab hac et verborum copia* alitur. Inv. I. 2. *dicendi assiduitas* aluit *audaciam* Sext. 58. *effrenatus furor* alitur *impunitate diuturna*. 4. potentiorem facere s. potentiam augere Att. VII. 5. *sero resistimus ei, quem per decem annos* aluimus *contra nos*. 5. conservare. Catil. III. 11. *Memoria vestra nostrae res* alentur, sermonibus crescent. Marcell. 9. *Illa est vita tua — quam posteritas* alet.

ALSUS frigidus. Q. Fr. III. 1. Nil ἀποθυτηξίω alsius.

divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes adiecerunt in rem tam humilem tamque contemptam (voluptatem). 4. de dignitate. Cluent. 55. altior *gradus dignitatis.*

ALUMNUS sensu proprio. Divin. I. 9. ranae dicuntur *aquae dulcis* alumnae. 2. tropice Brut. 12. *eloquentia bene constitutae civitatis quasi* alumna *quaedam.* Philipp. VII. 3. Cicero se ipsum vocat *pacis alumnum*, quia pacis non belli artibus inclaruerat. *Simili modo Platonis* alumni Fin. IV. 26. dicuntur eius discipuli, s. sectatores. ut Fam. IX. 14. *aliquis quasi disciplinae alicuius* alumnus.

ALVEOLUS tabula in qua tesseris aut talis luditur Fin. V. 20 *Et quum re nulla impediantur necessaria aut* alveolum *poscere, aut quaerere quempiam ludum.*

ALVEUS. Her. IV. 10. de solio balneari. Cael. 28. *de testibus ab Atratino contra Caelium exhibitis, qui affirmaturi essent in balneis deprehensum esse Licinium, qui servo Clodiae* venenum *tradiderit, quo illa necaretur; ibi Cicero per irrisionem: ex quibus requiram*, inquit, *quonam modo latuerint aut ubi,* alveusne *ille, an equus Troianus fuerit, qui tot invictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit.*

ALVUS de ventriculo N. D. II. 54. alvi *natura subiecta stomacho cibi et potionis fit receptaculum.* 2. omne abdomen. N. D. III. 22. *Aesculapius primus purgationem* alvi *dentisque evulsionem invenit.* N. D. II. 50. *Vomitione canes, purgatu autem* alvos *ibes Aegyptiae curant.* 3. uterus mulierum Cluent. 12. *mulier spem illam quam* in alvo *commendatum a viro continebat victa avaritia sceleri Oppianici vendidit*, i. e. partum immaturum abortivo abegit.

AMARUS sensu proprio Fin. II. 12. *Sensus iudicat dulce*, amarum. N. D. III. A. 13. *Animal sentit et calida et frigida et* amara. 2. tropice pro iniucundo, molesto. Her. IV. 14. *amari iucundum est, si curetur ne quid insit* amari. 3. pro moroso. Att. XIV. 24. amariorem *me senectus facit, st machor omnia.*

AMATOR, pro amico. Att. I. 20. 2. amator *est in amore nimius et profusus* Her. IV. 51. Item Tusc. IV. 12. *aliud est* amatorem *esse, aliud amantem.* 3. sectator, s. admirator oratoris, aut philosophi. Brut. 17. Amatores *Catoni desunt sicuti multis ante saeculis* — *Thucydidi.*

gute Freunde zu machen) *me labi, quippe de mortuis.* Cluent 27. quum Oppianicus a plerisque iudicibus damnatus esset, Cicero dicit: *Quinque omnino iudices fuerunt qui illum vestrum innocentem Oppianicum sive imprudentia, sive misericordia, sive aliqua suspicione* (i. e. quum alium quendam criminis suspectum haberent) *sive* ambitione *adducti absolverent; ubi Graevius recte* ambitionem *interpretatur in iudice hanc esse, quum non* habet rationem iusti in pronuntiando, sed nominum gratiae plus tribuit, quam aequo, quum gratiae captandae causa aliquem absolvit. Off. I. 30. *in Laelio multa hilaritas, in Scipione* ambitio *maior, vita tristior, ubi ambitio* est placendi studium, cum inferioribus se exaequans, magis cura quadam affectatum, quam naturale, quod bene monuit Heusingerus adversus Graevium.

AMBITIOSE. Fam. XIII. 69. non ambitiose *scribere dicitur de commendatione, quae serio fit, non ut ei, quem commendamus gratiae captandae causa assentemur.* Att. XV. 1. *petivit a me ut eius orationem nec* ambitiose *corrigam*, i. e. severe. Fam III. 7. *an ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde imperatori? deinde more maiorum? deinde, quod caput est, amico; praesertim quum in isto genere multa etiam* ambitiosius *facere soleam, quam honos meus et dignitas postulat. Ad h. l. perbene Graevius:* ambitiosius *non est* studiosius, *ut Manutius exponit, sed* humilius, indecentius *ut ap. Sueton. Aug.* c. 25. nec post bella civilia, aut in concione, aut per edictum ullos milites commilitones appellabat, sed milites, ac ne filiis quidem aut privignis suis, imperio praeditis, aliter appellari passus est, ambitiosius id existimans quam aut ratio militaris. aut temporum quies, aut sua domusque suae maiestas postularet. Ambitiosa *enim sunt, quae favoris parandi causa fiunt. Sallust. Iugurth.* neque facto ullo neque dicto abstinuit, quod modo ambitiosum foret. *Haec quoniam plerumque sunt blanda nimis et humilia, inde* ambitiosus *est humilis blandus, adulatorius* ut ap. Iustin. XII. 15. ambitio vulgi *est quod* XIII. 3. *dicit* adulationem vulgi.

AMBITIOSUS. gratias hominum captans. Cluent. 58. *o innocentiam Oppianici singularem! quo in reo qui absolvit*, ambitiosus; *qui distulit cautus; qui condemnavit constans existimatur* Verr. III. 84. ambitiosi *ho-*

mines (die sich gute Freunde machen wollen) *aut benigni* 2. *blandus*. Att. I. 15. *Illae* ambitiosae *nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi* (blos höfliche und geschminkte oder übertünchte Freundschaften). Q. Fr. I. 2. *ne me in Graecos tam* ambitiosum *factum mirere*. Flacc. 18. *Heraclides homo ineptus et loquax — sed ita* ambitiosus *ut omnes vos nosque quotidie persalutet* (ist von so zudringlicher Höflichkeit). 5. Fam. VI. 6. *Caesar cedit multorum iustis precibus et officio incensis, non inanibus aut* ambitiosis voluntatibus. ibid. VI. 12. *Valent apud Caesarem non tam* ambitiosae *rogationes, quam necessariae; quibus locis* ambitiosae *voluntates et rogationes eae sunt, quae non propter necessitudinem aut officii causa fiunt, sed ut homines apud Caesarem aut potentiorem gratiosi esse et multum pollere videantur.*

AMBITUS *est crimen, quum honores petuntur modis haud legitimis quod compluribus legibus vetitum erat, ut Calpurnia: de qua* Muren. c. 32. dicitur SCtum esse factum, si mercede corrupti obviam candidatis issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus (h. e. *in spectaculo certaminum gladiatoriorum*) vulgo locus tributim, et item prandia si vulgo essent data, contra legem Calpurniam (*de ambitu*) factum videri. *Inprimis* ambitus *fiebat homines pecunia corrumpendo et largitionibus*. Q. Frat. III. 14. ambitus redit immanis. Orat. II. 25. In causa *de ambitu* (defendenda) *raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab* ambitu *atque largitione seiungere.*

AMBITUS circuitus *der Umfang*. Topic. 4. Q. Scaevola id solum esse ambitus aedium dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur. 2. conversio. Univ. 4. *Quum se octo* ambitus (*Umlaufe*) *confectis suis cursibus ad idem caput retulerint*. 3. *in oratione est* periodus. Or. III. 48. *ille quasi verborum* ambitus *sic enim has orationis conversiones Graeci vocant*. Brut. 44. *comprehensio et* ambitus *ille verborum: si sic periodum appellari placet*. Orat. 12. *Arguti certique et circumscripti verborum* ambitus. (wohlklingende, bestimmte und abgerundete Perioden.)

AMBROSIA. Or. II. 57. *ita dicit ut* ambrosia *alendus esse videatur* h. e. divino utitur genere orationis.

AMBULATIO, 1. locus ubi ambulatur s. ambula-

eum. Orat. I. 7. *quum in* ambulationem *ventum esset.* Q. Fr. III. 1. *nihil ei restabat praeter balnearia, et* ambulationem *et aviarium.* 2. ipse ambulandi s. spatiandi actus Fin. V. 1. *constituimus inter nos, ut* ambulationem *in Academia conficeremus* Att. II. 2. compitalitiae ambulationes.

AMBULATIUNCULA 1. de loco ubi ambulari potest. Att. XIII. 25. *Tecta* ambulatiuncula *addenda est.* 2. brevis ambulatio. Fam. II. 12. *cum una* ambulatiuncula *atque uno sermone nostro omnes fructus provinciae non confero.*

AMBULO. Att. IX. 5. *si enim recte* ambulavit *is qui hanc epistolam tulit* i. e. si satis celeriter ambulavit. Att. VII. 1. *ut philosophi* ambulant. *h. e.* pro tarditate qua uti solent philosophi in ambulando. Fin. II. 34. de Xerxe qui Hellespontum ponte iunxerat, *maria* ambulavit, *h. e.* pedibus traiecit. Att. VIII. 22. de itinere militari. *Eo autem modo* ambulat *Caesar* (er macht solche Märsche) *ut timeam ne citius ad Brundisium quam opus sit accesserit.*

AMBUSTUS 1. sensu proprio. Sext. 68. *Herculis corpus* ambustum. Verr. I. 27. *Hadrianus, quod eius avaritiam cives Romani ferre non potuerant Uticae domi suae vivus exustus est — Verres sociorum* ambustus *incendio tamen ex illa flamma periculoque evasit.* 2. *tropice* de eo qui de crimine capitali accusatus vix evasit. Mil. 5. *huius* ambusti *tribuni plebis illae intermortuae conciones.*

AMENTATUS, amento instructus. Est autem amentum, lorum quo media hasta religatur et iacitur. Brut. 78. *Hermagorae praeceptis — ut hastae velitibus* amentatae, *sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur.* Orat. I. 57. In iure controverso — *non est difficile oratori, eius partis quamcunque defendat, auctorem aliquem* (ICtum) *invenire, a quo quum* amentatas *hastas* (i. e. apta et parata argumenta) *acceperit, ipse eas oratoris lacertis viritusque torquebit.*

AMENTIA. Tusc. III. 5. *nec minus illud acute, quod* (philosophi) *animi affectionem lumine mentis carentem* (die das Licht der Vernunft entbehrt) *nominaverunt* amentiam, *eandemque dementiam.*

AMFRACTUS sinuosus inflexus. N. D. II. 18. de figura rotunda; *Figura nihil habens incisum angulis,*

nihil amfractibus. 2. circuitus, orbis. Somn. Scip. I 5. *solis* amfractus *reditusque*. Leg. II. 8. *annui* amfractus. 3. ambages. Cluent. 56. de Cluentio qui senator fieri noluerat, ne sibi opus esset inter iudices sedere; itaque dicere poterat *se vitam tranquillam, et quietam remotam a procellis invidiarum et huiuscemodi iudiciorum* amfractu, *sequi maluisse*. N. D. II. 61. *iam vero quid opus est circuitione et* amfractu.

AMICTUS. Or. II. 2. amictus *oratoris*, compositio togae quum ad dicendum surgit. Vid. Gesn. ad Plin. Ep. II. 3. *Ern.*

AMITTERE. *pr* mittere, dimittere. Tusc. II 13. ext. amittere fortitudinem. 2. differt a *perdere*. Her. IV 44. de Decio se pro patria devovente: amisit *vitam, at non perdidit; re enim vanissima certam et parva maximam redemit.*

AMOR. Att. VI, 1. *est mihi* in amoribus. 2. Fin III. 20. *Amores sancte*, sunt amores pudici, non quicunque, ut Davisius interpretatur, sed puerorum pulchrorum quos licitos esse Stoici dicebant. v. Tusc. IV 33. Nam primo dicit Cicero, *sapientem uxorem adiungere et velle ex ea liberos;* hi sunt amores casti; *deinde addit:* ne amores quidem sanctos alienos esse a sapiente arbitrantur. *Ern.*

AMPHIBOLIAE dialecticorum nihil prosunt oratori in causis et ambiguo. Her. II. 11.

AMPHORA. mensura, de cuius magnitudine non satis convenit. Volusius Maecianus et Festus tribuunt 48 sextarios. Fam XII. 15. est amphorum; quod alii dicunt esse pro amphorarum. vid. Manut. Victorius formari ab ἀμφορεύς. Similiter Plin. H. N. VI. 22. magnitudo n. ad ter millia amphorum. ubi vid. Harduin. *Ern.*

AMPLE de splendore ex magnis sumptibus in aliquam rem impensis redundante. Verr. IV. 27. *exornat* ample *magnifice triclinium.* 2. de liberalitate. Att. V 54. *agri militibus* amplissime *dati et assignati.* 3. de dignitate. Verr. IV. 46 *omnes honores* — amplissime *ac magnificentissime gessit.* 4. de dignitate orationis. s. de genere sublimi. Brut. 55. *oratorum bonorum duo genera sunt, unum attenuate presseque, alterum sublate* ampleque *dicentium.* Tusc. V. 9. Theophrastus — (de summo bono) *non est ausus elate et* ample *loqui, quum humiliter demisseque sentiret.* (*Er wagte es nicht be*

kleinlichen und niedern Grundsätzen, eine hohe und erhabne Sprache zu führen.)

AMPLECTOR. sensu proprio de amplexu brachiorum. Somn. 2. *Ille me* amplexus *atque osculans flere prohibebat.* 2. *tropice*, amo, diligo, faveo. Fam. IV. 8. *Caesar favet ingeniis, nobilitatem et dignitatem hominum* amplectitur. Fam. VI. 6. *Caesar me amicissime quotidie magis* amplectitur. Catil. IV. 3. *parvulus filius, quem mihi videtur* amplecti *res publica.* Salsa et amara ambiguitate dicitur Flacc. 18. de homine aerarium publicum depilante: *Quum rem publicam nimium* amplecteretur, *peculatus damnatus et bona et senatorium nomen amisit. Hic* amplecti *rem publicam quum proprie sit studere utilitati rei publicae*, significat *pecuniae publicae inhiare.* 3. comprehendo animo, vel oratione. Fontei. 7. *Quae si iudex non* amplectetur *omnia consilio, non animo ac mente circumspiciet.* Rosc. Com. 12. *quod ego argumentum pluribus verbis* amplecterer, *si non alia certiora et clariora testimonia haberem.* Caecin. 40 *Actio quae nequaquam satis verbis causam et rationem iuris* amplectitur. Inv. II. 50. *nemo potest omnes res per scripturam* amplecti, *sed is commodissime scribit, qui curat, ut quaedam ex quibusdam intelligantur.* 4. probo, laudo, magni aestimo Philipp. X. 4. amplecti *virtutem.* Orat. I. 24. de arte rhetorica Antonius assentiebatur Crasso: *quod neque ita* amplecteretur *artem, ut ii solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque rursum eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret.* 5) versor animo, attente perpendo. Att. XII. 35. *ergo te — ut hanc cogitationem toto pectore* amplectare.

AMPLEXOR. proprie de amplexu. Fam. I. 9. *me inspectante saepe inimicum meum — familiariter et hilare* amplexantur. 2. *tropice* de amore personarum vel rerum. Q. Fr. II. 11. *Appius totum me* amplexatur. Sext. 45. *neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita convenit, ut otio non prospiciant, neque ullum* amplexari *otium, quod abhorreat a dignitate.* 3. de sententiis quae philosophi suas faciunt, aut studiose defendunt. Fin. IV. 14. reprehenduntur philosophi qui in constituendo summo bono *cognitionem* amplexarentur, *actionem relinquerent.* Acad. poster. I. 9. *Aristoteles species* i. e. *ἰδέας labefactavit, quas mirifice Plato erat* amplexatus.

AMPLIUS. Verr. I. 29. pronunciare amplius, sc. rem esse cognoscendam et deliberandam. cf. Brut. 22. v. Ampliare. Verr. Act. I. 15. *ego ero aedilis hoc est paulo* amplius *quam privatus.* Ac. pr. II. 26. *Solem mathematici* amplius *duodeviginti partibus confirmant maiorem esse quam terram.* Att. II. 16. *ager non* amplius *hominum quinque millia potest sustinere.* Fam. XII. 14. amplius *quam centum naves onerarias.* Verr. IV. 45. hora amplius Rosc. Com. 3. *triennium* amplius ibid. *triennio* amplius.

AMPLUS. 1. de magnitudine corporum, aedificiorum. Verr. IV. 34. *admodum* amplum *et excelsum signum cum stola* ibid. 55. amplissima *curia et* amplissimum *Gymnasium.* Qu. Fr. I. 1. *theatrum celebritate refertissimum, magnitudine* amplissimum. — 2. de magnitudine aliarum rerum. Fam. I. 3. *magna negotia et* ampla *et expedita.* Rosc. Am. 51. amplissima *pecunia.* Verr. V. 8. amplissimae *fortunae.* — 3. de dignitate hominum. Att. VII. 13. amplissimus *civis.* Rosc. Am. 30. *Is mihi videtur* amplissimus, *qui sua virtute in altiorem locum pervenit.* Inv. II. 56. amplae *et potentes civitates.* — 4. amplus i. q. honorificus. Arch. 10. *ipsis populis de quorum rebus scribitur haec* ampla *sunt.* 5. de sublimitate et copia oratoris. Orat. 9. Lysiam dicit *non illum quidem* amplum *atque grandem, subtilem et elegantem tamen.* Brut. 68. *oratione satis* amplus *erat Pompeius.*

AMPUTO proprio sensu. Cat. Mai. 15. *Vitem serpentem multiplici lapsu et erratico ferro* amputans *coercet ars agricolarum.* Off. III. 7. *membra quaedam* amputantur *si et ipsa sanguine et tamquam spiritu carere coeperunt, et nocent aliis partibus corporis.* — 2. tropice de rebus aliis quae tolluntur. Orat. II. 21. *volo esse in adolescente, unde aliquid* amputem. Cael. 31. amputanda *sunt plura adolescentiae, si quidem efflorescit ingenii laudibus, quam inserenda.* Ac. pr. II. 45. *Chrysippus testatur tres solas esse sententias, quae defendi possint de finibus bonorum; circumcidit et* amputat *multitudinem.* Fin. I. 13. *Sapiens solus* amputata *circumcisaque inanitate omni et errore, naturae finibus contentus sine aegritudine potest et sine metu vivere.* 3. in oratione Orat. 51. *infracta* et *amputata* opponuntur *aptis et finitis* (zerhackte und zerstückelte Sätze).

artificio regiae virgines (Dionysii filiae) *ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris.*

ANCILLULA tropico sensu. Orat. I. 55. *Iuris scientiam eloquentiae tanquam* ancillulam *et pedissequam adiunxisti.* Fin. II. 21. de tabula quam Cleanthes verbis pingere solebat, in qua iubebat auditores cogitare *voluptatem in solio sedentem, praesto esse virtutes ut* ancillulas *quae ei ministrarent.*

ANDABATA. ad Div. VII. 10. *quem ne* Andabata *quidem defraudare poteramus.* Est genus gladiatorum, quod ex equis galea frontem oculosque tectum pugnabat, de quo genere vid. Lips. Saturn. Serm. II. 12. Cicero igitur iocatur, in Trebatii imbellem animum, quod noluerit *essedarios*, h. e. Britannos milites ex essedis pugnantes, spectare, i. e. cum iis congredi, quum in ludis gladiatoriis tantum abfuerit, ut essedarios spectare nollet, ut ne abduci quidem potuerit ab andabatis spectandis. Minus bene in multis edd. legitur *Andabatam.*

ANGIPORTUM et ANGIPORTUS. *eine enge Gasse.* Her. IV. 51.

ANGO. de aegritudine et sollicitudine animum premente. Att. I. 15. *multa sunt quae me sollicitant* anguntque. Att. IX. 1. angebatur *singularum horarum exspectatione.* Att. IX. 4. *antea sollicitus eram et* angebar. *quo uti consilio possem.* Att. X. 5. angor *intimis sensibus.* Off. II. 7. *Quid censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris* angi *solitum?*

ANGOR. Tusc. IV. 8. angor *est aegritudo premens.* Fam. V. 13. *me ab omnibus molestiis* angoribusque *abducam.* Att. I. 15. *curam et* angorem *animi sermone et consilio levasti tuo.*

ANGUICULUS. Fin. V. 15. videmus serpere anguiculos, nare anaticulas.

ANGUIS. Divin. II. 28. *Coniector quidam et interpres portentorum, non inscite respondisse dicitur ei, qui ad eum retulisset, quasi ostentum,* quod anguis *domi vectem circumiectus fuisset: tum esset, inquit,* ostentum si anguem vectis circumplicavisset.

ANGULATUS, eckicht. N. D. I. 24. *corpuscula quaedam laevia alia aspera, rotunda alia, alia* angulata.

ANGULUS. 1. Winkel. N. D. II. 18. *figura nihil habens incisum* angulis. 2. recessus, locus recon-

ditus; vicus ignobilis. Catil. II. 4. *nemo non modo Romae, sed nec in ullo* angulo *totius Italiae oppressus aere alieno fuit, quem — non adsciverit.* 3. tropice de nimia subtilitate in explicandis legibus. Caecin. 29. *Tu me ex* hoc, *ut ita dicam, campo aequitatis ad istas verborum angustias et ad omnes literarum* angulos *revocas.*

ANGUSTE, tenuiter, exiliter, Dialecticorum more. Part. 40. anguste *disserere, ut Dialectici qui appellantur.* Brut. 84. anguste *dicere.* Orat. 33. *Erit igitur haec facultas in eo, quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit, neque id faciat tam presse et* anguste, *quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed quum explanatius, tum etiam uberius.* Nat. D. II. 8. anguste *concludere*, de subtilibus et brevibus ratiunculis Stoicorum. Muren. 13, *nihil est tam* anguste *scriptum,* de formulis ICtorum. — 2. Tusc. V. 31. habere se angustius, i. e. pluribus difficultatibus urgeri.

ANGUSTIA. Brut. 48. *nisi in eas* angustias *petitionis incidisset*, quae sc. fuere temporibus Marianis, quum pauci ad Consulatum pervenire possent, quod Marius ei semper imminebat etc. 2. Nat. D. II. 8. Angustia conclusionis non facile se tutatur, i. e. subtilitas, brevitas v. anguste. 3. Pis. 11. angustiae pectoris, tribuuntur homini humili, abiecto, tamquam invido etc. Sic Her. IV. 43. cuius animus tantis angustiis invidiae continetur; (ein engherzig neidisches Gemüth). Angustiis causae coactus *dicitur rei defensor quum* adversarii argumentis premitur, quae refutare difficile est (wenn er ins Gedränge kommt). Her. II. 27.

ANGUSTIA. pluraliter dicitur de faucibus angustis. Rull. II. 32. *Corinthus erat posita in* angustiis *atque in faucibus Graeciae.* N. D. II. 7. Fretorum angustiae Tusc. I. 20. *qui ostium Ponti viderunt atque eas* angustias *per quas penetravit Argo.* 2. transfertur ad brevitatem temporis. Orat. III. 61. *ut me temporis* angustiae *coëgerunt.* Fam. VI. 21. *Excusationem* angustiarum *tui temporis accipio.* 3. notat difficultatem ex inopia vel consilii vel pecuniae. Planc. 22. *Verebantur credo* angustias, *quasi res in contentionem aut discrimen aliquod posset venire.* Brut. 47. angustiae *petitionis* scil. *consulatus*, de temporibus Marianis ubi difficile erat ad consulatum pervenire. Quint. I. 5. *Tum ille qui hunc in summas* angustias (*in die gröſste Geldverlegenheit*) *adductum putaret.* Fam. XII. 30. *incre-*

dibiles angustiae *pecuniae publicae.* 4. omnino etiam simpliciter de tenuitate rei familiaris usurpatur. Fam. XVI. 21. *ex meis* angustiis *illius sustento tenuitatem.* Verr. III. 78. angustiae *aerarii.* 5. transfertur ad animum minutum et infirmum. Pis. 11. *non capiunt* angustiae *pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenii sustinet non insolentia rerum secundarum tantam personam* scil. consulis. 6. in disputando notat breves et contortas conclusiunculas. Acad. pr. II. 35. *Quum sit campus, in quo exsultare possit oratio, cur eam in tantas* angustias *et in Stoicorum dumeta compellimus?* N. D. II. 8. angustia *conclusae orationis non facile se ipsa tutatur.* 7. nimiam in verbis premendis subtilitatem significat Caecin. 24. *me ex campo aequitatis ad istas verborum* angustias (*in die Klemme von Wortgrubeleien*) *et ad omnes literarum angulos revocas.*

ANGUSTUS de spatio exiguo. Leg. III. 17. *lex Maria pontes fecit* angustos. Acad. pr. II. 29. opponetur *lato.* 2. tropice de aliarum rerum paucitate vel brevitate. Off. I. 17. *arctior vero colligatio est societatis propinquorum; ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum* angustumque *concluditur* Lael. 5. *Amicitia ex infinita societate generis humani — ita contracta est et adducta in* angustum, *ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur.* Eodem modo Acad. I. 10. dicitur *perturbationem — contrahere in* angustumque *deducere* (die Leidenschaft einschränken). 3. de animo abiecto, et humili. Off. I. 20. *Nihil est tam* angusti *animi, tam parvi, quam amore divitias.* Fin. I. 18. *minuti et* angusti, *aut omnia semper desperantes.* 4. de oratione brevi et concisa. Orat. 56. *quodsi et* angusta *quaedam et concisa et alia est collatata et diffusa oratio.* 5. de disputationibus exilibus et in rerum singularum pertractatione haerentibus, quibus opponuntur disputationes de universis rerum generibus s. loci communes. Orat. III. 31. *Antonius — a minutis* angustisque *concertationibus ad omnem vim varietatemque vos disserendi traducendos putavit.*

ANHELO crebrius et cum vi spiritum duco. Her. IV. 33. anhelans *ex imis pulmonibus prae cura spiritus ducebatur.* 2. de verbis cum graviore spiritu pronuntiatis. Orat. III. 22. *Nolo verba exiliter animata exire, nolo inflata et quasi* anhelata *gravius.*

Fannio: Rosc. Com. 8. *Si hos quaestus recipere posses*, (quos Roscius comoedus facere potuit) *non eodem tempore et gestum et* animam *ageres?* h. e. ut Manutius interpretatur, *gestum ageres, quamdiu viveres, ad extremam vitae horam, tum quoque gestum ageres, quum* animam *ipsam ageres. scil. prae nimia lucri cupiditate.* 6. ipse animus. die Seele N. D. III. 11. *quaerit Socrates unde* animam *arripuerimus, si nullus fuerit in mundo deus.* 7. blanda compellatione dicitur pro homine carissimo. Fam. XVI. 14. *vos meae charissimae* animae.

ANIMABILIS, spirabilis. N. D. II. 36. *Terra circumfusa undique est hac* animabili (*athembar*) *spirabilique natura, cui nomen est aer.* Sed melius legitur *animalis*.

ANIMADVERSIO. 1. Beobachtung. Or. 53 *notatio naturae et* animadversio *peperit artem.* Or. II. 34. *atque hoc totum est sive artis, sive* animadversionis, *sive consuetudinis, nosse regiones intra quas venere et pervestiges quod quaeras.* 2. Selbstbeobachtung, Achtsamkeit auf sich selbst. Off I. 29. *Intelligitur — excitandam (esse)* animadversionem *et diligentiam ut ne quid temere ac fortuitu inconsiderate negligenterque agamus.* 3 reprehensio Orat. 57. *nec enim effugere possemus* animadversionem, *si semper iisdem pedibus uteremur.* 4. inprimis de notatione censorum ponitur: Off. III. 31. *Indicant hoc notationes* animadversionesque *censorum, qui nulla de re diligentius, quam de iureiurando iudicabant.* Locus insignis est de differentia animadversionis censoriae et rei iudicatae Cluent. 42. 43. *Hic primum illud proponam numquam* animadversionibus *censoriis hanc civitatem ita contentam ut rebus iudicatis fuisse.* Sed totus locus legendus est. 5. castigatio. Rosc. Am. 24. animadversionis *paternae metus.* 6. Gravior poena, etiam capitalis. Att. II. 8. *comprehensio sontium mea,* animadversio *senatus fuit.* Verr. I. 17. *genus* animadversionis *videte. Describitur poena crudelissima.*

ANIMADVERSOR. Off. I. 41. *si acres ac diligentes esse volumus* animadversores (*Beobachter*) *vitiorum, magna saepe intelligemus ex parvis*

ANIMADVERTO. 1. attendo. N. D. I. 1. *Sin autem dii non possunt nos iuvare, nec volunt, nec curant omnino, nec quid agamus* animadvertunt (*wenn sie überhaupt sich um uns nicht bekümmern, nicht auf unsre Handlungen achten*) Fam. XI. 27. *dignitas tua fa-*

cit, ut animadvertatur *quicquid facias.* 2. intelligo (*beobachten, merken*). Att. VI. 1. *deinde me observas — ne obliviscar vigilare. et ut* animadvertam *quae fiunt.* Orat. I. 27. *Oratoris peccatum, si quod est* animadversum *stultitiae peccatum videtur.* Fam. III. 5. animadverti *enim et didici ex tuis literis.* 3. castigare, punire. Rosc. Am. 40. *ea sunt* animadvertenda *peccata maxime. quae difficillime praecaventur.* Verr. II. 23. *Tu qui institueras in eos* animadvertere, *qui perperam iudicassent — hos pateris impune discedere?*

ANIMAL omne quod vivit (*jedes lebende oder beseelte Wesen*), Acad pr. II. 12. *Quum inter inanimum et* animal *hoc maxime intersit, quod inanimum nihil agit,* animal *agit aliquid. ibid. quomodo non potest* animal *ullum non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat, sic non potest obiectam rem perspicuam non approbare.* Somn. 9. Inanimum *est omne quod pulsu agitatur externo, quod autem* animal *est, id motu cietur interiore et suo.* N. D. III. 12. *quum omne* animal *patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est quasi ferendi ac patiendi necessitatem.* Fin. V. 14. *quum constet — omne officium munusque sapientiae in hominis cultu esse occupatum, alii — eas sententias afferunt ut summum bonum in eo genere ponant, quod sit extra potestatem nostram positum, tamquam de non* animali *aliquo loquantur.* 2. de bestiis, sive animalibus ratione carentibus. N. D. II. 47. *Alia* animalia *gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia volando, alia nando, cibumque partim oris hiatu, et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt.* 3. de homine. Leg. I. 7. Animal *hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor plenum rationis et consilii, quem vocamus* hominem *praeclara quadam conditione generatum a supremo deo* Fin. II. 13. *Cyrenaici non viderunt, ut ad cursum equum ad arandum bovem, ad indagandum canem; sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles ad intelligendum et ad agendum esse natum, quasi mortalem deum, contraque ut terram aliquam et languidam pecudem, ad pastum et ad procreandi voluptatem, sic hoc divinum* animal *ortum esse voluerunt.* 4. contumeliose dicitur de Clodio. Pison. 9. *illud funestum* animal *ex nefariis*

stupris, ex civili cruore, ex omnium scelerum importunitate et flagitiorum impunitate concretum. 6. de mundo. Univ. 4. Animal *unum aspectabile, in quo alia omnia* animalia *continentur, mundus.* ibid. 3. *non est cunctandum profiteri — hunc mundum* animal *esse, idque intelligens et divina providentia constitutum.*

ANIMALIS. *athembar.* N. D. II. 36. *Principio terra sita in media parte mundi circumfusa undique est hac* animali spirabilique *natura cui nomen est aer.* 2. aëreus. Tuscul I. 17. *corporum omnia gignentium quatuor, ea natura est ut terrena et humida suopte nutu, et suo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur, reliquae duae partes, una ignea, altera* animalis — *rectis lineis in caelestem locum subvolent.* 3. vivus. Inv. 1 Zeuxis Helenam picturus *praebete mihi*, inquit *ex istis virginibus formosissimas, ut mutum in simulacrum ex* animali *exemplo* (von lebendigen Originalen) *veritas transferatur.* Univ. 9. *corpora colligata vinculis* animalibus. Acad. pr. II. 37. *erit ei persuasum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, maria deos esse, quod quaedam* animalis *intelligentia per omnia ea permanet et transeat.*

ANIMANS. natura viva. N. D. I. 14. *Aristonis sententia, qui neque formam dei intelligi posse censeat, neque in diis sensum esse dicat, dubitetque omnino deus* animans *necne sit.* N. D. I 10. *admirabor eorum tarditatem qui* animantem, *immortalem, et eundem beatum,* rotundum *esse velint.* N. D. II. 8. *cur igitur mundus non* animans *sapiensque iudicetur, quum ex se procreat* animantes *atque sapientes.* 2. animal. *h. e.* natura viva animo et corpore iuncta. Univ. 10. Animantium *genera quatuor, quorum unum divinum atque caeleste, alterum pennigerum, atque aëreum, aquatile tertium, terrestre quartum.* Leg. I. 9. *Nam quum ceteras* animantes *abiecisset ad pastum, solum hominem erexit.* Univ. 4. *omnes igitur qui* animo *cernuntur et ratione intelliguntur* animantes, *complexu orationis et intelligentiae, sicut homines, hoc mundo, et pecudes et omnia, quae sub aspectum cadunt comprehenduntur.* 3. de animalibus brutis. N. D. II. 47. animantium *aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae, aliae spinis hirsutae; pluma alias, alias squama videmur obductas alias, esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.*

Animorum *vis duplex est; una pars in appetitu posita est, quae est ὁρμὴ Graece, quae hominem huc atque illuc rapit, altera in ratione, quae docet et explanat, quid faciendum fugiendumque.* Fin. V. 17. Animi *et eius* animi *partis, quae princeps est, quaeque mens nominatur, plures sunt virtutes, sed duo prima genera; unum earum, quae ingenerantur suapte natura appellanturque non voluntariae, alterum earum quae in voluntate positae, magis proprio nomine* (virtutes) *appellari solent, quarum est excellens in* animorum *laude praestantia. Prioris generis est docilitas, memoria, quae fere omnia appellantur uno ingenii nomine, easque virtutes qui habent ingeniosi vocantur — alterum autem genus est magnarum verarumque virtutum; quas appellamus voluntarias, ut prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam* etc. Tusc. V. 13. *humanus* animus *decerptus ex mente divina cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.* Tusc I. 53. *Ipsi* animi *magni refert, quali in corpore locati sint, multa enim e corpore exsistunt quae acuant mentem; multa quae obtundant.* Cat. mai. 21. *Sic mihi persuasi* (auctore scil. Platone) *sic sentio, quum tanta celeritas* animorum *sit, tanta memoria praeteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tantae scientiae, t t inventa, non posse eam naturam, quae eas res contineat, esse mortalem: quumque semper agitetur* animus, *nec principium motus habeat, quia se ipse moveat, ne finem quidem habiturum esse motus, quia numquam se ipse sit relicturus. Et quum simplex animi natura esset, neque haberet in se quidquam admistum dispar sui, atque dissimile, non posse eum dividi, quod si non possit, non posse interire; magnoque esse argumento, homines scire pleraque ante, quam nati sint, quod iam pueri, quum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari.* Tusc. I. 9. 10. veterum philosophorum de natura animi opiniones recensentur. Divin. II. 67. Animorum *est ea vis atque natura, ut* vigeant vigilantes nullo adventitio pulsu (*durch keinen äufsern Eindruck*) *sed suo motu, incredibili quadam celeritate.* Tusc. I. 27. Animorum *nulla in terris origo inveniri potest.* Cat. Mai. 21. *Est enim* animus *caelestis ex altissimo domicilio depressus et quasi demersus in terram locum divinae naturae aeternitatique con-*

pars animi *quae mentis et rationis sit particeps sopita langueat, illa autem in qua feritas quaedam sit et agrestis immanitas, quum sit immoderato obstupefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno immoderateque iactari.* 4. inprimis de fortitudine, vel animo parato ad subeunda pericula (Muth). Att. XV. 15. *nec tam* animum *me quam stomachum non habere arbitrantur.* Fam. XI. 15. *magnum* animum *habere debebas, quem semper habuisti.* Fam. I. 19. *abiectiore* animo *me futurum, quum res publica maiorem etiam mihi* animum, *quam unquam habuissem daret.* Fam. V. 12. *aequo* animo *mori.* Fam. IX. 1. animo *fracto et demisso fuisse.* Att. V. 20. *Nostris* animus *accessit, hostibus timor iniectus est.* 5. *Gesinnung.* Fam. II. 1. *quare hoc* animo *in nos esse debebis, ut aetas nostra in amore conquiescat tuo.* Fam. V. 3. *quod quibus adhuc non satis est perspectum, ii mihi nolle magis hoc* animo *nos esse, quam non intelligere videntur.* 6. Lust, Vergnügen. Rosc. Am. 46. animi *causa et aurium.* 7. pluraliter de superbia s. temeritate Caecil. 11. animos *eius retardaret.* 8. mundo tribuitur animus. Acad. I. 7. *Academici* animum *esse dicunt mundi, eandemque esse mentem sapientiamque perfectam, quem deum appellant.* 9. de civitate. Cluent. 53. *Mens et* animus *et consilium et sententia civitatis est in legibus.*

ANNALIS. liber qui continet brevem temporum locorum hominum gestarumque rerum memoriam. (eine Chronik.) Att. XII. 24. *Scriptum est in tuo* annali. Brut. 15. *Est apud illum* (Ennium) *in nono* annali Fam. V. 12. *Etenim ordo ipse* annalium *mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum.* Brut. 27. annales *sane exiliter scripti.* Rab perd. 5. *quum iste omnes et suppliciorum et verborum acerbitates non ex memoria vestra ac patrum vestrorum, sed ex* annalium *monumentis atque ex regum commentariis conquisierit.* 2. inprimis clari sunt apud Romanos annales maximi. Orat. II. 12. *Erat historia nihil aliud nisi* annalium *confectio cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum res omnes singulorum annorum mandabat literis pontifex maximus, efferebatque in album, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, ii qui etiam nunc* annales maximi *nominantur* 3. *Leges annales* sunt eae quibus definitum est quo anno

pr. II. 26. *quid si in eiusdemmodi cera centum sigilla hoc* annulo *impressero.* Q. Fr. I. 1, 4. *Sit* annulus *tuus non ut vas aliquod, sed tamquam ipse tu, non minister alienae voluntatis, sed testis tuae.*

ANNULUS. Signum equestris dignitatis est aureus annulus, unde Verr. III. 76. annulum *invenit,* i. e. eques factus est.

ANNUMERO proprio sensu, *zuzahlen.* Verr. III. 84. *quum tibi senatus ex aerario pecuniam prompsisset, et singulos tibi denarios* annumerasset. Opt. Or. 5. *Non enim in* vertendo *verba me* annumerare *lectori putavi oportere, sed tamquam appendere.* 2. Numero addere, beyzählen. Brut. 57. *his duobus eiusdem aetatis* annumerabatur *nemo tertius.* Rosc. Am. 32. *ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege* annumerer (werde in dem Haufen so mitgezählt).

ANNUNCIO. Att. XII. 1. *Ei interea salutem* annunciabis i. q. dices.

ANNUERE nutu significare, velle nos aliquid. Quint. 3. simul ac annuisset, (*auf den ersten Wink*) numeraturum se dicebat. 2. Nutu aliquid affirmare. Orat. II. 70. annuit *Silus;* et paullo post: *id quoque toto capite* annuit.

ANNUS. Somn. Scip. 7. Annum homines populariter tantummodo solis id est unius astri reditu metiuntur. 2. Magnus annus. N. D. II. 20. qui tum efficitur, quum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatiis est facta conversio. Univ. 9. Annus perfectus et absolutus perfecto numero temporis tum completur denique, quum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerunt, quumque eos permensus est idem et semper sui similis orbis. Fr. Hortens. Annum magnum esse voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum, quod fit post XII millia nonagentos quinquaginta quatuor annos. Somn. Scip. 7. *Quum ad idem unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius caeli descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere* vertens annus *appellari potest.* 3. Ad annum *est* anno proximo. Att. V. 2. *quem* ad annum *tribunum plebis videbam fore.* Orat. III. 24. *ut tibi Caesar faciendum* ad annum, *h. e.* anno proximo quo es aedilis curulis futurus. 4. Annus vertens est i. q. das laufende Jahr. Phil. XIII. 10. *intra finem* anni ver-

quod cuique efficienter antecedat. Ibid. 19. *omnibus quaecumque fiunt veri simile est causam* antecedere. 2. De conditione in enuntiationibus hypotheticis. Inv. I. 46. *Simplex conclusio reprehenditur, si id quod sequitur, non videatur necessario, cum eo quod* antecessit, *cohaerere:* (*wenn der Nachsatz nicht aus dem Vordersatze nothwendig folgt.*) 3. i. q. superare. Verr. IV. 62. *incipit is loqui, qui et auctoritate, et aetate et — usu rerum* antecedebat *Diodorus Timarchides.*

ANTECELLO supero. Inv. I. 4. *Praeclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui qua re homines bestiis praestant* (sc. oratione) *ea in re hominibus ipsis* antecellat. N. D. II. 57. *omnis sensus hominum multo* antecellit *sensibus bestiarum.* Muren. 13. *dicendi consuetudo longe et multum isti vestrae* (ICtorum) *exercitationi ad honorem* antecellit. Arch. 3. antecellere *omnibus ingenii gloria.*

ANTECEPTUS. N. D. I. 16. antecepta animo rei informatio; est πρόληψις Epicurea, notitia insita. (*Begriff* a priori.)

ANTECESSIO, dicitur in enuntiatione hypothetica, *conditio*, ex qua aliquid consequi dicitur; ibidemque componitur cum consecutione et *repugnantia*. 2. De nexu causali. Off. I. 4. *homo quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt, earumque progressus et quasi* antecessiones *non ignorat.*

ANTEDICO. Div. II. 6. *haec qui* antedicunt, *quam rationem sequantur vides.* Phil. I. 10. *atque ego hoc dico de futuris; quod est amicorum* antedicere *ea quae vitari possunt. Hoc loco tamen rectius hodie scribitur* ante dicere.

ANTEFERRE. Fam. V. 16. *certe nos quod dies est allaturus, id consilio* anteferre *debemus; ubi consilio aliquid* anteferre, est praecipere aliquid, ante quam veniat: e. c. dolorem minuere ante quam tempus, dies, eum leniat; nam sic quasi antefertur dies.

ANTEGREDIOR, de eo quod spatio praeit. N. D. II. 20. *Stella Veneris Lucifer Latine dicitur, quum* antegreditur *solem, quum subsequitur autem Hesperus.* 2. De eo quod tempore praecedit. Fat. 10. *Omnia quae fiunt causis fiunt* antegressis. Off. I. 27. *quidquid est enim quod deceat, id tum apparet, quum* antegressa *est honestas.* Nimirum Cicero ait omne quod deceat

honestum esse oportere; ideoque honestate demum antegressa apparere decorum.

ANTELUCANUS. Tusc. IV. 19. Demosthenes dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria; i. e. si videret opifices ante lucem matutinus surrexisse de somno. Catil II. 10. *quorum omnis industria vitae et vigilandi labor in* antelucanis *cenis expromitur*: i. e. in cenis quae a vespera ad ortum fere solis producuntur.

ANTEOCCUPATIO. Orat. III. 53. est figura elocutionis; quum id quod obiici potest, occupamus, quam Quintil. IX. 2, 16 *praesumptionem*, Graeci πρόληψιν dicunt. De eadem figura loquitur Cicero Or. 40. his verbis: *ut ante occupet quod videat opponi.*

ANTESIGNANUS. Phil. V. 6. proprie de militibus qui ante signa pugnant. Phil. II. 29. *fueras in acie Pharsalica* antesignanus; videtur pro duce poni qui sinistro cornu praefuerat.

ANTESTARE, i. q. antecellere. Inv. II. 1. *Crotoniatae quondam omnibus corporis viribus et dignitate* antesteterunt.

ANTEVERTO, antecedo. N. D. II. 20. *Stella Mercurii anno fere vertente signiferum lustrat orbem neque sole longius umquam longius signi intervallo discedit, tum* antevertens, *tum subsequens.* 2. Aliquem itinere praevertere, (zuvorkommen.) Mil. 17. *Vidit* (Clodius) *necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso, quo profectus est die; itaque* antevertit. 3. Aliquid prius facere quam alter facere potuit Lael. 4. *id ipsum quum tecum agere conarer, Fannius* antevertit.

ANTICIPATIO, deorum. N. D. I. 16. est πρόληψις Epicurea, notitia insita de Diis, (angeborner Begriff).

ANTICIPO, praesumo. Att VIII. 14. *Dicas quid igitur proficis, qui* anticipes *eius rei molestiam quam triduo sciturus sis.* 2. De notionibus animo insitis et innatis. N. D. I. 27. *quod ita sit informatum* anticipatumque *mentibus nostris, ut homini, quum de deo cogitet, forma occurrat humana.*

ANTIQUITAS, de hominibus qui *priscis* temporibus floruerunt. Leg. II. 11. Iam ritus familiae patrumque servare, id est (quoniam antiquitas proxime accedit ad deos) a diis quasi traditam religionem tueri. Orat. 50. *habet autem ut in aetatibus auctoritatem sene-*

vetus, sic in exemplis antiquitas. Brut. 18. *maiore honore in omnibus artibus quam in hac una dicendi versatur* antiquitas. Divin. II. 33. *errabat enim multis in rebus* antiquitas, *quam vel usu iam, vel doctrina vel vetustate immutatam videmus.* 2. de moribus similibus iis, qui apud antiquos erant, de candore, fide etc. Sext. 3. gravissimae antiquitatis vir. item Partit. 9. Rabir. Post. 10. *P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis*, antiquitatis *prudentiae*

ANTIQUO quum de legibus dicitur est i. q. non recipio, s. reiicio. Att. I 11. *populum ut rogationem* antiquaret *rogabant*. Att. I. 10. *Piso operam dat ut ea rogatio* — antiquetur. Off. II. 21. *Philippus legem agrariam tulit, quam tamen* antiquari *passus est.* Iocose dicitur Leg. III. 17. *Vos demum, ut video, legem* antiquastis *sine tabellis.* Nempe hic agebatur de una earum legum quas Cicero in libris de legibus eo consilio scripserat, ut quid optimum sibi videretur dicendum putaret, non quid hoc populo obtineri posset. Ceterum hoc verbum *antiquare*, inde ortum est, quod in tabellis olim scriptum erat, *A. P. hoc est* antiqua probo.

ANTIQUUS proprie est *anterior*, *prior*. Inde 1. dicitur de hominibus priscis. Rosc. Am. 9. antiqui *homines*: i. e. quales esse solebant priscis temporibus simplices, qui ex suo ingenio alios iudicant, et quoniam ipsi honesti sunt, alios etiam tales putant. Quint. 22. antiqui *officii homo.* v. antiquitas. — 2. Verr. IV. 47. antiquum *opus.* Act. I. Verr. 5. *artificium antiquum*; de statuis et vasis, in quo genere antiqui praestabant artifices eorum temporum. — 3. antiquius i. e. prius, potius, s. anteponendum. Her. III. 3. antiquiorem *mortem turpitudine habere.* Off. I. 43. *caritate hominum nihil homini esse debet* antiquius. Fam. X. 33. *nihil* antiquius *iudicari.* Div. I. 15. antiquior *possessionibus gloria.* — 4. prior, dignior. Verr. V. 14. antiquior *locus dicendae sententiae.* — 5. superior, sed brevi tempore. Q. Fr. III. 1. antiquior *dies erat adscripta.* Nam de brevi tempore dici, docet Burmann. ad Virg. Aen. IV. 458. ad Att. IX. 9. antiquissima *epistola est*, quae ante alias scripta est; erat autem paucis diebus ante scripta.

APERIRE. expedire. ad Att. V. 1. init. — 2. explicare. Or. 33. aperire *notitiam*, sc. communem no-

tionem obscuriorem ad definitionem perspicuam revocare. Verr. V. 71. locum aperire suspicioni. — 3. *aperiri* dicuntur provinciae a quo primo exercitus in eas ductus. Manil. 8. Pompeius dicitur Pontum aperuisse. vid. de hac forma Broukh. ad Tibull. I. 3. 56.

APERTUS. Her. IV, 12. aperta *cratio* opponitur *obscurae*, i. q. dilucida. Her. IV. 49. *exemplum rem* apertiorem *facit, quum id quod sit obscurius magis dilucidum reddit.* Cluent. 17. *quis* apertior in *iudicium adductus est.* sc. reus, de quo magis apertum esset. — 2. apertae naves. Verr. V. 40. opponuntur constratis, aphracti. — 3. Nat. D. II. 7. apertiora *sunt ad reprehendendum*: i. magis obnoxia reprehensionibus: e ludo gladiatorio petitum est, ubi latus apertum, nudum dicitur, quod patet ictibus.

APEX, summum ornamentum. Cato. 17. apex *senectutis est auctoritas.* 2. Leg. I. 1. *Tarquinio* apicem *ab aquila impositum.* Est pileus sutilis in medio virga eminente. v. Guther. Iur. P. I. 29. *Ern.*

APHRACTUS. Att. V. 13. aphractorum *imbecillitas.* Est genus navium, quod opponitur *cataphractis* s. constratis, h. e. iis, quae tabulis tegebantur, ut in iis stare propugnatores et in hostem tela tutius mittere possent, de utroque genere vid Scheff. de Re Nav. L. II. c. 5. *Ern.*

APIS. Off. I. 44. apum *examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed quum congregabilia natura sint, fingunt favos.* Tusc. II. 22. apis *aculeum sine clamore ferre non possemus.*

APISCOR. adipiscor. ad Div. IV. 5. Leg. I. 20. cuius apiscendi causa. Att. VIII. 22. etc.

APLUSTRUM. in Arat. *Navibus a sumptis fluitantia quaerere aplustra.* Aplustrum vel aplustre autem est ornamentum navium in puppi, de quo post Schefferum de re Nav. II. 6. et alios v. Heins. et Drakenborch. ad Silium X. 325. Loca ubi hac forma occurrit suppeditabit Salmas. ad Solin. p. 404. *Ern.*

APODYTERIUM. vid. Ind. Graec.

APOLOGUS. fabula quae vulgo dicitur Aesopica. Orat. II. 66. *narrationes* apologorum. Inv. I. 17. *Non inutile est ab aliqua re nova aut ridicula incipere, aut ex tempore quae nata sit — aut iam parata quae*

vel apologum, *vel fabulam, vel aliquam contineat irrisionem.*

APOTHECA. cella, ubi reponuntur in futuros usus v. c. vinum, frumentum. (*Magazine, Niederlagen, Vorrathskammern.*) Vatin. 5. Philipp. II. 27. apothecae *totae hominibus nequissimis condonabantur.*

APPARARE. Manil. 12. *Pompeius extrema hieme bellum* apparavit, *ineunte vere suscepit, media aestate confecit.* Mil. 10. *iter* apparare. Verr. IV. 20. *ornare* et apparare *convivium.* Qu. Fr. II. 3. apparabantur *in Sestium crimina.* 2. praeparari Herenn. I. 2. *animus auditoris constituitur vel* apparatur *ad audiendum.*

APPARATIO. proprie de cura quae ad perficiendum negotium aliquod necessaria vel utilia sint ante parandi. Her. II. 4. *si ex altera parte vires, pecunia, consilium scientia,* apparatio (allerley Anstalten) *videbitur fuisse.* 2. in oratione dicitur de praeparatione certorum locorum. Her. I. 9. *alterum genus narrationis est quod intercurrit nonnumquam fidei aut criminationis, aut transitionis aut alicuius* apparationis *vel laudationis causa.* 3. de meditatione oratoris ante habitam orationem. Inv. I. 18. *In exordio debet esse splendoris et festivitatis et concinnitudinis minimum, propterea quod ex his suspicio quaedam* apparationis *atque artificiosae diligentiae nascitur.* 4. de muneribus et spectaculis Off. II. 16. magnificentia et apparatio popularium munerum.

APPARATUS. Herenn. I. 7. apparata oratio. ibid. nimium apparata verba. (ein allzustudirter Ausdruck.) Sext. 54. ludi apparatissimi magnificentissimique. Phil. I. 15. apparatissimum spectaculum.

APPARATUS. subst. Zurüstung. Ac. pr. II. 1. apparatus *belli.* 2. dicitur de omnibus rebus quae apparantur ad splendorem, divitias ostentandas. Off. I. 8. *delectant etiam magnifici* apparatus. Vatin. 13. *festum diem argento, veste omni* apparatu *ornatuque visendo.* Orat. 23. *in epularum* apparatu *a magnificentia recedens non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet.* Philipp. II. 39 *prandiorum* apparatus. 3. *in ludis scenicis dicitur* apparatus, *quod nos dicimus* Decorationen, *et id genus alia in quibus voluptas oculorum potius quam aurium quaeritur.* Fam. VII. 1. Apparatus *spectatio tollebat omnem hilaritatem* (scil. quae peti

poterat ex poetae fabula et histrionum actione) — *Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytaemnestra; aut in equo Troiano craterarum tria millia etc.* 3. de apparatione ad mundi creationem. Nat. Deor. I. 8. *desidero ministros, machinas, omnem totius operis designationem atque* apparatum. 4. minor apparatus *dicitur de praeceptis artis oratoriae exilibus.* Brut. 76. *Hermagorae disciplina dat rationes certas et praecepta dicendi, quae minorem habent* apparatum, *sunt enim exilia.* Propterea paullo ante dicitur ea disciplina *inops ad ornandum.* 5. de diligentiore oratoris meditatione. Orat. I. 53. *dixit Mucius more suo nullo* apparatu, *pure et dilucide.*

APPARERE, de praesentia in iudicio. Sull. 2. *an vero in quibus subselliis haec ornamenta rei publ. viderem, in his me* apparere *nollem.* *Sic* Cluent. 53. apparere *quaestioni*, dicuntur scribae, lictores etc. hinc de Leg. II. 8. apparere *Diis;* dicuntur ministri sacrorum. 2. de rebus aut personis, quae accessu suo in oculos occurrunt. (erscheinen.) Fam. X. 20. *quum equites Antonii* apparuissent. Divin. III. 30. *Sullae immolanti anguis* apparuit. Flacc. 12. *si navicula praedonum* apparuisset. 3. de libris qui eduntur. Parad. I. illud *maiorum vigiliarum opus in tuo nomine* apparuit. 4. de rebus quae extant, ut percipi et sentiri possint. Fam. I. 9. *odium repente* apparuit. Rosc. Am. 41. *est quiddam quod occultatur, quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur eo magis eminet et* apparet. Brut. 21. *Galbae orationes — evanuerunt vix iam ut* appareant. Phil. II. 31. *ubi merces* apparet? h. e. ubi apparet illud quod pro tanta mercede didiceris. Orat. I. 16. de artibus liberalibus: *quibus ipsis si in dicendo non utimur tamen* apparet *atque exstat utrum simus earum rudes an didicerimus* Fam. V. 19. *quid rectum sit* apparet *(ist klar), quid expediat incertum est.*

APPARITIO pro apparitore. Qu. Fr. I. 1, 4. *quos vero ex necessariis* apparitionibus *tecum esse voluisses, qui quasi ex cohorte praetoris appellari solent.*

APPARITOR, est qui magistratibus apparet, ut lictores, accensi, scribae. Verr. III. 78. *tuus* apparitor *id est* scriba Verris. Q. Fr. I. 1. *Sit lictor non suae sed tuae voluntatis* apparitor.

APPEL-

APPELLARE; nominare. Fam. VI. 6. *Caesar numquam nisi honorificentissime Pompeium* appellat. Ac. pr. II. 5. *me nomine* appellabat. Fam. II. 16. *molesta pompa lictorum meorum, nomenque imperii quo* appellor; i. e. nomen imperatoris. Rull. II. 24. *non c nsuevi homines* appellare *asperius, nisi lacessitus. Vellem fieri posset ut a me sine contumelia nominarentur ii* etc. 2. alloqui. Q. Fr. II. 9. *Tu ut me* appelles, *et interpelles, et colloquare et obloquare velim.* Att. XIII. 4. *salutare benigne, comiter* appellare *unumquemque. Manil.* 5. *legati erant* appellati *superbius.* 3. designare. Fam. I. 9. *quidam homines et iidem illi, quos saepe nutu significationeque* appello. 4. debitum ut aliquis reddat poscere (an eine Schuld mahnen). Quint. 12. *anno et sex mensibus, quum tibi quotidie potestas fuisset hominis admonendi verbum nullum facis, biennio iam confecto fere* appellas. Att. I. 6. *Tullia tuum munusculum flagitat, ne sponsorem* appellat. Ph I. II. 29. appellari *de pecunia.* 5 invocare aliquem ad auxilium ferendum. Flacc. 2. *quem enim alium* appellem? *quem obtester? quem implorem?* Verr. V. 72. *Vos imploro et* appello *sanctissimae deae!* Inprimis 6. *ponitur de* provocatione ad magistratus, ad populum, Quint. 20. *procurator a praetore tribunos* appellare *ausus.* Verr. IV. 65. *praetor* appellatur. 7. agere cum aliquo. Fam. I. 2. *quod singulis* appellandis *rogandisque perspexeram.* Verr. I. 41. appellat *Anniam — docet hominem quid fieri possit.* Fam. XII. 28. *senatus pro dignitate tua* appellaretur. 8. obiurgare. Off. I. 25. *ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne* appellentur *quidem.* 9. pronuntiare Brut. 35. appellandarum *literarum suavitas.*

APPELLATIO. provocatio ad trib. pl. auxilii causa. Vatin. 14. 2. titulus Att. V. 20. appellatio *inanis*, de titulo imperatoris sine re; pro quo alias *nomen. Sic est tamen etiam ap.* Suet. Caes. 77.

APPELLATOR, qui provocat. Verr. IV. 65.

APPELLERE de navibus *anlanden.* Att. XIII. 21. *quum ad villam nostram navis* appelleretur. Verr. I. 18. *quum Persae classem ad Delum* appulissent. Verr. V. 28. *ad Siciliam* appulsos *esse dicebat.* 2. *tropice.* Orat II. 37. *timide tamquam ad aliquem libidinis scopulum sic tuam mentem ad philosophiam* appulisti. Rab. Perd. 9. *nec tuas umquam rationes ad eos scopulos* appulisses,

APPETITUS. 1. *Begehrungskraft.* N. D. II. 47. *Natura dedit beluis sensum et* appetitum, *ut altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera a salutaribus.* Divin. I. 32. *Intelligitur — humani animi eam partem, quae sensum, quae motum, quae* appetitum *habeat, non esse ab actione corporis seiugatam, quae autem pars animi rationis atque intelligentiae sit particeps, eam tum maxime videre quum plurimum absit a corpore.* 2. ipse actus appetendi, *Begierde.* Off. I. 29. *Efficiendum est, ut* appetitus *rationi obediant eamque neque praecurrant, propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant, sintque tranquilli, atque omni perturbatione careant. — Nam qui* appetitus *longius evagantur et tamquam exsultantes sive cupiendo, sive fugiendo non satis a ratione retinentur, hi sine dubio finem et modum transeunt.*

APPIETAS iocose pro nobilitate. Appiorum. Fam. III. 1. *nec ullam* Appietatem *aut Lentulitatem apud me plus quam ornamenta virtutis existima.*

APPINGO scribendo addo., insuper adscribo: Att. II. 9. *Epistolam superiorem restitue nobis et* appinge *aliquid novi.*

APPLAUDO. Sex. 54. *quibus viris aut cui generi civium maxime* applaudatur; scil. in theatralibus et gladiatoriis congressibus.

APPLICARE. admovere. Inv. II. 51. *navim ad eum* applicaverunt. Tusc. V. 27. *Indorum sapientes quum ad flammam se* applicaverunt, *sine gemitu aduruntur.* 2. adiungere. Lael. 9. *quam* (probitatem) *qui appetiverunt* applicant *sese et propius admovent.* Inv. II. 13. *quod in itinere se tam familiariter* applicaverit. 3. coniungere. Fin. II. 12. *ut ad honestatem* applicetur *voluptas.* 4. in primis dicitur de clientibus, qui sibi patronum deligunt. Or. I. 39. *se ad aliquem quasi patronum* applicare. 5. operam dare certis studiis aut artibus Off. I. 32. *alii se ad philosophiam, alii ad ius civile, alii ad eloquentiam* applicant. Or. II. 13. *apud Graecos eloquentissimi homines quum ad ceteras res illustres tum ad scribendam historiam maxime se* applicaverunt. Lael. 14. *si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus* applicet *atque adiungat.* Inv. I. 36. *Studium est animi assidua et vehe-*

mens ad aliquam rem applicata *magna cum voluntate occupatio.* Fin. IV. 13. *dicis omne animal, simul atque sit ortum,* applicatum *esse ad se diligendum* (geneigt zur Selbstliebe). 6. de doctoribus aut aliis hominibus, quos vel discendi, vel aliorum commodorum causa sectamur. Brut. 91. *me ad Molonem* applicavi — *in instituendo docendoque prudentissimum.* Verr. II. 1. *omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani* applicuit.

APPLICATIO, Zuneigung. Lael. 8. *a natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia, et* applicatione *magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione quantum illa res utilitatis esset habitura.* 2. Or. I. 39. *Ius* applicationis *est* ius quod inter peregrinum qui se tamquam cliens ad patronum applicavit, et inter patronum intercedit; quo in primis, si ille intestato esset mortuus, hereditas ad patronum perveniebat.

APPONO. de ferculis in cena aut prandio, *vorsetzen.* Tusc. V. 32. *Xenocrates legatis* apposuit *tantum, quod satis esset, nullo apparatu.* Att. VI. 1. *quid te in vasis fictilibus* appositurum *putem.* Fam. IX. 16. *volo enim videre animum, qui mihi audeat ista quae scribis,* apponere. 2. instigo, suborno. Verr. II. 10. *Verres calumniatores* apponebat. Verr. I. 54. *mancipem* apponere. Philipp. II. 11. apponere *sibi praevaricatorem.* 3. appingo s. adscribo. Pison. I. 30. *quoniam te non Aristarchum. habemus — qui non notam* apponas *ad malum versum.* Fam. XIII. 6. *Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam* apponam *eam, quae mihi tecum convenit.*

APPORTO proprie, adveho Off. I. 42. *mercatura magna et copiosa multa undique* apportans. Verr. V. 48. *in urbe nostra — quae tabula picta est, quae non ab hostibus victis capta atque* apportata *sit.* Verr. I. 21. *P. Servilius quae signa atque ornamenta ex urbe hostium vi et virtute capta — sustulit, ea populo Romano* apportavit. 2. *tropice*, secum ferre Cat. mai. 8. *senectus si nihil aliud vitii* apportes.

APPOSITE apte, accommodate. Inv. I. 5. *dicere* apposite *ad persuasionem.* ibid. *medici officium dicimus esse, curare ad sanandum* apposite.

APPOSITUS finitimus. Inv. II. 54. *Fidentiae contrarium est diffidentia, et ea re vitium est; audacia*

non est contrarium, sed appositum *est ac propinquum, et tamen vitium est.* 2. aptus, accommodatus. Verr. IV. 57. *Verres multo* appositior *ad deferenda quam ad auferenda signa.* Verr. V. 11. *homo bene* appositus *ad istius audaciam.* Att. III. 13. *Locus minime* appositus ad tolerandam calamitatem.

APPREHENDERE sensu proprio. N. D. I. 20. *atomi cohaerescunt inter se et aliae alias* apprehendentes *continuantur.* 2. occupare. Att. X. 7. *necesse est istum* apprehendere *Hispanias.* 3. *metaphorice* de argumentis quae arripiuntur ab oratore Cluent. 18. quidquid ego apprehenderam statim accusator extorquebat.

APPROBARE argumentis confirmare Inv. I. 34. 2. i. q. probare. Q. Fr. III. 4. *ego meum consilium vehementer* approbo. Ac. pr. II. 30. *hoc negas te posse nec* approbare *nec improbare.* 3. *approbare* dicimur visa, quae vera vel probabilia esse iudicamus. Ac. pr. II. 32. *neque tamen omnia eiusmodi visa* approbari, *sed ea quae nulla re impediantur.* ibid. II. 12. *animal non potest obiectam rem perspicuam non* approbare. 4. in formulis bene precandi. Fam. II. 13. *quod actum est dii* approbent it. Att. VI. 6.

APPROBATIO assumptionits (Beweis des Untersatzes.) Inv. I. 54. i. e. confirmatio. 2. Alio significatu occurrit Her. II. 6. *ubi* approbatio *est oratio qua defensor et accusator utitur ad extremum, confirmata iam suspicione.* 3. Approbatio *testium* est, quum eos idoneos esse ex auctoritate et vita eorum et constantia testimoniorum demonstratur Her, II. 6.

APPROBATUM est in foro, *id quod homines, quum dubium esset, quale haberi oporteret, sua constituerunt auctoritate* Inv. I. 30.

APPROPERARE ad aliquem locum s. ad aliquod negotium properare. Mil. 17. *quem diem — — nisi ad cogitatum facinus* approperaret *numquam reliquisset.*

APPROPINQUATIO. Fin. V. 11. *maxime — vis est perspicua naturae quum — augantur* appropinquatione *mortis confecti homines senectute.*

APPROPINQUARE. Catil. II. 5. *Quibus ego confido — poenas — debitas aut instare iam plane aut certe* appropinquare Qu. Fr. III. 8. *eius rei maturitas non-*

dum venit, et tamen iam appropinquat. Fin. III. 14. *nec catulus ille, qui iam* appropinquat *ut videat, nihilo plus cernit, quam is qui modo est natus.*

APPULSUS. 1. Annäherung. N. D. I. 10. *terrae maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus, quod pars earum solis* appulsu *exarserit, pars obriguerit nive, pruinaque longinquo solis abscessu.* 2. Einwirkung. N. D. II. 56. *Tactus toto corpore aequabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque nimios et frigoris et caloris* appulsus *sentire possemus.*

APRICARI. Tusc. V. 32. *Diogenes Alexandro roganti, ut diceret, si quid opus esset. Nunc quidem paullulum, inquit, a sole. Offecerat videlicet* apricanti. (*er hatte ihm, da er sich sonnte, Schatten gemacht.*)

APRICATIO Cat. mai. 16. *Ubi potest illa aetas* (senectus) *aut calescere vel* apricatione *melius vel igni, aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius,* (quam ruri s. in agris). Att. VII. 11. *unam mehercule* apricationem *in illo Lucretino tuo sole malim, quam omnia istius modi regna.*

APRICUS. Partit. 10. *In locis spectantur illa naturalia — — salubres an pestilentes, opaci an* aprici. —

APTE passend, schicklich. Fin. III. 14. *cothurni laus — ad pedem* apte *convenire.* Part. 8. *dicere aliquid ad tempus* apte. Or. I. 32. *dicere ad rerum dignitatem* apte *et quasi decore.* 2. de numero oratorio. Or. 65. *si quae veteres* apte *numeroseque dixerunt, ea non numero quaesita, sed verborum collocatione ceciderunt.*

APTUS, accommodatus. N. D. II. 55. *Ossa habent commissuras et ad stabilitatem* aptas *et ad artus finiendos accommodatas.* Orat. I. 54. *Socrates — si mihi, inquit calceos Sicyonios attulisses, non uterer quamvis essent habiles et* apti *ad pedem.* ibid. 22. quum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem. Part. 15. *actio vocis, vultus et gestus congruens et* apta *ad animos permovendos.* Att. VIII. 4. *vir minime* aptus *ad docendum.* Fam. IV. 8. *locus ad exsulandum* aptissimus Orat. 22. *decere est quasi* aptum *esse consentaneumque tempori et personae.* Tusc. I. 36. *Quum id non habeas, quod tibi nec usu nec natura sit* aptum, *non careas, etiam si sentias te non habere.* 2. coniunctus, cohaerens, connexus. Part. 39. *Si scripta inter se dissentient, tanta series artis est et sic inter se*

sunt pleraque connexa et apta, *ut quae paullo ante praecepta dedimus ambigui — eadem ad hoc genus causae transferentur.* Univ. 12. *ille qui recte et honeste curriculum vivendi a natura datum confecerit ad illud astrum quocum* aptus *fuerit revertetur.* N. D. III. 1. *Balbus multa dixit etiamsi minus vera tamen* apta *inter se et cohaerentia.* N. D. II. c. 58. *Quis enim hunc hominem dixerit, qui quum tam certos caeli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque inter se omnia connexa et* apta *viderit, neget in iis ullam esse rationem.* Or. 71. *Facilius est* apta *dissolvere, quam dissipata connectere.* Sic de circuli et sphaerae figura. N. D. II. 18. dicitur: *quo nihil fieri potest* aptius. 3. *aptum* dicitur quod ex altero pendet, tam proprio sensu, quam translato. Tusc. V. 21. *fulgentem gladium e lacunari seta equina* aptum *demitti iussit.* Tusc. V. 12. *Nam cui viro ex se ipso* apta *sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt,* (*der in den Mitteln zur Glueckseligkeit lediglich von sich abhangt*) *nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius eventis et errare coguntur, huic optime vivendi ratio comparata est.* Fat. 15. *quod si concedatur nihil posse evenire, nisi causa antecedente, quid proficiatur, si ea causa non ex aeternis causis* apta *dicatur?* Tusc. V. 25. *causae aliae ex aliis* aptae *et nexae.* Acad. IV. 10. *ex qua re una vita omnis* apta *sit.* Caecin. 18. *aliud exemplum, quod testimonio sit, non ex verbis* aptum *pendere ius, sed verba servire hominum consiliis et auctoritatibus.* 4. In oratione *aptum* dicitur *a*) id quod personis, temporibus causis congruit, *Schicklichkeit, Angemessenheit des Vortrags.* De hoc apto dicendi genere locus classicus Orat. III. c. 55. *Nunc quid* aptum *sit, hoc est quid maxime decens in oratione videndum est. Quamquam id quidem perspicuum est, non omni causae nec auditori, neque personae, neque tempori congruere orationis unum genus. Nam et causae capitis alium quendam verborum sonum requirunt, alium rerum privatarum atque parvarum, et aliud dicendi genus deliberationes aliud laudationes, aliud iudicia, aliud sermones, aliud consolatio, aliud obiurgatio, aliud disputatio, aliud historia desiderat. Refert etiam qui audiant, senatus an populus, an iudices, frequentes an pauci, an singuli, et ipsi quoque oratores qua sint aetate, honore, auctoritate debet videri; tempus pacis an belli, festinationis an otii.* Deinde *b*) ora-

14. ubi inducitur loquens Appius Caecus Clodiam alloquens; *ideo* aquam *adduxi ut ea tu inceste uterere?* scil. ut ea te post stuprum ablueres. 5. aquae calidae balneis utiles; inprimis Baianae vel Puteolanae. Planc. 26. *me unum ex iis feci, qui ad* aquas *venissent.* Att. I. 13. *aquae Arpinates* vid. Ind. hist. v. *Arpinas.* 6. *proverbium* aqua haeret, *quod dicitur de iis*, qui se nequeunt ex difficultate expedire, translatum est vel a clepsydris, vel quod verisimilius, ab incilibus et aquarum derivationibus, quarum cursus obstruitur. Off. III. 33. *sed* aqua haeret *ut aiunt.* Q. Fr. II. 1. *in hac causa mihi* aqua haeret. 7. aqua *intercus* i. q. hydrops. Clt. III. 24. *medicamentum ad* aquam intercutem. 8. aqua *et igni interdicere* vid. *interdicere.*

AQUARIUS. 1. aquaeductuum curator. Fam. VIII. 6. *nisi ego cum tabernariis et* aquariis *pugnarem veternus civitatem accupasset.* Scil. Caelius aedilis curulis erat, et quum ad aediles etiam aquarum publicarum cura pertineret, erat vi pugnandum cum aquariis publicas aquas ad privatum usum convertentibus. Frontin. de aquaeductibus 75. 76. de fraudibus aquariorum agens, *cui rei* inquit *causa est fraus aquariorum, quos aquas ex ductibus publicis in privatorum usus derivare deprehendimus. Sed et plerique possessorum et quorum agris aqua circumducitur, inde formas rivorum perforant, unde fit, ut ductus publici hominibus privatis vel ad hortorum usum subserviant, vel itinera suspendant. Ac de vitiis eius modi nec plura nec meliora dici possunt, quam a Caelio Rufo dicta sunt in ea concione cui titulus est* de aquis. 2. *aquarius* est sidus caeleste in Zodiaco (der Wassermann). N. D. II. 44. 3. aquaria provincia dicitur maritima, ut Ostiensis et Puteolana Vatin. 5. *quum tibi magno clamore* aquaria provincia *obtigisset.* Scilicet Vatinio quaestori provincia Puteolana obtigerat; qua de re Turnebus „magno clamore *inquit* in provinciarum sortitione dicit Vatinio provinciam aquariam obtigisse, ad cuius procurationem et munus pertinebat, quidquid mari evehebatur aut importabatur; ea provincia, quod ob negotiationem et mercaturam quaestuosissima esset, quod negotii et occupationis et molestiae plenissima nec sane splendida, quum obveniebat cuipiam, populus, qui aderat, succlamabat, ob furta rapinas et capturas, quod tum ut opinor vehementius fecit, quod obvenisset homini

avido, et furaci et improbo." Et sic Manutius quoque *magnum* illum *clamorem populi* intellexit, scilicet ut pertineret ad lucrum quod a quaestore furaci et avaro ex ea provincia maximum capi posset. Lipsius vero Antiquar. lectionum lib. I. c. 12. illum clamorem refert ad obscenum aquae usum, quae scilicet sumebatur ab iis qui stuprum passi essent. Sed hoc alienum est ab illo loco, Vatin. 5. quod verba proxime sequentia satis declarant: *quaero — in eo magistratu quum tibi magno clamore aquaria provincia obtigisset, missusne sis a consule Puteolos, ut inde aurum exportari argentumque prohiberes? In eo negotio quum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares, quumque omnium domus apothecas, naves, furacissime scrutarere* etc. Ergo hic tantum de avaritia quaestoris, non de impudicitia agitur. Ceterum alia provincia aquaria fuit Ostiensis, de qua Muren. 9. Cicero Ser. Sulpicium alloquens dicit: „Tu habuisti illam, cui, quum quaestores sortiuntur, etiam acclamari solet, Ostiensem, non tam gratiosam et illustrem, quam negotiosam et molestam." Vatinio vero non Ostiensem, sed Campanam provinciam aquariam i. e. Puteolanam obtigisse pluribus docuit Pighius Annal. ad a. 483.

AQUATILIS. N. D. I. 37. *Bestiarum terrenae sunt aliae*, partim aquatiles *ib.* II. 48. *admiratio est in bestiis* aquatilibus, *quae gignuntur in terra.*

AQUATIO. Off. III. 14. *hic* aquatio *h. e.* hoc loco aqua dulcis hauritur.

AQUILA avis Divin. II. 70. *Cursor* (qui se scilicet Olympico certamini parabat) *ad interpretem detulit,* aquilam *se in somnis visum esse factum. At ille, Vicisti. Ista enim avi volat nulla vehementius. Huic Antipho· Baro inquit, „victum esse non vides? ista enim avis insectans alias aves et agitans semper ipsa postrema est."* 2. signum militare. Att. XIV. 27. aquila *quartae legionis.* Fam X. 30. aquilae *duae, signa sexaginta sunt relata Antonii.*

AQUULA. Orat. I. 7. *platanus tua non minus — patulis est diffusa ramis, quam illa* (in Phaedro Platonis) — *quae mihi videtur non tam ista* aquula *quae describitur, quam Platonis oratione crevisse.* Suavi metaphora Orat. II. 39. de institutione oratoris dicitur:

sin sit is, qui et doctrina mihi liberaliter institutus, et aliquo iam imbutus usu, et satis acri ingenio esse videatur, illuc eum rapiam, ubi non seclusa aliqua aquula *teneatur, sed unde universum flumen erumpat* h. e. ubi non exilibus quibusdam praeceptis teneatur, sed ubi omnium argumentorum sedes et fontes discere possit

ARA. „1. arae *et foci* quum iunguntur, cave putes, aras de templis, focos de aedibus privatis intelligi, ut vulgaris opinio fert, in illo proverbio: *pro aris et focis pugnare*: quem errorem etiam erravit Cl. Dukerus ad Flor. III. 13. quum eum locus ille docere meliora posset, quem frustra tentat. Sed utrumque dicitur de privatis aedibus, in quibus ara erat Deorum Penatium, patriorum, in impluvio (v. Impluvium), focus autem in atrio, isque Larium erat. Dom. 40. *uniuscuiusque vestrum sedes*, aras, *focos* etc. ibid. 41. extr. de domo: *hic* arae, *hic foci, hic dii penates.* Deiot. 3. *te amicum et placatum Deiotari* arae *focique viderunt.* Phil. VIII. 3. *templa penates*, aras, *focos.* Nat. D. III. c. ult. distinguuntur, arae *focique*, *templa et delubra deorum* etc. cf. Sext. 42. init. Philipp. II. 30. *Liberi Cn. Pompeii repetebant Deos patrios*, aras, *focos, larem suum familiarem, in quae tu invaseras.* v. Penates. Lares. Hinc Plinius Paneg. 68. *domesticae* arae *focique.* Vidit iam aliqua ex parte, sed obscurius, neque rationem redidit, cur sic locuti sint, Cortius ad Sallust. Catil. 52. 3. Breviter ac perspicue dixit Meurs. Auctor. Philol. c. 8.“ Hactenus Ernestius in Clave. 2. ad *aras* saepe tanquam ad asylum confugiebant. Rosc. Com. 11. *quod item nuper in Erote comoedo usu venit, qui posteaquam e scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur, sicut in* aram, *confugit in huius Roscii domum, disciplinam, patrocinium, nomen.* N. D. III. 10. *omnium talium rerum ratio reddenda est, quod vos quum facere non potestis, tamquam in* aram, *confugitis ad deum.* Verr. II. 3. Siculi dicuntur numquam ante hoc tempus ad aram legum publico consilio confugisse, h. e. numquam repetundarum accusasse proconsules Verr. V. 48. iudicium de repetundis dicitur *portus, arx*, ara sociorum. 3. *aram tenere* erat iurantium. Flacc. 3. *is qui si* aram *tenens iuraret crederet nemo, per epistolam quod volet, iniuratus probabit?* 4. *ara* sidus caeleste N. D. II. 44. 5. *ara est* monumentum in sepulcro militum in praelio caesorum. Phil. XII. 13. Cicero dicit

milites contectos publicis operibus atque muneribus eaque exstructione, quae sit ad memoriam aeternitatis ara *virtutis*.

ARARE, aratro perstringere. Divin. I. 9. *Lentiscus — tria tempora monstrat* arandi. Orat. II. 30. *ager non semel* aratus, *sed novatus et iteratus.* Div. II. 23. *quum terra* araretur *et sulcus altius esset impressus*. Verr. III. 98. *dixi ipsam* rationem arandi (agriculturam) *spe magis et iucunditate quadam, quam fructu, atque emolumento teneri.* 2. arare dicuntur, qui agros habent, quibus colendis vitam sustinent et rem quaerunt. Verr. III. 5. etc. 3. arare *dicitur pro* exarare. *h. e. certam frumenti copiam ex agro arato lucrari.* Verr. III. 47. *fieri non poterat ut plus quam decem medimna ex iugero* ararent.

ARATIO, actus arandi, s. agri cultura. Verr. III. 86. *Quum aratori onus aliquod imponitur, non omnes, si quae sunt praeterea facultates, sed* arationis *ipsius vis ac ratio consideranda est, quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit ac debeat.* 2. agri ipsi qui arantur. s. praedia rustica Verr. III. 53. *desertae* arationes. ibid. 51. arationes *atque agros vectigales vastare atque exinanire.*

ARATOR. qui arat. Philipp. III. 9. de Sex. Clodio, quo Antonius usus erat eloquentiae magistro: En cur magister eius ex oratore arator factus possideat in agro publico populi Rom. campi Leontini duo millia iugerum immunia, ut hominem stolidum magis etiam infatuet mercede publica. Verr. I. 37. II. 13. 64. III. 20 etc. „Sunt autem aratores non solum provinciales, sed etiam cives Rom. qui agros publicos colunt, et pro iis decumas solvunt, ut e Verrinis claro patet. Verr. III. 20. aratores *diripere.* ibid. 27. *summi* aratores; qui magnas arationes habent.“ *Ern.*

ARATRUM. Rull. II. 25. *quod solum tam exile et macrum est quod* aratro *perstringi non possit* Rosc. Am. 18. *ab* aratro *arcessebantur qui consules fierent.* Phil. II. 40. *Casilinum coloniam deduxisti — ut vexillum tolleres* et aratrum circumduceres, *cuius quidem vomere portam Capuae paene perstrinxisti, ut florentis coloniae territorium minueretur.* Nempe sollemne erat fines agrorum, qui colonis assignabantur, aratro circumducendo designare.

ARBITER „est, in sensu forensi, qui aut honoris causa deligitur ab his, qui controversiam habent, aut a praetore datur, ut, non quemadmodum iudex a certa formula, quae definiat, quid et quomodo sit iudicandum, a qua ei discedere non licet, sed ex fide bona, ex aequo et bono, controversiam dirimat. Vid. de discrimine *arbitri* et *iudicis*, *arbitrii* et *iudicii*. Rosc. Com. 4. 5. Off. III. 16. Top. 10. arbitrum *adigere aliquem*. i. e. agere, cogere ad arbitrum. Caecin. 7. arbiter *familiae herciscundae*, i. e. rei, hereditatis inter coheredes dividendae. Hinc metaphorice. 2. eleganter Chrysippus Fat. 17. arbiter honorarius inter duas sectas dicitur. Leg. 1. *sed ego plane vellem me* arbitrum *inter antiquam Academiam et Zenonem datum*. 3. Sed est tamen interdum pro *iudice*, ut *arbitrium* pro *iudicio*. Nam Rosc. Am. 39. *arbiter* dicitur iudex mandati, quia etiam in iudicio mandati additur; *ex fide bona*. 4. testis. Flacc. 36. quis est decisionis arbiter? qui interfuit, eamque factam esse, et quomodo facta sit, testari potest?“ *Ernesti*. Her. II. 4. *spes celandi quaeritur ex consciis*, arbitris, *adiutoribus*. Verr V. 31. *locus amoenus et ab* arbitris *remotus*. Off. III. 31. *Pomponius surrexit e lectulo remotisque* arbitris ad se illum iussit venire.

ARBITRATUS sententia. Orat. I. 22. *quid mihi nunc quaestiunculam de qua meo* arbitratu *loquar ponites?* 2. lubitus, voluntas. Fin. I. 21. *ut id meo* arbitratu (h. e. pro lubitu) *facerem*. Att. XVI. 1. *ego literas ipsius* arbitratu *dabo* Rull. II. 24. *quum summam tantae pecuniae nullo teste, sibi ipse suo* arbitratu *et sua voluntate fecisset*. 3. disciplina. Inv. I, 25. *In victu considerare oportet, apud quos, et quo more, et cuius* arbitratu *sit educatus, quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi praeceptores*.

ARBITRIUM. voluntas, lubitus, arbitratus. Att. VIII. 21. *Video quorum* arbitrio *sit acturus*. Philipp. VI. 2. de Antonio: *quid enim ille umquam* arbitrio *suo fecit, semper eo tractus quo libido rapuit, quo levitas, quo furor, quo vinolentia?* Itaque verbis proxime antecedentibus negatur *umquam in sua potestate* fuisse. Parad. V. 1. *animus fractus et abiectus et* arbitrio *carens suo* (*ein Gemüth, des seine Freyheit verloren hat*). Verr. Act. I. c. 10 *magnam iudicii exspectationem ad nostrum* arbitrium *libidinemque eludemus*. Orat. 8. *omnes* (oratores) *qui probari volunt voluntatem eorum, qui*

audiunt, intuentur, ad eamque et ad eorum arbitrium *et nutum totos se fingunt et accommodant.* Att. XV. 13. *eius orationis custodiendae et proferendae* arbitrium *tuum sit.* Orat. I. 23. *Ars est ex rebus penitus perspectis planeque cognitis, atque ab opinionis* arbitrio *seiunctis* (wo nichts nach bloſsen Meinungen entschieden wird). 2. arbitrium est iudicium arbitri vel arbitrorum. Rosc. Com. 4. *Aliud est iudicium, aliud* arbitrium. *Iudicium est pecuniae certae;* arbitrium *incertae. Ad iudicium hoc modo venimus ut totum litem aut obtineamus aut amittamus; ad* arbitrium *hoc modo adimus, ut neque nihil neque tantum, quantum postularimus, consequamur. Eius rei ipsa verba formulae testimonio sunt.* — — *Quid est in* arbitrio? *mite, moderatum:* QUANTUM AEQUIUS MELIUS ID DARI. Top. 17. arbitrium *rei uxoriae, in quo est* QUOD MELIUS AEQUIUS. Intelligitur de reddenda dote post divortium. 3. *arbitria funeris proprie* dicuntur mercedes quae *pro cura funerum* libitinariis, vespillonibus et id genus aliis ministris solvebantur. Eorum arbitrium fuisse penes praetorem vel magistratum municipalem constat ex Digestor. lib. XI. Tit. VII. leg. 12. §. 6. Cicero autem hoc verbo metaphorice utitur; in Pison. c. 9 *eodem in templo, eodem et loci vestigio et temporis,* arbitria *non mei solum sed patriae funeris abstulisti.* Scilicet loquitur de provinciis Gabinio et Pisoni quasi praemii loco, quod Clodii furores in Ciceronem adiuvissent, attributis. Id apparet ex Orat. pro Sextio c. 24. *Quum illum meum casum tam horribilem, tam gravem, tam repentinum, non solum homines, sed tecta urbis ac templa lugerent — — illo inquam ipso die, die dico? immo hora atque etiam puncto temporis eodem mihi reique publicae pernicies, Gabinio et Pisoni provincia rogata est.* Alia etiam praemia exsilii Ciceroni inflicti his consulibus tributa memorantur or. post red. in Sen. c. 7. *Nondum palam factum erat concidisse rem publicam, quum tibi* arbitria funeris *solvebantur, uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat, bona ad vicinum consulem de palatio, de Tusculano ad vicinum alterum consulem deferebantur.* Et in orat. pro domo; c. 37. *videre praetextatos inimicos* (consules) *nondum morte comploratа* arbitria petentes *funeris.*

ARBITROR. Hoc verbum sollemne erat in testimoniis dicendis quam consuetudinem laudat Cicero

Acad. pr. II. c. *quam rationem maiorum etiam comprobat diligentia, qui primum iurare ex sui animi sententia quemque voluerunt, deinde ita teneri si sciens falleret, quod inscitia multa versaretur in vita; tum qui testimonium diceret, ut* arbitrari *se diceret etiam quod ipse vidisset.* — Itaque Induciomarus vituperatur Font. 9. his verbis: *qui primum illud verbum consideratissimum nostrae consuetudinis,* ARBITROR, *quo nos etiam tunc utimur quum ea dicimus iurati, quae comperta habemus, quae ipsi vidimus ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit.*

ARBOR. Fin. V. 14. arborum *et novellam et vetulam et vivere et senescere dicimus.* Divin. II. 14. arbores *ut hiemali tempore cum luna simul senescentes quia tum exsiccatae sint tempestive caedi putantur.* 2. Arbores *infelices quae sint* Macrob. Saturn. II, 16. affert ex Tarquinii Prisci ostentario arborario: *Arbores quae inferum deorum avertentiumque in tutela sunt, eas* infelices *nominant, alaternum, filicem, ficum atram, quaeque baccam nigram nigrosque fructus ferunt, itemque acrifolium, pirum sylvaticam, ruscum, rubum sentesque.* Plinius vero Hist. nat. XVI. 43. *Infelices* inquit *existimantur damnataeque religione, quae neque seruntur neque fructum ferunt — Hinc intelligitur formula legis* ARBORE INFELICI SUSPENDITO Rab. perd. 4.

ARBUSTUM. *Baumpflanzung.* Cat. Mai. 15. *Segetibus, pratis, vineis* arbustis *res rusticae laetae sunt.* Hic distinguuntur *arbusta* a *pomariis.*

ARCA. Kasten, inprimis quae inservit pecuniae asservandae. Orat. II. 69. *Cato quum percussus esset ab eo qui* arcam *ferebat, quum ille diceret* Cave! *rogavit numquid aliud ferret praeter* arcam. Att. VII. 1. arcae *nostrae confidito* (verlaſs dich auf meine Kasse). Q. Fr. II. 12. quum Caesar de sua egestate iocatus esset, Cicero ait: ad eum rescripsi, nihil esse quod posthac arcae nostrae fiducia conturbaret. (er möchte ja nicht, wenn er sich in Geldverlegenheit setzte, auf meine Kasse rechnen.) 2. *arcae* dicuntur cava angusta ex robore vel alio ligno, quibus servi includebantur custodiae causa. Mil. 22. *Servi subiti arrepti in quaestionem tamen separantur a ceteris et in* arcas *coniiciuntur, ne quis cum iis colloqui possit.*

ARCANO, insgeheim. ad Att. XVI. 3. quum Cicero misisset ἀρχέτυπον librorum de gloria, scribit: *hunc tu — lege arcano convivis tuis.* Charisius *monuit Ciceronem scripsisse* arcano *pro* arcane.

ARCANUS. Fin. II. 26. de amico familiari: *quicum ioca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia.*

ARCERA. Hoc vocabulum a Cicerone usurpatum esse testatur Nonius I. 270. Sic autem, ut Gellius lib. XX. 1. ait, vocabatur *plaustrum tectum undique et munitum, quasi arca quaedam magna vestimentis instrata, qua nimis aegri aut senes portari cubantes solebant.*

ARCERE. 1. continere, cohibere. N. D. II. 54. *alvus* arcet *et continet illud quod recipit.* Somn. 3. *orbis caelestis* arcens *et continens ceteros.* 2. coërcere Harusp. 3. *Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis* furentis — *non posse* arceri *otii finibus.* N. D. II. 60. *Nos flumina* arcemus, *dirigimus, avertimus.* 3. avertere, propulsare, depellere. Muren. 10. *ille scit ut hostium copiae, tu ut aquae pluviae* arceantur. Philipp. XI. 2. *Antonio se Brutus obiecit impetumque furentis — vitae suae periculo colligavit, progressu* arcuit, *a reditu refraenavit.* Phil. V. 13. *Brutus Antonium non ut consulem recepit, sed ut hostem* arcuit *Gallia.* Leg. I. 14. *Si homines ab iniuria non poena sed natura* arcere *deberet, quaenam sollicitudo vexaret impios sublato suppliciorum metu.* Off. I. 34. *adolescentia a libidinibus* arcenda *est.*

ARCESSERE. 1. advocare, adducere. Rosc. Am. 18. *ab aratro* arcessebantur, *qui consules fierent.* 2. asportare. Verr. V. 18. arcessere res transmarinas. 3. assumere, asciscere. Verr. IV. 51. *In his sacris quae maiores nostri ab externis nationibus adscita atque* arcessita *coluerunt.* 4. accusare, s. in iudicium vocare. Deiot. 11. *non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis* arcessere. Off. II. 14. *tenendum est ne quem umquam innocentem iudicio capitis* arcessas. Rab. perd. 9. *Non intelligis — quot ex iis qui vivunt eodem crimine in summum capitis periculum* arcessas. Flacc. 6. *Sermo est dissipatus Cn. Pompeium — contendisse a Laelio — ut hunc hoc iudicio* arcesseret. 5. in exponendis doctrinis *arcessere* est *deducere.* Or. II. 27. *Tamen et tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum*

rerum non videre, *et iam aetatis est ususque nostri a capite quod velimus* arcessere, *et unde omnia maneant videre.* Top. 9. *Quum a genere ducetur argumentum non erit necesse id usque a capite* arcessere. 4. *arcessitus*, nimis longe petitus. Orat. II. 63. de ioco ex ambiguo: *attendere et aucupari verba oportebit*, *in quo ut ea*, *quae sint frigidiora, vitemus*, *etenim cavendum est ne* arcessitum *dictum putetur* (*man muſs sich huten, daſs ein Einfall nicht allzuweit hergeholt scheine*) *permulta tamen acute dicemus.*

ARCESSITUS N. D. I. 6. *ipsius rogatu* arcessituque *auf seine Bitte und Aufforderung.*

ARCHIPIRATA dux et princeps piratarum Off. II. 11. ille qui archipirata dicitur nisi aequabiliter quaedam dispertiat aut interficiatur a sociis, aut relinquatur.

ARCHITECTARE tropice, excogitare Fin. II. 16. de sapientia: *an quod ita callida est*, *ut optime possit* architectari *voluptates?* 2) aliquid animo informare (in der Phantasie entwerfen) Her. III. 19. *Cogitatio quamvis regionem potest amplecti et in ea situm loci cuiusdam ad suum commodum et arbitrium fabricari et* architectari.

ARCHITECTURA, Off. I. 42. *Quibus autem artibus aut prudentia maior inest*, *aut non mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, hae sunt iis quorum ordini conveniunt honestae.*

ARCHITECTUS sensu proprio *Baumeister*. Orat. I. 14. Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit. Mil. 17. Cyrus architectus mortuus. Att. XIV. 3. *Corumbus bellus esse dicitur* architectus. 2) Translate, alicuius rei auctor, princeps, magister Rosc. Am. 45, *quivis potest intelligere omnium* architectum *et machinatorem unum esse Chrysogonum*, Cluent. 22. *princeps atque* architectus *sceleris*. Brut. 31, *Stoici sunt* architecti *paene verborum.* Fin. I. 10. quae ab (Epicuro) *illo inventore veritatis et quasi* architecto *beatae vitae dicta sunt.* Fam. IX. 2. *si quis adhibere volet*, *non modo ut* architectos, *verum etiam ut fabros ad aedificandam rem publicam.*

ARCTE. Divin. I. 46. arctius *puellam amplexus.* Ibid. I. 28. arcte *et graviter dormitare.* Inv. II. 14. *postquam illos* arctius *ex lassitudine dormire sensit.*

studio vehementiore. Orat. III. 32, *Graeci nati in literis* ardentesque *his studiis.*

ARDENTER. Tusc. IV. 17. *quod aut cupias* ardenter, *aut adeptus efferas te insolenter.* Ib. V. 6. *illum quem — videmus — quo effluentius voluptates undique hauriat, eo gravius* ardentiusque *sitientem.*

ARDERE sensu proprio. Dom. 24. *domus* ardebat *in Palatio.* Divin. I. 53. *Caput* arsisse *Servio Tullio dormienti, quae historia non prodidit?* 2. Translate de corporis humani affectionibus. Verr. IV. 66. *quum spumas ageret in ore,* arderent *oculi.* Verr. V. 62. ardent *oculi, toto ex corpore crudelitas emicat.* Fin. V. 31. Arcesilas *quum* arderet *podagrae doloribus.* 3. translate de vehementiore animi affectu. Att. IX. 4. *non angor, sed* ardeo *dolore.* Att. II. 19. ardet *dolore et ira noster Pompeius.* Verr. II. 47. *Verres amore* ardebat *hospitae.* Pison. 24. *si triumphum non petebas, cuius tandem rei te cupiditate* arsisse *defendes?* Q. Fr. I. 2. *Nostra antiqua manus bonorum* ardet *et studio nostri atque amore.* 4. de rebus in quibus aliquis affectus se exserit. Q. Fr. II. 14. *res* ardet *invidia.* 5. de belli calamitate. Fam IV. 1. *orbem terrarum distributis imperiis* ardere *bello.*

ARDOR. 1. Sensu proprio. Divin. II. 19. *Si nubium conflictu* ardor *expressus se emiserit id esse fulmen* Fat. 15. *ignis causa* ardoris. 2. Fulgor, splendor. Catil III 8. *nocturno tempore visae ab occidente faces* ardorque *caeli.* Divin. I. 11. *concursus graves stellarum* ardore *micantes.* 3 Aether. N. D. II. 41. ardor *caelestis qui aether vel caelum nominatur.* 4. De oculis Balb. 21. *imperatorius* ardor *oculorum.* Div. I. 37. ardor *vultuum atque motuum.* 5. Vehementia animi commotioris. Brut. 24. ardor *animi consedit.* Fin. I. 13. ardor *cupiditatum restinctus.* Orat. 30. *Nec vero hic unus erat* ardor *in nobis, ut hoc modo omnia diceremus.* Cael. 31. ardor *mentis ad gloriam.*

ARDUUS proprie de ascensu acclivi, *steil*, Verr. IV. 23. *oppidum difficili ascensu atque* arduo. 2. difficilis Inv. II. *res* ardua *ac difficilis.* Orat. 10. *magnum opus et* arduum.

AREA. 1 Locus ubi aedificatur, vel aedificari potest *Bauplatz.* Q. Fr. II. 5. in aream tuam veni. Att.

tractatur vel per inductionem, vel per ratiocinationem. Inv. I. 31. argumentatio *uno nomine res duas significat*, 1. *inventum aliquam in rem probabile aut necessarium*; 2. *eius inventi artificiosam expolitionem*. Inv. I. 80. Quot modis argumentationes reprehendantur, ostenditur. Inv. I. 43 sqq.

ARGUMENTUM. 1. Genus ornamenti, in valvis etc. quod exhibebat historias, ut in nostris tapetibus fieri solet. Verr. IV. 56. sic Virgil. Aen. VII. 791. Her. II. 5. 2. Figura quae *permutatio* dicitur. Her. IV. 34. i. e. *oratio aliud verbis aliud sententia demonstrans per* argumentum *dicitur tractari*, *quum a persona aut a loco aut a re aliqua similitudo augendi aut minuendi causa ducitur*. 3. *Beweis*. *Pro* argumento *sumere* quod *in disquisitione positum est*, idem est atque id quod dialectici recentiores appellant *petitione principii uti*, Her. II. 26. Topic. 2. Argumentum *est ratio rei dubiae faciens fidem*. Partit. 2. Argumentum *est probabile inventum ad faciendam fidem*. Ibidem recensentur fontes argumentorum. Similiter Orat. II. 39. argumentorum sedes et loci exponuntur. Ar. pr. II 8. Argumenti *conclusio quae est* Graece *ἀπόδειξις*, *ita definitur: Ratio, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit*. Divin. II. 11. *Philosophum* argumentis *et rationibus oportet, quare quidque ita sit, docere, non eventis, iis praesertim, quibus mihi liceat non credere*. Orat. II. 38. *Quare istam artem* (dialecticam Stoicorum) *totam dimittamus, quae in excogitandis* argumentis *muta nimium est, in iudicandis nimium loquax*. Orat. II. 53. *Non enim, sicut* argumentum, *simul atque positum est, arripitur, alterumque et tertium poscitur, ita misericordiam, aut invidiam, aut iracundiam, simul atque impuleris, possis commovere*. Argumentum *enim ratio ipsa confirmat, cui simul atque emissum est, adhaerescit*. 4. Her. II. 5. in causa coniecturali: *Argumentum est per quod res coarguitur certioribus argumentis* (Gronov. probabiliter emendat *inventis*) *et magis firma suspicione*. Id dividitur in tempora tria, praeteritum, instans, consequens. 5. Materia orationis, epistolae aut cuiuscunque libri. Fam. V. 12. *Si uno in* argumento *unaque in persona mens tota versabitur*. Q. Fr. II. 10. *nec habuissem*

scribendi nunc quidem ullum argumentum, *nisi literas tuas accepissem.* Harusp. 2. *Concionis universam* argumentum. Att. I. 16. *nullam a me epistolam ad te sine absque* argumento *ac sententia pervenire.* Cael. 3. *quis est qui isti aetati atque etiam dignitati non possit quam velit petulanter, etiamsi sine ulla suspicione, at non sine* argumento *maledicere;* h. e. potest aliquis argumentum convicii ad exprobrandam adolescenti impudicitiam reperire, etiamsi eius suspicio nullis indiciis confirmari possit. 6. Fabula quae comoediae ne tragoediae argumentum constituit. N. D. I. 20. *ut tragici poetae quum explicare* argumenti *exitum non potestis confugitis ad deum.* Inv. I. 19.

ARGUO, insimulo accuso. Rosc. Am. 41. *servos neque* arguo, *neque purgo* ibid. 28. *multa sunt falsa, quae tamen* argui *suspiciose possunt.* Inv. II. 11. *negare oportebit de vita eius et moribus quaeri, sed de eo crimine, quo de* arguatur. Rab. Perd. 9. *an non intelligit quales viros summi sceleris* arguas. Parad. III. 1. *quod non licet, id hoc uno tenetur, si* arguitur, *non licere.* Verr. V. 18. *Nunc non modo te hoc crimine non* arguo, *sed ne illa quidam communi vituperatione reprehendo.*

ARGUTE, fein, scharfsinnig, witzig. Cael. 8. si mihi ad haec acute, arguteque responderit. Brut. 14. acute arguteque coniicere, Orat. 28. *callide* arguteque (*verständig und scharfsinnig*) *dicere.* Acad. I. 2. *quam* argute *quam obscure* (mit welchem Scharfsinn und Tiefsinn) *etiam contra Stoicos disputandum.*

ARGUTIAE de motu digitornm affectato. Orat. 18. nulla mollitia cervicum, nullae argutiae digitorum (kein tändelndes oder geziertes Fingerspiel) non ad numerum articulus cadens. 2. *In oratione*, *sinnreiche witzige Einfälle.* Brut. 45. de C. Titio: *Huius orationes tantum* argutiarum, *tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut paene Attico stilo scriptae esse videantur. Easdem* argutias *in tragoedias, satis quidem ille acute, sed parum tragice transtulit.* Orat. 31. *Demosthenes nihil* argutiis *et acumine* (*an Witz und Scharfsinn*) *Hyperidi cedit.* 3. *Spitzfindigkeiten.* Lael. 13. *sed nihil est quod illi non persequantur suis* argutiis.

ARGUTULUS. Att. XIII. 18. *perfeci sane* argutulos *libros ad Varronem*, scil. libros Academicorum. Hi dicuntur *argutuli*, ut recte Graevius explicat, quia subtiliter et acute in iis disputabatur de rebus abstrusis; simul tamen respicitur ad orationis elegantiam, quod patet ex epist. 19. ubi ait se Varroni partes Antiochias dedisse; *sunt enim*, inquit, *vehementer πιθανὰ Antiochia, quae diligenter a me expressa, acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum.*

ARGUTUS. 1. De partibus corporis aliquid significantibus, (*sprechend, bedeutungsvoll.*) Legg. I. 9. *oculi nimis* arguti, *quemadmodum animo affecti simus, loquuntur.* Orat. III.59. *Manus minus* arguta, *digitis subsequens verba, non exprimens.* Divin. II. 12. non dicam *gallinaceum* fel (*sunt enim qui vel* argutissima *haec exta esse dicant*) *sed tauri opimi iecur aut cor aut pulmo quid habet naturale, quo declarari possit, quid futurum sit?* 2. De periodis quaesita concinnitate sonoris. Orat. 12. *Datur etiam venia concinnitati sententiarum, et* arguti, *certique et circumscripti verborum ambitus conceduntur* (*künstlich gegliederte, wohlgemessene und gerundete Perioden.*) 3. De lepore et concinnitate sententiarum, (witzig und sinnreich.) Orat. II. 61. *Ex ambiguo dicta vel* argutissima *putantur.* Brut. 17. de Catone *quis in sententiis* argutior? Pison. 29. *poema facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit* argutius. 4. Loquax. Fam. VIII. 1. *quod tibi decedenti pollicitus sum, me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum, data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut verear ne tibi nimium* arguta *haec sedulitas videatur.* 5. Att. VI. 5. argutissimae *literae* sunt, quae quam plurima accurate et dilucide enarrant (*ausführliches und belehrendes Sendschreiben*).

ARIDUS. Rosc. A. 27. *victus* aridus. *est* rusticorum, qui raro cibum sumunt, post quem manus lavandae sint; unde ipsa vita rustica *horrida atque arida* dicitur Quint. 30. cf. Burman. ad Quintil. Inst. Orat. II. 3. p. 134. qui vulgarem cibum interpretatur. 2. Ver. IV. 11. aridum *et exsangue genus orationis.* Or. II. 38. aridum *genus orationis*, est subtile, ieiunum, sine ornamentis et suavitate, quale est Dialecticorum et reliquorum, qui artis praecepta tradunt. Sic Seneca saepe rhetores et declamatores *aridos* vocat, eodem sensu, v. Gron. ad Senec. Contr. 31. *Ern.*

Davisius vero recte monuit, si Cicero voluisset Aristolochiae nominis originem sic interpretari, eum non de usu ad morsus serpentum, sed de eius vi ad labores parturientium levandos mentionem facere debuisse. Itaque tuenda est lectio codd. Mss. *quae nomen ex inventore reperit.* Idem *Aristolochus* nomen Graecum esse monuit, quum sic σταδιονίκης quidam appellatus sit, Olymp. CIX. Omnino herbae Aristolochiae multae sunt species, quas inter una est, quae etiamnum dicitur *Aristolochia serpentaria*; eamque Cicero hic significare voluit; quam serpentum morsibus curandis utilem esse docuerunt Theophrastus lib. IX. 22. et Plinius XXV. 8. XXVI. 8. quae loca iam excitavit Davisius.

ARMA sensu proprio Caecin. 21. Arma *alia ad tegendum, alia ad nocendum* (*Schutz- und Trutzwaffen*). Fam. VI. 2. armis *conditione positis, aut defatigatione abiectis, aut victoria detractis.* 2. Translate Orat. I. 8. de eloquentia, *quid tam necessarium, quam tenere semper* arma, *quibus vel tectus ipse esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus.* Orat. I. 38. armis *prudentiae causas tueri atque defendere.* Tusc. II. 14. tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine. Cat. mai. 3. Arma *senectutis artes, exercitationesque virtutum.*

ARMAMENTA, in Arateis *omnia caute* armamenta *locans tuto labere sub undas;* i. e. instrumenta navium et alia. v. Graev. ad Flor. IV. 3. 76.

ARMAMENTARIUM est navale, et locus ubi armamenta, arma reponuntur. C. Rabir. 7. ex armamentariis pop. Rom. arma dantur. Orat. I. 14. Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit etc.

ARMARE. 1. Sensu proprio armis instruere Caecin. 12. *in pace multitudinem hominum cogere*, armare *instruere.* Planc. 35. *Egentes in locupletes, perditi in bonos, servi in dominos* armabantur. 2. Metaphorice instruere, munire. Cluent. 67. *cogitavit, quibus rebus accusatorem* armaret. Fam. VI. 7. *te ad omnia summum atque excellens ingenium* armavit. Milon. 1. *temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica* armare. Inv. I. 1. armare se eloquentia.

ARMARIUM est scrinium, loculus, in quo vestes, vasa, aurum, libri, pecunia reponuntur. Verr. IV. 12. Cluent. 64. etc.

ARMATURA levis. Phil. X. 6. etc. est velitum, quorum arma erant gladius, hastae et parma: ceterorum militum est gravis armatura, Lips. de re Mil. II. 1. 2. Suavis est allegoria: Div. II. 10. *Sed haec nobis fuerit, tamquam* levis armatura, *prima orationis excursio: nunc cominus agamus, experiamurque, si possimus cornua commovere disputationis tuae.*

ARMENTA sunt maiora pecora, ut equi, boves, asini. Att. VII. 7. *Quid ergo acturus es? Idem quod pecudes, quae dispulsae sui generis sequuntur greges; ut bos* armenta *sic ego bonos viros — sequar.* Philipp. III. 12. *L. Antonius caedit greges* armentorum, *reliquique pecoris quaecumque nactus est.*

ARMIGER. Dom. 5. Sergius armiger Catilinae, stipator tui corporis. Fam. VII. 33. *quod haec pennigero non* armigero *in corpore tela exerceantur*, ex Attio poeta. *Vid.* penniger.

ARMILLAE, ornamenta militaria, de Rep. IV. ap. Priscian. Armillae: quae brachialia vocantur; v. Graev. ad Flor. I. 1. 12. ubi docet eas proprie viriolas dictas, et Gron. ad Gell. II. 11. *Ern.*

ARREPERE translate pro *insinuare*. Verr. III. 68. *non sensim atque moderate ad istius amicitiam* arrepserat, *sed brevi tempore totum hominem totamque eius praeturam possederat.*

ARRIDEO cum approbatione dictum alicuius rideo. Opt. g. d. 4. *quum aut non adhibeantur ad causas aut adhibiti derideantur; nam si* arriderentur (scil. ob facete dicta) *esset id ipsum Atticorum.* Tusc. V. 20. de Dionysio, qui quum pila ludere vellet adolescentulo quem amabat gladium tradiderat: *Hic quum quidam familiaris iocans dixisset:* Huic quidem certe vitam tuam committis, *arrisissetque adolescens, utrumque iussit interfici.* 2. subridere ad alicuius dictum, vel cum leni risu iocari. Somn. 2. *Tum ille* arridens, *quaeso ne me ex somno excitetis.* 3. *Res* arridere dicitur, quae placet. Att. XIII. 21. inhibere *illud tuum, quod valde* arriserat, *vehementer displicet.*

ARRIPIO proprie comprehendo. Pison. 34. *Macedones socios nostros in servitutem adduxerunt, familias* (i. e. *mancipia*) arripuerunt. 2. Accipio. N. D. III. 11. *Quaerit Socrates unde animum* arripuerimus, *si nullus fuerit in mundo.* N. D. II. 11. *Genus divinandi — naturale, quod animus* arriperet *aut exciperet ex-*

trinsecus ex divinitate. 3. Animo apprehendo (fassen) Cat. Mai. 21. *Pueri celeriter res innumerabiles* arripiunt. 4. studium rei ingredior. ibid. 8. *Graecas literas senex avide* arripui. 5. In cogitando, disserendo, vel agendo aliquid — oblatum teneo, ut eo uti possim. N. D. II. 65. arripio *aliquid ad reprehendendum.* Muren. 6. arripere maledictum e trivio. Acad. pr. II. 10. *Mens alia visa sic* arripit *ut his statim utatur.* Orat. I. 59. *Vox et gestus subito sumi et aliunde* arripi *non potest; iuris utilitas quamvis repente vel a peritis, vel de libris depromi potest.* 5. Sine mora aliquid aggredior. Fam. V. 12. *ad properationem meam quiddam interest, non te exspectare donec ad locum venias, sed statim causam illam totam et tempus* arripere. 6. Invado. Fin. II. 28. *dolor qui simulatque* arripuit *interficit.*

ARRISIO est auditorum, qui ad certum oratoris dictum rident, Her. I. 6.

ARRODO tropice alicui nocere studeo. Sext. 33. *fatum civitatis fuit ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur* arrodere.

ARROGANS qui sibi nimium tribuit, vel plura, quam aequum est postulat (*anmassen*). Verr. I. 60. *tantum dicam paucos homines, ut levissime dicam,* arrogantes *hoc adiutore Q. Opimium per ludum et iocum fortunis omnibus evertisse.* Nimirum *arrogans* dicitur Verres praetor, qui ansus est iudicium *publicum* exercere de Q. Opimio, quum ei tantum iurisdictio civilis competeret. *Arrogantes* etiam ii, qui eum ut hoc sibi arrogaret instigaverant, (ut Catulus, Hortensius, Curio). Quod autem addit *ut levissime dicam*, ; eo pertinet, quod praeter arrogantiam summa iniuria, immo crudelitate usi erant. Similiter dicitur Fam. V. 4. arrogans *crudelitas.* Harnsp. 8. *ne haec mea vestrorum beneficiorum praedicatio non grata potius quum* arrogans *esse videatur;* quia scil. videri posset sibi nimiam dignitatem arrogare. Foret. 8. *Indutiomarus minax atque* arrogans. 2. Insolens in arrogando (übermüthig). *Veteranorum etiamsi amplecterer virtutem, tamen si essent* arrogantes *non possem ferre fastidium;* scil. quia dixerant nonnulli se timere, promodo ferant veterani M. Brutum exercitum habere. Itaque Cicero paullo post negat ferendum esse, si veterani suopte nutu men-

tes ordinis senatorii gubernare et omnia eius dicta facta, ad suam voluntatem referri velint.

ARROGANTER, ad Div. XI. 13. arroganter sustinent, int. hostem i. e. animose et cum contemptu hostis. Inv. II. 3. *ne cui rei temere atque* arroganter *assenserimus.* Att. VI. 1. ad me autem contumaciter, arroganter solet scribere.

ARROGANTIA, Anmaſsung Caecil. 11. *quum omnis* arrogantia *odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae molestissima.* Q. Fr. III. 6. *Illud γνῶθι σεαυτὸν noli putare ad* arrogantiam *minuendam solum esse dictum, sed etiam ut bona nostra norimus.* Orat. 38. *Nullo modo animus audientis aut incitari aut leniri potest, qui modus a me non tentatus sit. Dicerem perfectum, si ita iudicarem, nec in veritate crimen* arrogantiae *extimescerem.* Rosc. Com. 2. *Suum codicem testis loco recitare* arrogantiae *est.* Orat. I. 58. *Quam sit facilis* (ars iuris civilis) *illi viderint,* qui *eius artis* arrogantia *quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant.* Inv. I. 28. *Ex* arrogantia *odium, ex insolentia* arrogantia. Brut. 81. P. Crassus sine arrogantia gravis esse videbatur et sine segnitia verecundus.

ARROGARE est sibi nimium tribuere Brut. 85. *Est faceti hominis quum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi* arrogant. Rosc. Am. 32. non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius, quam me putem posse dicere.

ARS. 1. Facultas rem sive utilem sive iucundam efficiendi; (*eine Kunst*). N. D. II. 22. *Zeno — censet* artis *maxime proprium esse creare et gignere, quodque in operibus nostrarum* artium *manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere.* Acad. pr. II. 7. artes *eae quarum omne opus est in faciendo atque agendo.* Acad. pr. II. 7. *Quumque* artium *aliud eiusmodi genus sit, ut tantummodo rem cernat, aliud ut moliatur aliquid et faciat, quomodo aut geometres cernere eo potest, quae aut nulla sunt, aut internosci a falsis non possunt; aut is, qui fidibus utitur, explere numeros et conficere versus? Quod idem in similibus quoque* artibus *continget quarum omne opus est in faciendo atque agendo.* Off. II. 3. *ea quae inanima diximus pleraque sunt hominum*

operis effecta, quae nec haberemus, nisi manus et ars *accessissent, nec his sine hominum administratione uteremur. Neque enim valitudinis curatio neque navigatio neque agricultura neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et consumtio sine hominum opera ulla esse potuisset.* Sequuntur exempla ceterarum artium mercaturae, metallifodinae, architecturae, rei pecuariae, venationis. Deinde sic pergit: *Quid enumerem* artium *multitudinem sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? quis enim aegris subveniret, quae esset oblectatio valentium, qui victus aut cultus, nisi tam multae nobis* artes *ministrarent.* Hinc N. D. 53. enumeratis naturae bonis subiunguntur: *artes innumerabiles ad victum et ad vitam necessariae.* Et harum quidem *artium* aliae dicuntur *liberales*, s. *ingenuae*, aliae *illiberales*, s. *sordidae.* Orat. III. 32. *Hippias Eleus — gloriatus est, — nihil esse ulla in* arte *rerum omnium, quod ipse nesciret, nec solum has* artes, *quibus* liberales doctrinae atque ingenuae *continerentur, geometriam, musicam, literarum cognitionem et poetarum, sed annulum quem habebat, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Scilicet nimis hic quidem est progressus, sed ex eo ipso coniectura est facilis, quantum sibi illi ipsi oratores de* praeclarissimis artibus *appetierint, qui ne* sordidiores *quidem repudiarint.* Off. I. 42. disputatur de discrimine artium liberalium, honestarum, earumque quae illiberales et sordidae dicuntur. *Primum improbantur ii quaestus qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. Illiberales autem et sordidi quaestus mercenariorum, omniumque quorum operae* (*Handdienste*) *non* artes *emuntur. Est enim illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Sordidi etiam probandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant — —. Opificesque omnes in sordida* arte *versantur. Nec enim quidquam ingenuum potest habere officina. Minimeque* artes *hac probandae, quae ministrae sunt voluptatum, cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores ut ait Terentius. Adde huc si placet unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. Quibus autem* artibus *aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, hae sunt iis, quorum ordini conveniunt,*

honestae. *Mercatura autem si tenuis est; sordida putanda est; sin magna et copiosa, multa undique apportans multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda. — Omnium autem rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius — nihil homine libero dignius.* (Cf. quae de hoc loco disputavit *Garvius in philos. Anmerkungen u. Abhandl. zu Cicero's Büchern von den Pflichten*, sect. VI. p 287 sqq.)

2. *Ars* dicitur complexus praeceptorum, quibus ipsorum artificiorum doctrina continetur (Kunst-Theorie). Her. I. 1. Ars *est praeceptio quae dat certam viam rationemque faciendi.* Orat. II. 34. *Hoc totum est sive* artis *sive animadversionis, sive consuetudinis nosse regiones, intra quas venere et pervestiges quod quaeras. — Et sic quum ad inveniendum in dicendo tria sint* Acumen, *deinde* ratio, *quam licet si volumus appellare* artem etc. Orat. II. 11. Non omnia, quaecumque loquimur mihi videntur ad artem et ad praecepta esse revocanda (*darf nicht alles auf Kunsttheorie und Regeln zurückgeführt werden*). Orat. II. 7. *Eloquentia res mihi videtur esse facultate praeclara,* arte *mediocris.* Ars *enim earum rerum est, quae sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur.* Inprimis κατ' ἐξοχὴν saepe *ars* appellatur, ars rhetorica, et *artes* libri de arte rhetorica scripti. Fin. IV. 3. de Peripateticis: *quam multa non solum praecepta in* artibus, *sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt;* h. e. quam multa bene dicendi praecepta in artibus (de rhetorica scil. scriptis) quam multa exempla bene dicendi in orationibus, h. e in scriptis tum philosophicis, tum popularibus, quorum genera deinceps enumerantur, reliquerunt? Inv. I. 6. *Neque eo dico quod eius* (*Hermagorae*) ars (scil. rhetorica) *mihi mendosissime scripta videatur, nam satis in ea videtur ex* antiquis artibus (*den alten Lehrbüchern der Redekunst*) *ingeniose et diligenter electas res collocasse* etc.

3. Ars etiam dicitur pro iis doctrinis, quae non actione sed certa scientia continentur; quod nos dicimus, *Wissenschaft;* eaque vel theoretica vel practica. Orat. I. 20. *Charmadas* artem *negabat esse ullam, nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum exitum*

spectantibus et numquam fallentibus rebus contineretur. Orat. I. 23. ubi quaeritur an rhetorica ars sit: *Nam si* ars *ita definitur, ex rebus penitus perspectis planeque cognitis, atque ab opinionis arbitrio seiunctis scientiaque comprehensis, non mihi videtur* ars *oratoris esse ulla; (so gibt es keine Wissenschaft der Beredsamkeit). Sin autem ea quae observata sunt in usu ac ratione dicendi, (in der Ausübung der Beredsamkeit) haec ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt — non intelligo, quam ob rem non si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione* ars *esse videatur.* Orat. I. 3. *quis ignorat ii qui* mathematici *vocantur quanta in obscuritate rerum, et quam recondita in* arte *et multiplici subtilique versentur.* Tusc. I. 26. *philosophia omnium mater* artium. Off. II. 2. *Nam sive oblectatio quaeritur animi requiesque curarum, quae conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt, quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum? Sive ratio constantiae virtutisque ducitur, aut haec* ars *est, aut nulla omnino per quam eas assequamur. Nullam dicere maximarum rerum* artem *esse, quum minimarum sine* arte *nulla sit, hominum est parum considerate loquentium atque in maximis rebus errantium.* Orat. I. 3. Artium *omnium laudatarum procreatrix quaedam et quasi parens ea, quam φιλοσοφιαν Graeci vocant.* Orat I. 41. *Nihil est quod ad* artem *redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet, quorum* artem *instituere vult, habeat illam scientiam* (scil. dialecticam s. logicam) *ut ex iis rebus quarum* ars *nondum sit* artem *efficere possit.* Et paullo post artem logicam apertius designat his verbis: *Adhibita est igitur* ars *quaedam extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi assumunt, quae rem dissolutam divulsamque conglutinaret, et ratione quadam constringeret.* Fin. II. 6. *Epicurus dum dialecticam contemnit, ruit in dicendo — nec ea quae docere vult ulla* arte *distinguit.* Orat. I. 55. de iure civili: *Sed ego ne cum ista quidem* arte *pugno. Sit sane tanta quantam tu illam esse vis. Etenim sine controversia et magna est, et late patet* etc. Orat. I. 42. *si mihi facere licuerit, aut alius quispiam — effecerit, ut primum omne ius civile in genera digerat, quae perpauca sunt, deinde eorum generum, quasi quaedam membra dispertiat; tum propriam cuiusque vim de-*

finitione declaret, perfectam artem *iuris civilis habebitis magis magnam atque uberem, quam difficilem atque obscuram.*

4. *Ars* etiam est doctrina earum rerum quarum non est scientia certa et indubitata, (Wissenschaft im weiten Sinn). Div. I. 14. At nonnumquam ea quae praedicta sunt minus eveniunt. Quae tandem id ars non habet? earum dico artium quae coniectura continentur, et sunt opinabiles. *An medicina* ars *non putanda est? quam tamen multa fallunt. Ibid.* Ars *est effecta, eadem saepe animadvertendo atque notando.*

5. Latius saepe patet *artis* vocabulum, ut simul omnes doctrinas, quae in scientia versantur omnesque facultates quae in operibus aut negotiis efficiendis elaborant, comprehendat. Id apparet e loco supra posito. Acad. pr. II. 7. Fin. V. 6. *Antiochus negabat ullam esse* artem *quae ipsa a se proficisceretur. Etenim semper illud extra est, quod* arte *comprehenditur. Est enim perspicuum nullam* artem *ipsam in se versari, sed esse aliud* artem *ipsum, aliud quod propositum sit* arti. *Quoniam igitur ut medicina valitudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi* ars *est prudentia; necesse est eam quoque ab aliqua re esse constitutam atque profectam.* Fin. III. 15. *Quia cognitiones comprehensionesque rerum, e quibus efficiantur* artes, *appetitionem movent, quum divitiae non sint in bonis, nulla* ars *divitiis contineri potest,* Fin. IV. 2. *virtutes similes* artium *reliquarum materia tantum ad meliorem partem et tractatione differunt.* Acad. pr. II. 10. *Mens hominis et sensibus utitur, et* artes *efficit quasi sensus alteros.* Fam. VII. 19. de Topicis ad Trebatium missis: *sin tibi quaedam videbuntur obscuriora, cogitare debebis*, nullam artem *literis* (blos aus Büchern) *sine interprete et sine aliqua exercitatione percipi posse.* Fin. V. 9. *omnium* artium *recte dici potest commune esse, ut in aliqua scientia versetur* (vel ut Davis. *versentur*) *scientiam autem suam cuiusque* artis *esse.*

ARTERIAE. 1. Aspera arteria, *Luftröhre.* N. D. II. *ostium habet adiunctum linguae radicibus eaque excipit animam quae ducta est spiritu eundemque a pulmonibus respirat et reddit.* Her. III. 12. a. *laeduntur si antequam leni voce permulsae sunt, acri clamore compleantur.* Ibid. arteriae *reticendo acquiescunt.* Ibid. *vulne-*

vulnerantur arteriae *acuta atque attenuata nimis acclamatione.* 2. *Pulsadern.* N. D. II. 9.

ARTHRITICUS, qui morbo articulari laborat. Iocose Cicero Fam. IX. 23. *non enim* arbitror *cocum etiam te* arthriticum *habere;* qui scil. manibus uti non possit ad apparandam cenam.

ARTICULATIM, proprio sensu. N. D. III. 26. de Medea: *membraque* articulatim *dividit.* 2. Translate de divisionibus logicis. Leg. I. 13. *quae fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc* articulatim *distincteque dicuntur.*

ARTICULUS proprie nodus et iunctura membrorum, *Gelenke.* Att. I. 4. articulorum *dolores.* 2. Dicitur generatim de artubus, inprimis de digitis. N. D. I. 28. *Naevus in* articulo *pueri delectabat Alcaeum.* Orat 18. *non ad numerum* articulus *cadens;* quod vitium alias dicit *argutias digitorum.* 3. De plantis, in primis de vitibus, ubi articuli sunt nodi (*Knoten*). Cat. mai. 15. *ineunte vere, in iis quae relicta sunt, exsistit tamquam ad* articulos *sarmentorum, ea quae gemma dicitur.* 4. Translate de particulis quae vinciunt orationem. Her. IV. 11. *Genus orationis, quod appellamus fluctuans et dissolutum, eo quod sine nervis et* articulis (ohne Bänder und Gelenke) *fluctuat huc et illuc.* Orat. III. 48. *quod si continuatio verborum haec soluta* (*eine prosaische Periode*) *multo est aptior atque iucundior si est* articulis *membrisque* (h. e. κόμμασι et κώλοις) *distincta, quam si continuata et producta.* Hinc illa comparatio: Orat. II. 88. *Multa sunt verba, quae quasi* articuli, *connectunt membra orationis;* hic intelliguntur particulae copulativae, disiunctivae, ceterae, quae a grammaticis *coniunctiones* dicuntur. 5. Singularem huic vocabulo significationem tribuit auctor ad Her. IV. 19. Articulus *dicitur, quum singula verba intervallis distinguuntur caesa oratione hoc modo; Acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti.* 6. Articulus *temporis* est momentum, in quo res vertitur, in quo morae periculum est. Quint. 5.

ARTIFEX, artis alicuius praecipue elegantioris peritus; ut pictor et statuarius. Fam. V. 12. *atque illi* artifices *corporis simulacra ignotis nota faciebant.* Item musicus. Muren. 13. ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui citharoedi fieri non potuerint. Sic *artifices* scenici, Arch, 5. Quint. 25. de comoedis et tragoedis. „Egregia observatio est Dukeri ad Liv.

2. Artis opus. Her. IV. 2. *hoc ipsum est summum* artificium (ein grofses Kunststück.) Her. IV. 4. *quae certis signis* artificii *notata sunt* (Werke, die den sichern Stempel der Kunst an sich tragen). Her. IV. 4. *vis* artificii (Kunstgeschicklichkeit).

3. Artificium (Theorie der Kunst). Her. II. 31. *Idem ibid. dicitur* artificium praeceptorum. Her. III. 2. Scientia cuiusdam artificii nonnumquam dicitur prudentia. Her. IV. 16. artificium *memoriae. Kunstregeln fur das Gedächtnifs oder Gedächtnifskunst.*

4. *Est quod dicimus* systema. Orat. II. 19: artificium de iure civili componere. 5. Quaevis techna, s. dolus. Fam. IX. 16. *non iam satis est consilio pugnare,* artificium *quoddam excogitandum est.*

ARTOLAGANUS placenta quaedam s. panis e farina, pipere, vino, lacte, oleo aut adipe (Brodkuchen). Fam. IX. 20. *dediscendae tibi sunt sportellae et* artolagani *tui.* Plin. lib. XVIII. 11. Athenaei deipn. lib. 3.

ARX, proprie castellum in urbe. Orat. II. 67. *Tarento amisso* arcem *Livius Salinator retinuit.* Pison. 31. *Denseletae Thessalonicenses quum oppido desperassent, munire* arcem *coegerunt.* 2. Locus perfugii. Pison. 5. *Castoris templum te consule fuit* arx *civium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, castellum forensis latrocinii.* Sull. 28. *munite communem* arcem *bonorum,* h. e. ut Lambinus interpretatur, ut ad vitam ante actam viri boni accusati tamquam, in arcem firmam ac munitam confugiant. 3. Saepius *urbs Roma* dicitur *arx omnium gentium* ut Catil. IV. 6. Rull. I. 6.

AS proprie libra aeris, *in duodecim* partes dividi solita quarum *uncia* erat $= \frac{1}{12}$

sextans	=	$\frac{2}{12}$	=	$\frac{1}{6}$
quadrans	=	$\frac{3}{12}$	=	$\frac{1}{4}$
triens	=	$\frac{4}{12}$	=	$\frac{1}{3}$
quincunx	=	$\frac{5}{12}$		
semis	=	$\frac{6}{12}$	=	$\frac{1}{2}$
septunx	=	$\frac{7}{12}$		
bessis	=	$\frac{8}{12}$	=	$\frac{2}{3}$
dodrans	=	$\frac{9}{12}$		$\frac{3}{4}$
dextans	=	$\frac{10}{12}$	=	$\frac{5}{6}$
deunx	=	$\frac{11}{12}$		

2. *Deinde* nummus sic dictus est, qui fuit antiquissimis temporibus libralis s. librae aeris aequalis; deinde fuerunt sextantarii h. e. sextae parti librae aeris aequales; tum bello Punico secundo unciales; denique lege Papiria semi unciales, qui quartam et vicesimam partem librae aeris aequabant.

3. *Praeter* pecuniam assis *nomen* eiusque divisio in partes duodecim in aliis rebus, in primis in hereditatibus usurpata est; itaque *heres ex asse* dicitur is, qui nobis est *Universal-Erbe.*

ASCENDO proprie in locum altiorem me recipio. Sic Att. I. 13. ascendere *in castellum* Lael. 23. *in caelum* Cat. mai. 10. *in equum* Div. I. 28. *equo* ascendere *ripam adversam.* Att. IV. 2. *in concionem* Vatin. 14. *in tribunal.* 2. *In caelum videtur ascendere* dicitur de eo qui se beatissimum putat. Milon. 35. *gloriam esse cuius gradibus etiam homines in caelum viderentur* ascendere. 3. Translate de honoribus Muren. 27. unum ascendere *gradum dignitatis* Brut. 81. ascendens *gradibus magistratuum.* 4. De sonorum gradibus in voce. Orat. III. 61. *In omni voce est quoddam medium — hinc gradatim* ascendere *vocem utile* et *suave est.*

ASCENSIO. Brut. 36. *quorum quae fuerit* ascensio, h. e. quibus gradibus et quomodo ad perfectionem pervenerint.

ASCENSUS Orat. I. 61. *Demosthenes coniectis in os calculis summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat, neque is consistens in loco, sed inambulans atque* ascensu *ingrediens arduo.* Verr. IV. 23. *oppidum erat difficili* ascensu *atque arduo.* 2. De honoribus Leg. III. 2. *illis ad honoris amplioris gradum is primus* ascensus *esto.* 3. i. q. gradus. Planc. 25. *in virtute multi* ascensus.

ASCISCO. 1. De personis, quae aliquo modo adiunguntur, s. deliguntur Arch. 2. *perficiam profecto ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, quum sit civis, a numero civium, verum etiam si non esset, putetis* asciscendum *fuisse.* Catil. II. 8. *Nemo non modo Romae, sed nec ullo in angulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris foedus* asciverit. Balb. 31. *iure enim nostro neque mutare civitatem quisquam invitus potest neque si velit mutare non potest, modo* asciscatur *ab ea civitate*

cuius esse se civitatis velit. 2. De rebus, ritibus, consuetudinibus, legibus, artibus, quae assumuntur. Brut. 57. *hanc consuetudinem libenter* ascivimus. Verr. II. 51. *sacra ab externis nationibus* ascita *atque arcessita colere.* Balb. 21. *innumerabiles aliae leges de civili iure sunt latae; quas Latini voluerunt,* asciverunt. Leg. II. 5. *constat — eos qui primum eiusmodi scita sanxerint populis ostendisse ea se scripturos atque laturos, quibus illi* ascitis *susceptisque honeste beateque viverent.* Fin. III. 5. *eas ipsas cognitiones per se* asciscendas *arbitramur.* Verr. IV. 21. asciverunt *illud sibi oppidum piratae sociorum commercio, deinde societate.* Orat. 8. *Caria et Phrygia* et *Mysia* — asciverunt *aptum suis auribus opimum quoddam — dictionis genus.* 3. Asciscere *est* arrogare. Orat. I. 19. *Charmadas praecepta* (rhetorica) *sic illudere solebat, ut ostenderet non modo eos* (rhetoricos doctores) *illius expertès esse prudentiae quam sibi* asciscerent, *sed ne hanc quidem ipsam dicendi rationem ac viam nosse.* 4. Asciscere *est* appetere. Leg. I. 11. *voluptas — ab errore mentis tamquam salutare aliquid* asciscitur *similique inscitia — vita expetitur.* Fin. III. 21. *minime vero probatur huic disciplinae* (Stoicorum) *aut amicitiam aut iustitiam praeter utilitates* asciscі *aut probari.*

ASCITUS i. q. appetitio. Fin. V. 7. *voluntatis alii primum appetitum putant, et primam depulsionem doloris; alii censent primum* ascitum *non dolere, et primum declinatum dolorem.*

ASCRIBO scribendo aliquid addo. Q. Fr. III. 1. *antiquior dies in tuis* — ascripta *literis, quam in Caesaris.* Att. III. 23. *in altera* (epistola) — *diem non* adscribis. Att. I. 5. *salutem tibi plurimam* ascribit. Divin. I. 16. *At illud minime auguris, quod* ascripsit, *ob eam causam populum Romanum calamitatem maximam cepisse.* Verr. III. 66. *Iam hoc quidem non reprehendo quod ascripsit* ACCENSUS. Cavillatur Timarchidem accensum, quod hic accensi titulum in epistolae inscriptione nomini suo addiderit, quasi ad imitationem consulum, praetorum. Simili ratione de statua L. Antonio posita. *Altera statua ab equitibus Romanis, equo publico, qui idem ascribunt* PATRONO.

2. Adiungo Att. XIV. 17. *Gaudeo quod vulgo hominum opinio socium me* ascribat *tuis laudibus.* Opt. gen. or. 6. *Qui Thucydidem laudabit, suae nostram* ascribat *sententiam.* Orat. II. 66. *Ad hoc genus* ascribamus *etiam narrationes apologorum.* Phil. II. 33. *Tu vero* ascribe *me in talem numerum.* Q. Fr. I. 1. *Hunc ad tuum numerum libenter* ascribito. Tusc. V. 22. Utinam ego tertius vobis amicus ascriberer. Off. III. 10. *Admiratus eorum* (Damonis et Phintiae) *fidem tyrannus* (Dionysius) *petivit, ut se ad amicitiam tertium* ascriberent. Arch. 4. *Heracleae* adscriptus sc. in civitatem. ibid. 5. *in aliis civitatibus* ascriptus.

3. Attribuo. Inv. I. 49. *hoc incommodum Scipioni* ascribendum *videtur.*

ASCRIPTIO *scriftlicher Zusatz.* Caecin. 33. *declarat ista* ascriptio *esse aliquid.*

ASCRIPTITIUS. N. D. III. 13. de hominibus in deorum numerum relatis: *Romulum — aliosque complures, quos quasi novos et* ascripticios cives *in caelum receptos putant.*

ASCRIPTOR. Hoc vocabulum tantum occurrit in orationibus Ciceroni suppositis. Dom. 19. Red. in Sen. 10. *ubi mire dicitur* ascriptor dignitatis meae. Ibid. 8. auctor ascriptorque in me restituendo.

ASELLUS. Att. I. 16. *Pompeius neque auctoritate neque gratia pugnat, sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quae modo* asellus *onustus auro posset ascendere.* Fortasse tamen haec verba, *in quae — ascendere*, quae melius erat intelligi quam scribi, e glossemate accesserunt. Atticus certe vel absque iis satis intellexisset Ciceronis mentem. Apud Plutarchum Reg. Apophth. facetum hoc Philippi dictum ita narratur: *Φρούριον δέ τι βουλόμενος λαβεῖν ὀχυρόν, ὡς ἀπήγγειλαν οἱ κατάσκοποι χαλεπὸν εἶναι παντάπασι, καὶ ἀνάλωτον, ἠρώτησεν, εἰ χαλεπὸν οὕτως ἐστίν, ὥστε μηδ᾽ ὄνον προσελθεῖν χρυσίον κομίζοντα.*

ASINUS pro homine stulto, illiterato. Pison. 30. *Quid nunc te,* asine, *literas doceam. Non opus est verbis, sed fustibus.*

ASOTUS ein Schwelger, Schlemmer. N. D. III. 31. Festivus locus est de asotis elegantioribus (feinern Schwelgern). Fin. II. 8. qui opponuntur iis, *qui in mensem vomant, et qui de conviviis auferantur crudique postridie se rursus ingurgitent* etc. quum illi sint *mundi, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantes cruditatem* etc.

ASPECTABILIS. Tim. 4. *Deus quum mundum efficere vellet animal unum* aspectabile, *in quo omnia animalia continerentur effecit.*

ASPECTO crebro s. identidem aspicio. Planc. 42.

ASPECTUS. 1. Actus aspiciendi. N. D. II. 35. *primo* aspectu *inanimum quiddam — se putat cernere.* 2. Acies oculorum, (*die Sehe, der Blick*). N. D. II. 57. *Lubricos oculos fecit et mobiles ut* — aspectum, *quo vellent, facile converterent.* Her. III. 15. *Si contendemus per continuationem mobili vultu, acri* aspectu (*durchdringender Blick*) *utemur, sin contentio fiet per distributionem, acri ac defixo* aspectu *uti oportebit.* Brut. 54. *Intelligens dicendi existimator uno* aspectu *et praeteriens de oratore saepe iudicat.* 3. Sensus oculorum, der Sinn des Gesichts. Tim. 5. *Caelum ita aptum est, ut sub* aspectum *et tactum cadat.* Tusc. I. 30. *iis saepe usu venit, qui acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut* aspectum *omnino amitterent.* Her. II. 5. *num quid aliquo sensu perceptum sit*, aspectu, *auditu tactu, odoratu, gustatu.* Orat. II. 87. *Res caecae et ab* aspectus *iudicio remotae.* 4. De praesentia hominis s. congressione cum aliquo. Cat. I. 7. *dubitas quorum mentes sensusque vulneras, eorum* aspectum *praesentiamque vitare?* 5. De cognitione. Arch. 6. *ceteros pudeat si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex his — in* aspectum *lucemque proferre*, h. e. in cognitionem hominum adducere, publicare.

ASPELLO i. q. repello. Tusc. II. 10. *longe a leto* aspellor.

ASPER. 1. Rauh für das Gefühl. Fin. II. 12. *dulce, amarum; lene*, asperum. Part 10. *In locis spectatur laeves an* asperi. 2. Transfertur ad animum et mores difficiles, duros, morosos (*barsch*). Fin. IV. 28. *Peripatetici — horridiores evadunt* asperiores, *duriores*

2. *Translate* de molestiis, aut iniquitate temporum. Orat. I. 3. *in his* asperitatibus *rerum*. 3. De vehementia oratoris in accusatione vel contentione. Orat. II, 15. *iudicialis* asperitas.

ASPERNATIO *Hintansetzung, Vernachlässigung*. Tusc. IV. 14. *Animorum morbi et perturbationes ex* aspernatione *rationis eveniunt*.

ASPERNARI. 1. Verachten, geringschätzen. Orat. II. 37. *Philosophiam haec civitas* aspernata *numquam est*. Verr. IV. 51. *Ennensium querimonias nolite per deos immortales* aspernari, *nolite contemnere ac negligere*. Pison. 20. *Nemo civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo* aspernetur. Tusc. V. 32. Xenocrates — XXX *minas accepit, ne* aspernari *regis liberalitatem videretur*. Fam. IV. 9. *Vide ne superbi sit* aspernari *eius liberalitatem*. Rep. III. p. 80. *naturam hominis* aspernabitur. 2. Verabscheuen, de animo ac sensibus, quum aliquid reiiciunt. Orat. III. 99. *gustatus qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, quam cito id, quod valde dulce est*, aspernatur *ac respuit*. Fin. II. 31. *Simul atque natum animal est, gaudet voluptate et eam appetit ut bonum*, aspernatur *dolorem ut malum*. Cael. 17. *Quod si quem forte inveneritis, qui* aspernetur *oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem, huic homini ego fortasse et pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt*. 3. Zurückweisen, verwerfen. Acad. IV. extr. *Habeo sententiam tuam, neque eam admodum* aspernor. Cluent. 68. *cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris atque templis* aspernatos *esse confido*. Rosc. Am. 53. *hanc (proscriptionem) nisi a vobis reiicitis*, aspernamini. Fin. I. 5. *a philosopho, si afferat eloquentiam, non* asperner, *si non habeat, non admodum flagitem*. Att. XV. 12. *Cassius frumentariam rem* aspernabatur, *i. e.* nolebat sibi curationem frumenti imponi. 4. *Verläugnen*. Pison. 1. *qui colore ipso patriam* aspernaris, *oratione genus, moribus nomen*. Niger erat Piso *colore*, ut potius Syrus, quam Romanus videntur, quare ei paullo post color servilis tribuitur. Idem dicitur fumosarum imaginum simile nihil habere praeter colorem. Deinde lingua debilis erat, minimeque facundus, ut *oratione* genus Pisonum, quorum multi boni oratores fuerant, asperna-

mentis recte, honeste, laudabiliter vivi potest — *Haec etiam in equuleum coniiciuntur, quo non* aspirat *vita beata.* Ibid. V. 9. *occupavi te fortuna, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me* aspirare *non posses.* 3. Sic appropinquo, ut tamen non proxime accedam. (*Sich nur von Ferne nähern*. Caecil. 5. *Quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam invitis iis, quorum negotium est accedere aut* aspirare *audeat;* ubi *accedere* plus est quam *aspirare.* Sic Verr. I. 54. *quid enim quisquam ad meam pecuniam me invito* aspirat? *quid accedit?* (*Warum will jemand sich wider meinen Willen zu meinem Geldgeschäfte drängen, sich einmischen?*) Fam. VII 10. *Subinvideo tibi, ultro te etiam accessitum ab eo, ad quem ceteri propter eius occupationem* aspirare *non possunt.* Caecin. 14. *quid differt utrum — expellar atque deiiciar, an eadem vi atque iisdem armis mihi ante occurratur, ne non modo intrare verum etiam aspicere aut* aspirare *possim.* Brut 84. *Ex bellica laude* aspirare *ad Africanum nemo potest.* Orat. 41. *Sed haec ad eam laudem, quam volumus* aspirare *non possunt.* Sull. 18. *quis est qui tum dicat in campum* aspirasse *Sullam.* Pis. 5. *non modo ad eum Ciceronem — numquam* aspirasti; h. e. numquam convenisti, ut amico opem ferres, vel consolarere. 4. Faveo. Her. IV. 34. *magno se praedicat auxilio fuisse, quia paullulum in rebus difficillimis* aspiravit.

ASPIS, Natter. Rab. Post. 9. *Demetrius Phalereus* aspide *ad corpus admota vita privatus esse* dicitur. Fin. II. 18. *Si scieris, inquit Carneades,* aspidem *occulte latere uspiam et velle aliquem imprudentem super eum assidere, cuius mors tibi emolumentum factura sit, improbe feceris, nisi monueris ne assidat.*

ASPORTATIO Wegführung. Verr. IV. 49. de signis Cereris et Triptolemi pulcherrimis et peramplis: *His pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit, quod eorum demolitio atque* asportatio *perdifficilis videbatur.*

ASPORTO ex loco aliquo deporto. Verr. IV. 50. *simulacrum avellendum* asportandumque *curavit.* Sic Parad. I. 1.

ASSECLA est servus vel scriba, aut alius eius generis, qui magistratum, legatum vel quemcumque hominem nobilem ac divitem comitatur, (*einer aus dem Gefolge*). Verr. I. 25. *legatorum* asseclae. Div. II. 37. *Cae-*

audiant ita afficiantur, ut orator velit, id vulgi assensu *et populari approbatione iudicari solet.* 2. In philosophia de ea affectione animi, qua quae in sensus incurrunt, s. visa (*Erscheinungen*) approbantur et vera iudicantur. Acad. IV. 18. *Concedam sapientem — retenturum* assensum *nec umquam ulli viso assensurum, nisi quod tale sit quale falsum esse non possit.* Ibid. *Si percipi nihil potest — tollendus* assensus *est.* Ibid. 12. *qui aut visum aut* assensum *tollit is omnem actionem tollit e vita.* Ibid. 33. *Stoici dicunt sensus ipsos* assensus *esse.* Ibid. *maximam actionem puto —* assensus *lubricos sustinere.*

ASSENTATIO. Lael. 25. *Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem, blanditiam,* assentationem. *Quamvis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.* Q. Fr. I. 1. *Graeci diuturna servitute ad nimiam* assentationem *eruditi.*

ASSENTATIUNCULA. Fam. V. 12. *non vereor ne* assentatiuncula *quadam aucupari tuam gratiam videar.*

ASSENTATOR. Lael. 26. *Assentatio quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit atque ea delectatur. Ita fit ut is* assentatoribus *patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi assentetur, et se maxime ipse delectet. — Virtute ipsa non tam multi praediti esse, quam videri volunt. Hos delectat assentatio his fictus ad ipsorum voluntatem sermo quum adhibetur, orationem illam unam testimonium laudum suarum putant.* Off. I. 14. *Qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi, cui prodesse velle videantur, non benefici neque liberales, sed perniciosi* assentatores *iudicandi sunt.* Off. II. 18. *Largitio est quasi* assentatorum *populi, multitudinis levitatem voluptate quasi titillantium.*

ASSENTATORIE. Q. Fr. II. 15. Quum Cicero fratri rescripsisset sibi nihil proximo anno a Clodii furore metuendum esse, ideoque nec opus esse ut ex Britannia advolet: *Haec,* inquit, *ita sentio, iudico, ad te explorate scribo. Dubitare te, non* assentatorie (h. e. ut antea dixerat *nihil tibi indulgens*) *sed fraterne veto.*

ASSENTIO. Att. IX. 9. assentio *tibi* ut *in Formiano potissimum commorer, etiam de supero mari.* Div. I. 4. *omnibus in rebus temeritas in* assentiendo *error-*

que turpis est. Off. I. 6. *Vitandum est — ne incognita pro cognitis habeamus hisque temere* assentiamus. Ac. pr. II. 31 *Sapiens quoque multa sequitur probabilia, non comprehensa, neque percepta, neque* assensa, *sed similia veri.*

ASSENTIOR. Acad. pr. II. 21. Vitiosum — assentiri quidquam aut falsum aut incognitum. Orat. I. 28. *illud quod a te dictum est — valde tibi* assentior. Orat. I. 49. *tibi Senatus — maximis est de rebus* assensus. Fam. II. 1. *Bibulo* assensum *est de tribus legatis.* Fam. I. 9. *neque permanendum in una sententia conversis rebus ac honorum voluntatibus immutatis, sed temporibus* assentiendum. Balb. 27. *me neque, dissensioni pristinae putavi potius* assentiri *quam praesentibus rei publ. temporibus et concordiae, convenire.*

ASSENTOR. Lael. 26. *Ita fit ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi* assentetur *h. e.* sibi ipse nimium tribuat.

ASSEQUOR. 1. *Obtineo,* (erlangen) ut honores, magistratus Planc. 25. Pison. 1. Orat. I. 30. *quod neque precibus, nec insidiando, nec speculando* assequi *potui.* 2. Pervenio ad id quod volui, (erreichen). Leg. I. 2. *Sisenna Clitarchum — videtur — velle duntaxat imitari, quem si* assequi *posset, aliquantum ab optimo tamen abesset.* Orat. I, 30. *ut ne plus nos* assequamur, *quam quantulum tu in dicendo* assecutus *es neque — attinet — quidquam sequi, quod* assequi *nequeas (man muss nach nichts* streben, *was man nicht* erstreben *kann).* 3. Itinere aut cursu ad aliquem qui praecessit accedo (einholen.) ad Att. III. 5. *si es Romae iam me* assequi *non potes, sin es in via, quum me* assecutus *es, coram agemus.* Tusc. I. 39. *modo pueros, modo adolescentes, in cursu, a tergo insequens, nec opinantes* assecuta *est senectus.* 4. Mente aliquid comprehendo s. indago. Att. VII. 13. *coniectura* assequi. N. D. III. 15. *ratione et intelligentia utimur ad eam rem ut apertis obscura* assequamur. Inv. II. 47. *scriptoris cogitationem* assequi, *et voluntatem interpretari.*

ASSERO. Flacc. 17. *Quum in causa liberali eum qui* asserebatur (h. e. *in libertatem vindicabatur*) cognatum suum diceret. Vid. LIBERALIS.

ASSERVARE verwahren. Arch. 5. tabulae negligentius asservatae. 2. Aliquem in custodia habere. Verr. III. 22. *imperat hominem ut* asservent. Ib. V. 30,

hostis P. R. privatis custodiis asservabitur? 3. observare. Att. X. 15. *acerrime* asservabimur; (*wir werden sehr scharf beobachtet werden*).

ASSERVIO. Tusc. II. 24 *qui volunt exclamare maius, toto corpore contentioni vocis* asserviunt. (*unterstutzen die Anstrengung der Stimme mit dem ganzen Körper.*)

ASSESSIO de amico consolationis causa assidente. Fam. XI. 27.

ASSESSOR. Div. I. 43. *Lacedaemonii regibus suis augurem* assessorem *dederunt.*

ASSEVERANTER cum asseveratione. Att. XV. 19. asseveranter *loqui.* Acad. pr. II. 19. multo asseverantius.

ASSEVERARE serio affirmare. Acad. pr. II. 11. *non enim urgent* (adversarii Academicos) *ut coarguant, neminem ulla de re posse contendere neque* asseverare, *sine aliqua eius rei, quam sibi quisque placere dicit, certa et propria nota.* Brut. 85. quum Cicero Catonem Lysiae comparasset: *bella ironia*, inquit, *si iocaremur; sin* asseveramus, *vide ne — —* Att. X. 16. *firmissime* asseverare. Verr. II. 10 quae est ista defensio? *utrum* asseveratur *an tentatur?* h. e. utrum seria est defensio, an tentandi et periculi faciendi causa simulatur?

ASSEVERATIO seria affirmatio. Her. I. 3. *confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum* asseveratione. Att. XIII. 23. omni asseveratione tibi affirmo.

ASSIDEO i. q. sedeo. Orat. II. 55. *in Tiburti forte* assedimus 2. iuxta aliquem sedeo. Brut. 54. *Intelligens dicendi existimator, non* assidens et *attente audiens, sed uno aspectu et praeteriens, de oratore saepe iudicat.* 3 *Assidere* dicuntur amici *ut advocati* reis in iudicio. Planc. 11. *principes Macedonum — huius repentino periculo commoti huic* assident, *pro hoc laborant.* 4. *Item amici et cognati aegris aut afflictis levandi vel consolandi causa* assidere *dicuntur.* Verr. V. 43. *quum lacrimans in carcere mater noctes diesque* assideret.

ASSIDO sedem capio, sessum eo. Ac. post. II. 4. Assidamus, *si videtur.* 2. Inprimis dicitur de oratoribus qui quum stantes dixissent, post perorationem considunt. Att. I. 11. *mihi ut* assedit (scil. *post dictam*

referta

referta cella vinaria. Sic Rosc. Am. 16. *qui liberos suos* assiduos *agricolas esse volunt:* eodem scil. sensu. Orat. II. 39. dicuntur rhetores assidui uno opere eandem incudem dies noctesque tundentes. 2. Perpetuus, nihil intermittens. Att. XIII. 16. assidui *imbres*. Fam. X. 21. *febricula* assidua opponitur *intermittenti*. Planc. 8. assidua *frequentia*. 3. Creber, valde frequens. Orat. I. 33. *Si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto* assidua *et diligens scriptura superabit.* Fin. I. 12. *accedit ut — nec praeteritas voluptates effluere patiatur, earumque* assidua *recordatione laetetur.*

ASSIGNARE attribuere, inprimis aliquid alicuius culpae tribuere. Q. Fr. I. 4. *Amabo te, ne hoc sceleri meo potius quam imprudentiae* assignes. Rab. Post. 10. *nec vero id homini tum quisquam, sed tempori* assignandum *putavit.* Fam. VI. 7. assignare *aliquid infirmitati aut invidiae.* Fam. X. 18. assignatum *id pertinaciae meae videbam.* Att. X. 4. *nihil* assignabis *nec patruo nec patri.* Brut. 19. *Haec si minus apta videntur huic sermoni, — Attico* assigna. Att. VI. 1. *οἰκονομίας epistolae si perturbatior est, tibi* assignato. Verr. V. 50. *culpam fortunae* assignare; *h. e.* aliquid quod fortunae tribuendum sit, alicuius culpae tribuere. Lambinus vero legendum putabat *me culpam fortunae tibi* assignare. 2. Donare, tribuere. Att. III. 19. *mihi ex agro tuo tantum* assignes, *quantum corpore meo occupari potest;* scil. in sepultura. Pis. 36. *per tuum servulum ordines (militares)* assignati. Somn. Scip. 3. *munus* assignatum. Verr. III. 25. *decumanum apparitores a praetore* assignatos *habuisse.* 3. Destinare. Oecon. 1. *hunc sexum custodiae et diligentiae assignaverat.* Paullo ante dictum: *a natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam.* 4. In primis agri dicuntur *assignari*, vel publici qui colonis dividuntur, vel privati, qui, possessoribus erepti, aliis donantur. Agr. III. 3. Philipp. II. 17. Philipp. V. 19.

ASSIGNATIO dicitur de attributione agrorum, qui novis colonis donantur; Agr. II. 30. Phil. IV. 4. sive sint agri publici, qui inter privatos dividantur, sive privatorum possessiones, quae, veteribus colonis eiectis, aliis donentur. Agr. III. 3. *Rullus — aliud quoddam genus donationis inducit — novas* assignationes *instituit.* Fam. XIII. 8. *Caesar Sullanas venditiones et as-*

signationes *ratas esse voluit.* Phil. VI. 5. *agrorum* assignatio *L. Caesaris — sententia dissoluta.*

ASSILIO. Orat. II. 53. *nec* assiliendum *statim est ad illud genus — orationis*, scil. *in quo vis et contentio quaeritur*, nimirum quia iudices prius argumentis persuaderi, quam commoveri volunt.

ASSIMILIS. N. D. II. 55. assimilis *spongiae mollitudo.*

ASSIMULARE. 1. Imitando similitudinem exprimere. Verr. II. 77. *literae lituraeque omnes* assimulatae, *expressae.* 2. Comparare. Inv. 28. *Simile ex conferenda atque* assimulanda *natura iudicatur.* 3. Fingere, simulare. Cael. 6. *species virtutis* assimulatae. Cluent. 13. assimulata *familiaritas.*

ASSISTERE. 1. Prope adstare. Verr. I. 26. *Rubrius imperat servis, ut ianuam clauderent et ipsi ad fores* assisterent. Leg. II. 4. *Nusquam erat scriptum ut contra omnes hostium copias unus in ponte* assisteret. 2. Simpliciter *stare.* Fin. III. 16. *ita iacere talum, ut rectus* assistat; (dafs er aufrecht stehn bleibt). Aliud *est ut* rectus cadat *quidem, sed non* assistat. Vid. Talus.

ASSOLEO. Lael. 2. *quum in hortos D. Bruti, ut* assolet *venissemus.*

ASSUEFACIO. Fam. XIII. 4. *orbus iis rebus omnibus, quibus et natura me et voluntas et consuetudo* assuefecerat. Brut. 2. *arma quibus me* assuefeceram. Ibid. *puro sermone* assuefacta *domus.* Prov. Cons. 13. *Caesar ceteras nationes imperio P. R. parere* assuefecit.

ASSUESCO. Fin. V. 2. *ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut strepitum* assuesceret *voce vincere.* Orat. III. 15. *homines labore assiduo et quotidiano* assueti.

ASSUMERE. 1. Simpliciter i. q. sumere. Off. III. 5. quod alteri detraxerit, sibi assumat. Off. I. 42. *illinc* assumes, *quae ad hunc locum pertinebunt.* Mur. 14. *L. Scipio* (Asiaticus) *laudem — sibi ex Asiae nomine* assumpsit. 2. *Etwas hinzu nehmen.* Orat. I. 50. *si quis aliam quoque artem sibi* assumpserit. Ibid. 37. *nisi dicendi copiam* assumpsisset, *scil.* praeter ius civile. Fam. VII. 23. *equidem aliquantum iam etiam noctis* assumo. 3. Aliunde aliquid petere. Orat. II. 39. qui viderit — omne quod sumatur in oratione ad probandum — aut ex sua sumi vi ac natura aut assumi foris.

Top. 2. Ex his locis in quibus argumenta inclusa sunt, alii in eo ipso de quo agitur, haerent; alii assumuntur extrinsecus. 4. Sibi vindicare, (sich etwas vorbehalten). Orat. I. 12. *Orator tractationem orationis — sibi* assumet. Planc. 23. *ita de me meriti sunt illi ipsi quos ego testes video paratos, ut eorum reprehensionem vos vestrae prudentiae* assumere, *meae modestiae remittere debeatis.* 5. Arrogare (*anmaſsen*). Her. I. 1. *quae Graeci scriptores inanis arrogantiae causa sibi* assumpserunt. Fam. I. 9. *neque quidquam mihi* assumpsi *nec hodie* assumo. 6. *In syllogismo* assumere *est propositionem, quam hodie dicunt minorem, mai ri subiungere.* Inv. I. 36. *quare* assumi *statim oportet.* (*Daher muſs man sogleich den Untersatz beybringen.*) Div. II. 53. *id tamen* assumit *quod concedi non potest.* Ibid. Assumit *autem Chrysippus hoc modo:* „Sunt autem innumerabiles praesensiones non fortuitae." 7. Asciscere, et appetere. Fin. III. 5. *artes propter se* assumendas *putamus.* Fin. I. 10. *quum soluta nobis est eligendi optio — omnis voluptas* assumenda *est, omnis dolor repellendus.* 8. Assumpta *verba* Partitt. or. 7. sunt ἐπίθετα.

ASSUMPTIO dicitur de approbatione eorum bonorum quae προηγμένα dicebant Stoici. Fin. III. 5. *Artes — assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum* assumptione. 2. *Assumptio est* propositio quae minor vulgo dicitur in syllogismis, (*der Untersatz*). Inv. I. 37. Assumptio *est particula orationis per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur.*

ASSUMPTIVUS. Her. I. 14. Assumptiva constitutio *est pars constitutionis iuridicialis, quum per se defensio infirma est, sed assumpta extraria re comprobatur.* Opponitur constitutioni iuridiciali absolutae. Quatuor eius partes cf Inv. I. 11. II 24.

ASSURGERE. Cluent. 69. *quae dum laudatio recitatur, vos quaeso qui eam detulistis* assurgite; scil. ut facilius conspici possent a iudicibus; et ab aliis assidentibus discerni. 2. Etiam honoris causa alicui assurgitur. Pison. 12. Inv. I. 30. *ut maioribus natu* assurgatur. Gen. 18. *haec sunt honorabilia — salutari, appeti, decedi*, assurgi. —

ASSUS. Att XII. 6. assus sol. Vid. SOL. 2. Fam. IX. 20. *integram famem ad ovum* (initium cenae) *affe-*

ro, itaque ad assum vitulinum (quo cena claudebatur) *opera perducitur.* 3. Assa *in balneariis.* Q. Fr. III. 1. sunt sudatoria, in quibus sudor solo calore sine lotione excitabatur. Vide quae diligenter exposuit Schneiderus, ad Vitruvii lib. V. c. 10.

ASTIPULATOR, qui stipulanti sua stipulatione accedit, ut maiorem fidem habeat stipulatio. Pison. 9. 2. Qui alicuius sententiae assentitur. Acad. pr. II. 21. *Stoicorum* astipulator *Antiochus.*

ASTO. Catil. IV. 2. astat *in conspectu meo gener,* scil. Piso.

ASTRICTE. Orat. III. 48. *assentior Theophrasto qui putat orationem* — non astricte, *sed remissius numerosam esse oportere;* ubi *astricte numerosa* est nimis accurata et versiculorum similis.

ASTRICTUS sensu proprio *alligatus.* Verr. IV. 42. *ad statuam* astrictus. 2. Sensu metaphorico *obligatus.* Q. Fr. I. 1. *leges quibus est* astrictus. Brut. 10. Lycurgus *a quo est disciplina Lacedaemoniorum* astricta *legibus.* Orat. I. 60. *histrio* astrictus *certa quadam numerorum moderatione et pedum.* 3. Coactus, implicitus aliqua re s. impeditus. Pis. 15. *quis liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa praemio, lingua* astricta *mercede.* N. D. I. 7. *nulla* astrictus *necessitate.* Parad. 1. *voluptates quibus maxime* astricti *sunt.* Sull. 20. *homines scelere* astricti. 4. Usurpatur de vinculis numeri oratorii vel poetici. Orat I. 16. *Est finitimus oratori poeta, numeris* astrictior *paullo, verborum autem licentia liberior.* Brut. 95. verborum astricta comprehensio. 5. Ad brevitatem redactus. Brut. 90. *Dialectica quae quasi contracta et* astricta *eloquentia putanda est.*

ASTRINGERE. 1. Alligare. Univ. 4. *Vinculorum id est optissimum — quod ex se atque his, quae* astringit *quam maxime unum efficit.* 2. Contrahere, coërcere, cui oppositum est relaxare. N. D. II. 55 *reliquiae cibi depelluntur tum* astringentibus *se intestinis tum relaxantibus.* N. D. II. 54. *alvus tum* astringitur *tum relaxatur.* Att. X. 6. de disciplina: *Quicquid ego* astrinxi, *ille relaxat.* 3. Officii aut conditionis necessitatem imponere. Quint. 5. *ut eum suis conditionibus in ipso articulo temporis* astringeret. Planc. 30. huius tanti officii servitutem astringebam testimonio sempiterno. Leg. II. 19. *sacris* astringuntur *heredes,* quum iis

officium imponitur sacra familiae conservandi. Prov. cons. 14. *Una atque altera aestas vel metu, vel spe, vel poena, vel praemiis, vel armis, vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis* astringere. 4. Implicare. Sext. 50. *scelere* astringi. Philipp. 4. *magno se scelere* astringere. 5. De numero oratorio. Orat. III. 44. *Isocrates instituisse fertur ut inconditam dicendi consuetudinem — numeris* astringeret. 6. De brevitate argumentorum. Tusc. III. 13. *Stoici breviter* astringere *solent argumenta.* 7. De evidentia conclusionum. Fat. 14. *Hoc arctius astringi ratio non potest.*

ASTROLOGIA, die Sternkunde. Div. II. 42. Orat. I. 16.

ASTROLOGUS. 1. i. q. astronomus. Div. II. 42. *Archelaus et Cassander summi* astrologi *illius aetatis.* Verr. II. 52. iocose dicitur Verres *novus* astrologus, *qui non tam caeli rationem, quam caelati argenti duceret,* propterea, quod, ut Herodotum absentem comitiis excluderet, ex anno unum dimidiatumque mensem exemerat. 2. Astrologus dicitur is, qui ex astris futura se praedicere posse somniat (*Sterndeuter*). Div. I. 6. 50. II. 42. *Panaetius unus e Stoicis* astrologorum *praedicta reiecit.*

ASTRUM. Somn. 7. *Homines populariter annum tantummodo solis id est unius* astri *reditu metiuntur.* N. D. II. 46. in aethere astra volvuntur quae se et nixu suo conglobata continent et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. Tusc. I. 25. Astra *suspeximus tum ea quae sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia.* Tim. 12. *qui recte et honeste curriculum vivendi a natura datum confecerit ad illud* astrum, *quo cum aptus fuerit revertetur.* 2. Metaphorice dicuntur ista. Att. II. 25. *tollere laudes ad* astra. Att. II. 21. *decidere ex* astris, i. e. summam gloriam perdere.

ASTURCO genus equi, quod nos dicimus, *ein Paſsgänger.* Her. IV. 50. cf. Plin. hist. nat. VIII. 22. *in Hispania Callaica gens et Asturica* — asturcones *gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.*

ASTUTIA est calliditas in excogitandis dolis. Cluent. 65. *saepe veritas emergit, quod aut ii qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant, aut illi quorum eminet audacia atque proiecta*

10. 11. N. D. I. 24 *abuteris ad omnia* atomorum *regno et licentia.*

ATQUE particula copulativa. Div. II. 55. a constantia atque a mente, atque a se ipse discessit. 2. Ponitur pro *et quidem.* Leg. I. 10. *quam tu longe iuris principia repetis, atque ita ut ego non modo ad illa non properem —.* 3. Habet vim intensivam, diciturque pro *atque adeo.* Parad. VI. 1. *testamenta amicorum exspectas aut ne exspectas quidem,* atque *supponis.* Tusc. V. 15. *habeti ingenio* atque *nullo.* Orat. 16. *Rem difficilem,* atque *omnium difficillimam.* Saepe *adeo* diserte adiicitur. Planc. 19. *Insto atque urgeo, insector, posco* atque adeo *flagito crimen.* Rosc. Am. 35. *quae si prodierit,* atque adeo *quum prodierit (scio enim proditurum esse) audiet.* 4. Transitioni inservit. Leg. I. 15 atque. *si natura confirmatura ius non erit virtutes omnes tollentur.* 5. In comparatione significat *als* vel *wie.* N. D. III. 18. *aeque* atque *illi.* Orat. III. 50. *paullo secus a me* atque *ab illo partita ac distributa.* Tusc. III. 30. *qui suos casus aliter ferunt* atque *auctores aliis fuerunt.* Somn. 4. *stellarum septem cursus, qui versantur retro contrario motu* atque *caelum.* Att. II. 5. *hoc non dissimile est* atque *in Solonium.*

ATQUI in assumptionibus syllogismorum. N. D. II. 7. atqui *certe nihil omnium rerum melius est mundo.* 2. In oppositionibus, ubi significat: *Nun aber* vel *Gleichwohl aber.* Verr. II. 59 *Quid vero? modum statuarum haberi nullum placet?* Atqui *habeatur necesse est.*

ATRAMENTUM N. D. II. 50. succus sepiae, cuius effusione se tutatur. 2. Atramentum scriptorium aliter atque nostrum paratur. Plin. 35, 25. *adulteratur fornacum balinearumque fuligine, quo ad volumina scribenda utuntur: admixto gummi,* ut paullo post dicit. Q. Fr. II. 15. *calamo et* atramento *temperato res agetur.* 3. Atramentum sutorium (Salmas. hyl. iatr. c. 125.) est χαλκανθον Kupfervitriol. Fam. IX. 21. *Pater eius* (Cn. Carbo) *accusatus a M. Antonio* atramento sutorio *absolutus putatur* h. e. eo sumpto necem sibi conscivisse eoque modo se iudicio subtraxisse.

ATRATUS. Divin. I. 45 *fluvius* atratus *sanguine fluxit.* Nihil est quod cum Davisio, qui edidit *fluvius Atratus* nomen proprium alicuius fluvii putemus. Va-

tin. 12. *quis umquam cenavit* atratus, i. e. cum toga pulla.

ATRIENSIS, servus atrii curam gerens. Pison. 28. ubi Cicero Pisonis luxuriam sordidam describit: *servi sordidati ministrant; idem coquus, idem* atriensis. Parad. 5. *atrienses* referuntur inter servos qui sibi videntur lautiores.

ATRIOLUM parvum atrium. Q. Fr. III. 1. Att. I. 8.

ATRIUM. Ciceronis aetate erat cavaedii pars superne tecta usque ad impluvium. De quo diligentissime veterum loca collegit et illustravit Schneiderus V. C. ad Vitruvium, Tom. II. p. 432 sqq. ubi docuit significationem huius vocabuli postea mutatam, ut vestibulum quoque denotaret. Q. Fr. III. 1. *Atriolum non fere solet nisi in iis aedificiis fieri, in quibus est* atrium *maius.* 2. *Atria auctionaria.* Rull. I. 3. sunt atria in quibus auctiones fiunt. Huius modi fuerunt *atria Licinia;* a L. Licinio Crasso aedili exstructa, Quint. 6. ubi plurimae auctiones habebantur a praeconibus.

ATROCITAS. 1. De immanitate s. indignitate facinorum. Inv. II. 17. *locus communis, per quem ipsius facti* atrocitas *aut indignitas aut omnino culpa cum indignatione augetur.* Quint. 16. *Si res ista gravissima sua sponte videretur, tamen eius* atrocitas *necessitudinis nomine levaretur.* 2. De acerbitate vel crudelitate animi. Q. Fr. I. 2. *hae literae quum leguntur invidiosam* atrocitatem *habent.* Catil. IV. 6. *Ego quod in hac causa vehementior sum, non* atrocitate *animi moveor (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate et misericordia.* Sic de crudelitate facinoris. Verr. IV. 94. neque tamen finis iniuriae crudelitatique fiebat, donec populus atque universa multitudo atrocitate rei — commota Senatum — coëgit — 3. De praeceptis philosophorum nimis duris et rigidis. Ac. pr II. 44. Atrocitas *ista quo modo in Academiam irruperit nescio.*

ATROCITER aspere, vehementer. Verr. V. 62. atrociter *minitari.* Orat. 17. *contenta voce* atrociter *dicere, et summissa leniter.* Q. Fr. II. 16. *de ambitu quum* atrocissime *ageretur in senatu.* 2. Crudeliter, nefarie. Rosc. Am. 53. *quum omnibus horis aliquid* atrociter *fieri videmus.*

ATROX immanis, crudelis. Rosc. Am. 22. de parricidio, *res scelesta* atrox *nefaria.* Marcell. 35, atro-

cissima *suspicio*. 2. Periculi s. calamitatis plenus. Verr. IV. *tempus* atrox *et difficile rei publicae*. Fam. IX. 25. *repente perculsus est* atrocissimis *literis*. 3. De vehementia in dicendo qua facinoris alicuius atrocitas exaggeratur. Orat. II. 49. *admiscere generi orationis vehementi atque* atroci *genus illud alterum lenitatis et consuetudinis coepi*.

ATTAMEN post *quamquam*. Orat. 52. *quamquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio* — attamen *utrumque in disserendo est*. Sic Fin. III. 15.

ATTENDO 1. *Proprie est* intendo, *componiturque cum verbo* animus. Off. III. 8. *quum animum* attenderis. Verr. I. 10. *quo tempore iudex aures erigeret animumque* attenderet. 2. Absolute. Planc. 41. si paullo diligentius — attenderis Orat. III. 13. *non aeque quid dicant nisi* admodum *attendi, intelligo*. 3. Cum accusativo rei. Fam. XIII. 11. attendere *te volo quae in manibus sunt*. Rab. Post. 6. *populum monere, ut si lex aliqua recitaretur primum versum* attenderet. Orat. III. 50. *versus aeque prima et media et extrema pars* attenditur. Philipp. II. *stuporem hominis* attendite. 4. Cum accusativo personae. Sull. 11. *me de invidiosis rebus dicentem* attendite. 5. Sequente accusativo cum infinitivo. Ac. pr. II. 34. *non* attendere *illud ea re a se esse concessum*. 6. Sequente pronomine relativo. Quint. 20. *quum* attendo *qua prudentia sit Hortensius*. Inv. I. 2. *Hermagoras nec quid dicat* attendere, *nec quid polliceatur intelligere videtur*. 7. Sequente particula quam. Ac. pr. II. 17. *illud* attendimus — *quam inconstanter loquamur*. 8. Partit. N. 24. *quum de necessitate* attendemus, *i. e.* quum quaeretur, quid aut necesse sit aut non necesse.

ATTENTE. Part. or. 8. *intelligenter ut audiamur et* attente, *a rebus ipsis ordiendum est*. Cluent. 3. *quaeso ut me benigne* attenteque *audiatis*. Phil. II. 5. *alterum peto a vobis, ut pro me dicentem benigne; alterum ipse efficiam ut contra illum quum dicam* attente *audiatis*. Orat. I. 61. *nos raucos saepe* attentissime *audiri video*.

ATTENTIO. Orat. II. 35. *reliqua sunt in cura*, attentione *animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore*.

ATTENTO. 1. Incheo. Orat. III. 28. *praeteriri omnino fuerit satius, quam* attentatum *deseri*. 2. Per-

tento. Verr. II. 54. *omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui*, attentare. 3. Periculum facio aliquem commovendi, sollicito. Sext. 4. *Capuam propter plurimas belli opportunitates ab illa impia et scelerata manu* (coniurationem Catilinae) attentari *suspicabamur*. Orat. I. 62. *quum is est auditor, qui non vereatur, ne compositae orationis insidiis sua fides* attentetur. 4. Inprimis significat corrumpere aliquem conari. P. Red. a. Q. 7. *Gellius suam classem* (in comitiis centuriatis) attentari (pecunia) *magno cum suo periculo paene sensit*. 5. Har. Resp 8. *quum ea attententur eius lingua, cuius intra manu eversa vos mihi — reddidistis*, i. e. quum Clodius in concione sua domum meam ab ipso eversam, a vobis mihi restitutam calumniis eripere conetur.

ATTENTUS. Quomodo attentos orator faciat auditores. Her. I. 4. Inv. I. 16. cf. Orat. II. 79. II. 19. — Off. I. 36. attentos animos ad decoris conservationem tenebimus. Orat. III. 5. *acerrima atque* attentissima *cogitatio*, (*ein äufserst scharfes und gespanntes Nachdenken*). 2. Diligens, assiduus in opere. Quint. 3. *paterfamilias et prudens et* attentus. Rosc. Am. 15. attenta *vita et rustica*.

ATTENUATE; *de genere orationis tenui, quod opponitur sublimi*. Brut. 55. *oratorum bonorum duo genera sunt*, unum attenuate *presseque, alterum sublate ampleque dicentium*.

ATTENUATIO imminutio. Her. II. 5. attenuatio *suspicionis*.

ATTENUATUS de genere orationis tenui. Her. IV. 8. Attenuata (*orationis figura*) *est, quae demissa est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem*. Eius exemplum suppeditatur, ibid. c. 10. 2. Inprimis de brevitate orationis usurpatur. Orat. 30. *ipsa illa pro Roscio iuvenilis redundantia multa habet* attenuata. 3. De oratione nimis accurata (überfeinert) *Calvus — nimium inquirens in se atque ipse sese observans metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat; itaque eius oratio nimia religione* attenuata. — 4. *Vox attenuata* eine gedämpfte Stimme. Her. III. 14. *voce paullulum* attenuata. Ibid. c. 12. *ictus enim fit et vulnerantur arteriae acuta atque* attenuata *nimis acclamatione*, ubi tamen legendum esse videtur *acuta atque contenta nimis acclamatione*. Ibid. 14.

in amplificationibus utemur voce attenuatissima, *clamore leni.*

ATTENUO, imminuo. Her. III. 3. *huiusmodi partes sunt virtutis, amplificandae si suadebimus,* attenuandae *si ab his dehortabimur.* Manil. 11. *bellum* (servile) *exspectatione Pompeii* attenuatum *atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum.*

ATTESTOR. Sull. 29. attestante *memoria omnium.* Gesnerus vero in Thes. L. L. h. v. illum locum sic legendum censet: *de his tantum mihi dicendum putavi, quod satis esset,* attestanti *memoriam omnium;* recte ut opinor, nisi forte malis: *antestanti memoriam omnium.*

ATTEXO sensu tropico, adiungo. Univ. 11. *Vos ad id quod erit immortale partem* attexitote *mortalem.*

ATTINEO pertineo. Fin. IV. 14. *quae ad colendam vitam* attinebunt. Q. Fr. II. 1. *quod ad me* attinet. Att. V. 17. *quod ad abstinentiam* attinet. Fam. I. 2. *quod ad popularem rationem* attinet. Att. XV. 1. *primum quod* attinet.

ATTINET, opus est. Fat. 3. *quid ergo* attinet *inculcare fatum.* Fin. IV. 22. *quid* attinuit *cum his, quibuscum re concinebat verbis discrepare.* Quint. 19. *neque quemquam* attinebat *id recusare.* Fam. IV. 7. *de quo quid sentiam nihil* attinet *dicere.*

ATTINGO sensu proprio, tango. Tusc. I. 5. *mento summam aquam* attingens. Leg. II. 2. *nullum hoc frigidius flumen* attigi. Rosc. Am. 26. *bestiis quae tantum scelus* attigissent: *i. e.* cadaver scelesti hominis dentibus appetissent, de eoque comedissent. 2. Ad aliquid accedo. Fam. V. 8. *ut primum* attigi *forum.* 3. *Attingere* significat *finitimum seu vicinum esse.* Her. II. 4. *cuiusmodi loci* attingunt. Fam. XV. 4. *Cappadociae pars quae Ciliciam* attingit. Pison. 16. *Macedonia quae tantis barbarorum gentibus* attingitur. 4 Occupare, s. sibi vindicare. Fam. II. 17. *de praeda mea teruncium nec* attigit *nec tacturus est quisquam.* Dom. 21. *ex his bonis quorum nemo rem ullam* attigit. 5. Metaphorice *attingere* est coniunctum esse. Fam. XIII. 7. *qui te aliqua necessitudine* attingunt. Q. Fr. I. 1. *Publicani nos summa necessitudine* attingunt. Tusc. IV. 13.

ut in malis corporis similitudo attingit *animi naturam sic in bonis;* h. e. in utroque genere animus similis est corpori. 6. Tractare aliquid s. alicui rei studere. Orat. I. 19. *quae isti rhetores ne primoribus quidem labris* attigissent. Cael. 12. *multos vidi — qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae, et extremis ut dicitur digitis* attigissent. Arch. 8. *si ipsi haec neque* attingere, *neque sensu nostro gustare possemus.* Orat. 13. *minime mirum — si* (Isocrates) — *reliquis praestat omnibus, qui umquam orationes* attigerunt. 7. *Attingere* est ad aliquam rem pertinere, ei convenire, in eam cadere. N. D. I. 9. *labor non* attingit *deum.* Fin. V. 9. *quatenus quidque se* attingat. Tusc. V. 33. *cupiditates quae non necessitatem modo sed ne naturam quidem* attingunt. Fin. V. 9. *quicquid se* attingat *ad seque pertineat.* Off. I. 6. *veri investigatio maxime* attingit *naturam humanam.* Leg, II. 5. *quae non magis legis nomen* attingunt *quam si latrones aliqua sanxerint.* 8. Commemorare aliquid. Orat. II. 50. *perquam breviter perstrinxi atque* attigi. Orat. I. 9. — 9. afficere. Leg. II. 1. *alia causa me delectat, quae te non* attingit *ita.* Acad. pr. II. 31. *quae res eum sic* attingit. Att. IX. 11. *si qua cura te* attingit. Fragm. inc. *omnium pectora sic* attingit, *ut cogat in gemitum.* 10. Scripto aliquid pertractare. Arch. 11. *quas res nos — gessimus,* attigit *hic* (Archias) *versibus.* 11. De libro lecto; *meus liber — quem tu Corcyrae strictim* attigisti. 12. Att. XIII. 33. *horum ego vix* attigi *penulam* re i. e. parcissime invitavi.

ATTRAHO, sensu proprio, cum vi adduco. Verr. III. 25. *adducitur a Veneriis atque adeo* attrahitur *Lollius.* 2. Simpliciter pro *adduco.* Att. X. 1. *Puto te* attractum *iri, si de pace agetur.* 3. Excito aliquem ut adveniat. Fam. VII. 10. *nihil duobus nobis est stultius: me, qui te non Romam* attraham; *te, qui non huc advoles.* 4. Tropice pro excito. Lael. 14. *Nihil esse quod ad se rem ullam tam alliciat, atque* attrahat, *quam ad amicitiam similitudo.*

ATTRECTATUS, i. q. *contractus.* Tusc. II. 21. in versu e Pacuvii Niptris.

ATTRECTO, tango. Har. Resp. 13. *libri* (Sibyllini) *quos tu — contaminatis manibus* attrectasset. 2. Libidinose tango. Cael. 8. *dictum — fore qui dicerent uxores suas a cena redeuntes* attrectatas *esse a Caelio.* 3. Tropice pro *accurate considero.* Planc. 12.

facilis est illa occursatio et blanditia popularis; aspicitur, non attrectatur, *procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur.* Quo in loco pro *facilis* legendum videtur *futilis.* Opponuntur enim *solida et expressa indicia.*

ATTRIBUO do, tribuo. Att. XII. 30. *velim aliquando puerum visas eique de mancipiis, quae tibi videbitur,* attribuas. Inv. I. 52. *si alicui rei huiusmodi legi, loco, urbi monumento* attribuetur *oratio.* 2. Indo. Rosc. Am. 4. *timor, quem mihi natura pudorque meus* attribuit. 3. Causam in aliquem confero, alicui ascribo. Sen. 1. attribuito *literis Graecis.* Orat. II. 3. *Hoc si cupidius factum existimas, Caesari* attribues; *si familiarius utrique nostrum.* Fam. III. 8. *Si autem hoc genere delectaris, ut quae tibi in mentem veniant aliis* attribuas, *genus sermonis inducis in amicitiam minime liberale.* 4. In re pecuniaria est, i. q. *assignare.* Att. XIII. 2. *Videbis ut tantum* attribuatur, *quantum debetur.*

ATTRIBUTIO, quicquid rei tribuitur. *Vulgo* praedicatum. Inv. I. 26. *Ex his etiam* attributionibus *consideratur, sacer an profanus, publicus an privatus.* etc. 2. In re pecuniaria dicitur, quam hodie vulgo assignationem vocant, quum non ipsi solvimus ex arca, sed ab alio, qui nobis aut debet, aut pro nobis solvere paratus est amicitiae causa. Fam. XVI. 24. Att. XVI. 3. in attributione mihi ignota nomina, h. e. homines a quibus mihi solvere vult, ignoti sunt mihi. Att. XVI. 1. est de Q. Cicerone filio: *ait enim* attributionem *in Idus* (scil. sibi expediendam esse) *se autem urgeri acriter.*

ATTRIBUTUS. 1. Alicui datus vel assignatus Sext. 30. *Quae negotii publici procuratio cogitari potuit, quae non esset* attributa *atque descripta.* 2. Attributum est quod rei est proprium; vulgo praedicatum. Inv. I. 24. *omnes res argumentando confirmantur aut ex eo quod personis aut ex eo quod negotiis est* attributum; *ac personis has res* attributas *putamus, nomen, natura, victus* etc. 3. Verr. I. 13 *pecunia* attributa, h. e. quae nobis solvitur ab alio, data assignatione, quam hodie vocant. Verr. III. 70. *societates, unde erat* attributa *pecunia.* 4. Att. XIII. 22. attributos *quod appellas, valde probo. Attributi* sunt ii, a quibus attributa est pecunia, a quibus debitor solvit (*die Assignaten*).

ATTRITUS, *abgerieben.* Verr. IV. 43. *Mentum simulacri Herculis paullo* attritius.

AVARITIA. Tusc. IV. Avaritia *est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit inhaerens et penitus insita.* Verr. II. 51. avaritia *hians et imminens, (eine zuschnappende und auflauernde Habsucht).* Fin. IV. 27. *nec enim omnes* avaritias, *si aeque* avaritias *esse diceremus, sequitur etiam ut aequas esse dicamus.* Fin. III. 15. *quis umquam fuit* avaritia *tam ardenti aut tam effrenatis cupiditatibus.*

AUCEPS sensu metaphorico. Orat. I. 55. auceps *syllabarum (ein Sylbenstecher).* Acad. lib. inc. *Epicurus — peritissimum — voluptatum* aucupem *sapientem esse contendet.*

AUCTIO. Att. XII. 3. auctionem *facere.* Caecin. 13. auctio *hereditaria constituta.* Fam. X. 32. *circulator quidam* auctionum *notissimus.* Quint. 19. *vendere* auctionem. Att. XIII. 13. *paullum proferant* auctionem. Ibid. *obire* auctionis *diem.*

AUCTIONARIUS. Catil. II. 8. *meo beneficio tabulae novae proferentur, verum* auctionariae, h. e. curabo ut hominum, qui in magno aere alieno maiores etiam possessiones habent, bona auctione vendantur eatenus, ut eorum aes alienum dissolvi possit. Itaque proponam tabulas auctionarias, non novas tabulas quas illi forsan a Catilina exspectant, quibus in fraudem creditorum illorum aes alienum vel aboleatur, vel minuatur. Rull. I. 3. *Atria* auctionaria; in foro, qualia erant Licinia.

AUCTIONOR. Rull. I. 3. *at hoc etiam nequissimi homines, consumptis patrimoniis, faciunt, ut in atriis auctionariis potius quam in triviis aut in compitis* auctionentur. *Hic promittit suis decemviris, ut in quibus commodum sit tenebris, in qua velint, solitudine, bona populi Romani possint divendere.* Rull. II. 20. *ponite ante oculos vobis Rullum — hasta posita cum suis formosis finitoribus* auctionantem.

AUCTOR est qui quocunque modo aliis praeit, sive rem suscipiendo, sive suadendo, defendendo; docendo:

1. Significat primum alicuius rei aut negotii machinatorem (*Urheber, Stifter*). Planc. 13. *Planctus maximarum societatum* auctor, *plurimarum magister.* Tusc. IV. 2. *Iunius Brutus praeclarus* auctor *nobilitatis tuae.*

2. i. q. dux. Att. VIII. 3. *ille legibus contra auspicia ferendis* auctor.

3. Qui exemplum rei faciendae dedit: qui rem facere suadet aut praecipit exemplo. Acad. IV. 3. *nec literarum Graecarum nec philosophiae iam ullum* auctorem *requiro*, sc. quum Africanum et Catonem habeam, qui didicerunt. Off. III. 7. *num locupletiores quaeris* auctores? Verr. III. 38. *Cur non, hoc* auctore, *etiam Romae servi ad vectigalia accedunt.* Verr. V. 26. *Unum* auctorem *facti tui profer.* Fin. IV. 16. *Cato omnium virtutum* auctor, i. e. exemplar.

4. Suasor alicuius rei. Att. IX. 13. Div. I. 15. aves auctores. *senatui — pacis* auctor *fui.* Ib. XIV. 9. *ea ratio aedificandi initur consiliario quidem et* auctore *Vestorio.* Att. IX. 10. *Ego quidem non sum* auctor, *si Pompeius Italiam relinqueret te quoque profugere.* Fam. VI. 8. *a me consilium petis, qui sim tibi* auctor, *in Siciliane subsidas, an proficiscare.* Leg. I. 20. *ipsis magnopere* auctor *fuit.* Orat. III. 14. *quare omnes istos me* auctore *deridete.*

5. Alicuius rei nuntius inprimis idoneus et certus. Fam. XII. 4. *Rumor erat —* auctor *erat nemo.* Att. XIV. 8. *id certis* auctoribus *comperi.* Att. III. 13. *quidam boni nuntii, non optimis tamen* auctoribus.

6. Testis alicuius rei gestae. Flacc. 17. *gravis* auctor *iniuriae publicae.*

7. Scriptor historicus rem quandam narrans. Off. III. 32. *Polybius bonus* auctor *inprimis scribit — —.* Att. VI. 2. *Peloponnesi civitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi — Quum mihi* auctor *placeret — admirabar tamen —* Brut. 44. *rerum Romanarum* auctor *religiosissimus.*

8. Scriptor quicunque. Orat. 57. *Aristoteles optimus* auctor. Off. III. 26. *apud Homerum optimum* auctorem. Att. XII. 19. *habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito,* auctores; *qui dicant id fieri oportere.*

9. Scriptor, quatenus est exemplum certi generis scribendi. Orat. 51. *Isocrates orationis ornandae* auctor *locupletissimus.* Orat. 3. *non solum intelligendi sed etiam dicendi gravissimus* auctor *et magister* (*Meister und Lehrer*) *Plato.*

10. Scriptor cuius sententiam sequimur. Tusc. I. 12.

11. Praeceptor. Off. II. 2. *quamquam in antiquissima philosophia Cratippo* auctore *versaris.*

12. *Auctor* nonnunquam tribuitur rebus tanquam personis. Verr. III. 19. *ita audistis ut* auctorem *rumorem haberetis sermonemque omnium.* Orat. I. 45. vulgo legitur: *quum ingenio sibi* auctore *dignitatem reperissent* melius nunc Gesnero et Ernestio auctoribus: *quum ingenio sibi dignitatem peperissent*

13. Auctor legis dicitur, a) qui primum legem scivit, Dom. 30. b) Legis suasor, adiutor, laudator, Att. I. 19. Agr. II. 5. Leg. III. 16. *isti rationi neque lator quisquam est inventus neque* auctor *unquam bonus.* c) Qui legem ferri iubet, quod erat senatus; unde Senatores auctores legum dicuntur. Verr. V. 67.

14. Auctores *in senatu* Brut. 34. *aut consilii publici* Orat. I. 49. sunt principes senatores, h. e. Consulares, et qui habent ius sententiae prioris dicendae, adeoque rei alicuius auctores fieri possunt. Item, qui multum valent in senatu, ut Orat. III. 17. item, qui alicuius rei in senatu auctores sunt decernendae. Att. III. 18. in quorum sententiam fit SCtum ad Famil. XV. 4. *Regem Ariobarzanem, te* auctore, *commendatum habebam*, h. e. e SCto in tuam sententiam facto. cf. Gronov. ad Liv. XXIV. 43. *Ern.*

15. Qui alicuius iniurias defendit et accusando vindicat; quia sc. est auctor iudicibus rei puniendi. Flacc. 22. auctorem *querelarum et doloris sui habent.*

16. Defensor quicunque: qui alicuius rem causamque gerit. Flacc. 15. auctor *suae civitatis.* Gronov. de Pec. Vet. IV. 3. p. 574. Sic Sext. 66. optimatium defensores et principes dicuntur, *auctores et conservatores civitatis*, i. e. defensores. Planc. 13. auctor *societatum multarum* fuisse dicitur, qui publicanorum defensor fuit, multaque pro iis gessit cum fide. cf. Cluent. 24. Verr. V. 67. iudices dicuntur auctores *legum, iudiciorum et iuris.* Balb. 2. *mos gerendus est Pompeio, qui sui facti, sui iudicii, sui beneficii voluit me esse — et praedicatorem et auctorem.*

17. Est venditor, qui suum esse spondet, quod vendit, et eius vendendi se potestatem habere; adeoque actione tenetur de evictione, unde auctoritas, vid. Auctoritas; aut periculum iudicii praestat, ut in mancipio. Caecin. 10. auctor fundi. cf. Gronov. ad Senec. Cons. ad Marc. 10. Hinc ductum esse illud videtur.

detur Muren. 2. *Quod si in iis rebus repetendis quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligavit, profecto etiam rectius in iudicio consulis designati is potissimum consul, qui consulem declaravit,* auctor *beneficii populi Rom. esse debet.* Ceterum venditor est *auctor primus;* qui autem spondet pro eo, rem esse eius, vendendique potestatem eum habere, auctor secundus. v Salmas. mod. Usur. p. 728. 733. 694. Verr. V. 22. *quod a* malo auctore *emissent, diutius se obtinere non posse:* qui evictionem praestare non posset. Ab hoc verbo *auctio* videtur *venditionis* vim accipere, non ab augendo pretio in licitando, ut vulgo statuunt.

18. Tutor. Caecin. 25. *dos quam mulier, nullo* auctore, *dixisset;* non adhibito tutore, qui in rebus mulierum auctor est.

19. Cluent. 5. auctores *nuptiarum;* sunt parentes, cognati, tutores, qui nuptias aut confecerunt, aut probarunt, aut tabulas nuptiales obsignarunt.

20. Dom. 14. auctor *comitiorum Centuriatorum et Curiatorum;* est, qui habet comitia, iisque praeest.

21. Verr. V. 67. Senatores dicuntur *auctores iudiciorum et iuris*, quia iudicia haberi volunt, ea administrant, et suum cuique ius reddi volunt.

22. Senator quo sensu *auctor* sit, *Patres auctores* fiant. vid. *in* auctoritas senatus.

23. Orat. I. 45. *auctor* dicitur de ingenio. vid. Iens. Lect. Lucian. I. 8. *Ern.*

AUCTORITAS, „tribuitur ei, qui, quocunque sensu, auctor 1) est, nunciando, iubendo, suadendo, inveniendo, docendo, vendendo, testando, defendendo, rogando, exemplum praeeundo etc.; aut 2) esse potest; aut 3) esse posse putatur. Est ergo

1. auctoritas eius, qui primus quid invenit et fecit. Inv. I. 28. *quaeritur — eius facti qui sint principes et inventores, qui denique* auctoritatis *eius et inventionis comprobatores et aemuli.*

2. Sententia iudicum, non solum, quia auctores sunt condemnationis vel absolutionis, sed etiam, quia eo ipso auctores sunt alicuius rei omittendae, vel licentiae, eius faciendae impune. Verr. III. 94. *providete, ne auctoritate vestra,* (sententiis vestris absoluto

delicti suspicionem tegere possit. Manil. 15. *Imperatoris* auctoritas. Verr. I. 2. *iudiciorum* auctoritas *constituta.* Brut. 67. auctoritate *eget, de eo, cuius nullum nomen in patronis causarum erat*, quum *diligentissimus* esset. Leg. I. 5. *nunc ab uno* magna auctoritate *et scientia sustinetur.* Cato 18. *non cani, non rugae repente* auctoritatem *afferre possunt.*

9. Quaecunque res, cuius aliquis auctor est. Acad. I. 9. auctoritas *veteris disciplinae* (sc. Academicae) h. e. disciplina, cuius veteres Academici auctores fuere.

10. *Auctoritate* alicuius utimur, quum eum auctorem, approbatorem, consentientem nobis dicimus. Div. I. 43. *leges suas* auctoritate *Apollinis confirmavit.* Acad. IV. 5. *in eorum* auctoritate *delitesceret.* Div. I. 1. ut ab *ultimis* auctoritatem *repetam.* Tusc. V. 12. *huius sententiae gravitas a Platonis* auctoritate *repetatur*: inde, quod auctorem habet Platonem. Lael. 1. *sermo positus in veterum hominum* auctoritate; i. e. qui a veteribus habitus dicitur.

11. Narrantis et testimonium dicentis fides, item, rebus narratis etc. facta fides. Off. II. 9. Att. I. 21. Flacc. 22. auctoritatem *esse in eo testimonio* etc. Div. II. 54. auctoritatem *nullam debemus rebus commenticiis adiungere. Ibid.* 17. 22. *quid haruspicina* auctoritatis *habeat. Ibid.* 59. *somniorum* auctoritas. Lael. 25. *quum ad vanitatem accessit* auctoritas; h. e. si is assentatur, qui auctor esse posse, qui fide dignus videtur.

12. Approbatio. Tusc. IV. 34. *amori* auctoritatem tribuere. cf. Phil. III. 2. Div. I. 3.

13. Sententia, cuius se quis auctorem profitetur, iudicium de re aliqua. Cluent. 50. *errat, si quis in orationibus nostris* auctoritates *nostras se consignatas habere arbitratur.* Manil. 22. auctoritatem *suam defendere. Ibid.* 20. *Catuli* auctoritas *et sententia.* N. D. III. 3. *mihi hoc persuasum est*, auctoritate *maiorum*, i. e. quia maiorum sententia fuit. cf. Lael. 4.

14. Quicquid facimus, quo auctores alicui rei faciendae, credendae, fieri possumus. Cluent. 42. auctoritas *censoria*, dicuntur notae censorum, quibus auctores fiunt, aliquem criminis cuiusdam reum esse. N. D. III. 38 *utrum* poetae *Stoicos depravarint, an Stoici* poetis *dederint* auctoritatem; i. e. amorem probando,

fecerint, ut poetae tam multa de amore etc. Q. Fr. I. 3. *spero, si quid mea spes* auctoritatis *habet.*

15. Eius est *auctoritas* qui primus legem scivit. Dom. 31. quia reliquis est auctor legis et ascendae et primi suffragium plerumque tota centuria praerogativa, ut praerogativae suffragium ceterae centuriae sequantur. Vid. *Praerogativa.*

16. Voluntas iubentis, rogantis, hortantis, docentis, suadentis. Orat. I. 23. *ibid.* 1. Verr. I. 40. Auctoritas *patris.* cf. Caecin. 18. *verba servire hominum consiliis et* auctoritatibus; pro quo post *voluntas* dicitur in fin. cap. eiusd.

17. Off. I. 26. *amicis maior quam ante tribuenda* auctoritas, *h. e.* plus eorum consilio quam ante utendum. Est ergo ista *auctoritas*, quum quis dignus iudicatur, qui consulatur, cui pareatur.

18. Literae, tabulae, testimonia et quicquid prodest ad faciendam fidem. Sic Verr. III. 62. auctoritates *civitatum* (*Urkunden*) sunt literae publicae e tabulariis et testimonia per legatos. *Ibid.* auctoritates *societatum* sunt tabulae earum et literae quae erant tamquam auctores testes furtorum Verris. Act. 1. in Verr. c. 3. *testimoniis* iungitur *auctoritas.*

19. Auctoritas tribuitur etiam locis. Sic Manil. 1. de suggestu pro rostris, e quo magistratus cum populo agebant: auctoritatem *huius loci nondum attingere potui*, quia scil. ex eo loco populo fiebant auctores legum iubendarum, aut quandarum etc. Similiter Off. I. 1. auctoritas *urbis Athenarum.*

20. Auctoritas est etiam eorum quorum consiliis, iussis, voluntati libenter obedimus. Cat. 17. *non solum in sententia, sed etiam in nutu residebat* auctoritas. Leg. III. 15. auctoritatem *optimatium* dicitur *lex tabellaria abstulisse;* quod hac per lata licebat in suffragiis suam voluntatem sequi, non optimatium. *Ibid.* 17. *reliqua voluntas* auctoritati *traditur aut gratiae.*

21. Genus venditionis, quum venditor est auctor et actione tenetur de evictione. Harusp. 7. *Multae domus sunt — iure optimo, iure privato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipi, iure nexi.* Vid. Salmas. de Usuris p. 207. sq. Hinc eleganter transfertur, ut

22. auctoritas sit eorum omnium, qui aliquid se fecisse aut fieri iussisse, suasisse profitentur. Sull. 11.

defugere auctoritatem *consulatus sui*, i. e. nolle fateri se auctorem esse eorum quae in consulatu facta sint. cf. Terent. Eunuch. II. 4. 105.

23. Ius rei suae vindicandae, s. ipsa actio pro rei suae evictione et vindicatione cui locum facit illa altera *auctoritas* (n. 21.) Caecin. 19. auctoritatem *fundi et usum lex iubet esse biennium.* cf. Top. 4. Off I. 12. *eius rei aeterna* auctoritas; i. e. semper vindicari, evinci potest, numquam usu capi. Vid. inprimis Salmas. de Usuris. c. 8. p. 210. sq.

24. Est et imperatoris, quod milites ea faciunt, quorum auctor est, quae iubet. Phil. III. 3. *legio* auctoritatem *Caesaris persecuta est.* Fam. X. 28. *si legiones* se ad Caesaris auctoritatem contulissent.

25. Nomina eorum qui alicuius rei auctores sunt. Sall. 13 auctoritates *principum coniurationis colligebat*, h. e qui essent principes coniurationis, quod si essent magnis nominibus homines, facilius essent auctores Allobrogibus futuri. N. D. III. 4. auctoritates *contemnis, ratione pugnas.* Orat. III. 2. *auctoritates praescriptae.* Sunt nomina eorum, qui scribendo affuerunt SCto et quorum nomina SCto praeponuntur.

26. Potestas iubendi, statuendi etc. atque adeo licentia. Verr. II. 49. *habet* auctoritatem *legum* dandarum a senatu. V. 58. tantum *sibi* auctoritatis *suscepit*, sc. ut iuberet homines interfici. Phil. VIII. 8. Auctoritatem *rei publ. secum attulerat;* eam potestatem habebat, quam ipsa res publica, ut ipsa adesse et cum Antiocho agere videretur. N. D. III. 35. *oratio haec videtur* auctoritatem *afferre peccandi.*

27. Quaecunque et in quocunque genere vis. Leg. II. 7. *antiqua verba plus* auctoritatis *habent* (*haben mehr Kraft und Nachdruck.*) Fam. VI. 6. *Constitui apud te augurii* auctoritatem; *h. e.* meae praedictiones augurii vim habebunt. Fam. I. 18. auctoritatem *vetustatis habet;* i. e. valet, quia vetus est. Fam IX. 9. *preces meae apud eum non minus* auctoritatis *habent.* Off. III. 30. utilitatis species ab honestatis auctoritate superata est, h. e. honestas plus valuit. Fam. I. 7. auctoritatem *habet officii nostra propugnatio potius, quam sententiae.*

28. *Auctoritas* est hominum honoratorum et potentium quatenus veremur ipsos laedere; iis negare aliquid. Verr. I. 48. *Ligur* (Senator) *non dubitat quia*

aequitate causae et auctoritate *sua commovere hominem possit — ad extremum petere coepit ne usque adeo suam* auctoritatem *contemneret gratiamque despiceret.*

29. Species et ostentatio magnae eruditionis et sapientiae. Div. II. 67. de atomis Democriteis. *Nec cognovi quemquam* (praeter Democritum) *qui maiore* auctoritate *nihil diceret*

30. Solatium. Fam. VI. 6. *animum tuum hominis amicissimi* — auctoritate *confirmandum puto.*

31. Augurum auctoritas. Leg. II. 12. *maximum ius est augurum, cum* auctoritate *coniunctum.* Ibid. *nihil sine augurum* auctoritate *posse cuiquam probari.* Scil. augures sunt Auctores rerum gerendarum et omittendarum. Hinc auguria et auspicia ipsa dicuntur Har. Resp. 14. *rerum gerendarum auctoritates.* Huo pertinet *religionum auctoritas* qua res publica regi dicitur. Div. I. 40.

32. Ipsum decretum et quod decretum est. Leg. II. 19. *Haec iura Pontificum* auctoritate *consecuta sunt. Ibid.* 21. *maneret Pontificalis* auctoritas.

33. Senatus auctoritas. Quamquam in genere est voluntas senatus, et quicquid senatus decrevit, approbavit, tamen non una est eius interpretatio. Itaque distincte de ea agemus.

a) Leg. III. 12. *potestas in populo,* auctoritas *in senatu sit.* Quum Romulus senatum instituisset, eius auctoritas omnis in hoc uno cernebatur, ut consultus a rege, quid de quaque re videretur, diceret. Eo tempore igitur *auctoritas senatus* nihil erat nisi *consilium senatus.* Liv. I. 9. *tum* ex consilio patrum *Romulus legatos circa vicinas gentes misit.* Romulo mortuo, quum plebs novum regem creare cogitaret, idque Patres impediri non posse viderent, ipsi regis creandi *auctores* fuere. Utque hic accessio aliqua auctoritatis Patrum facta est, quae in hoc cernebatur, quod primo comitia regis creandi haberentur *auctoribus patribus,* h. e. *iubentibus* seu *permittentibus;* et quod in iis populus iusserat, non valeret, nisi patribus *auctoribus,* h. e. probantibus. V. Liv. I. 17. His terminis circumscripta mansit auctoritas Senatus, donec exacti reges essent, et iis successissent consules annui. Quamquam enim consulibus nihil deminutum erat, ex potestate regia, auctore Livio II. 1. tamen, quoniam summa potestas a Bruto ad populum traducta et cum eo agi coeptum

erat, si quid fieri extra ordinem consul vellet, ex eoque alterum genus comitiorum exstiterat, nempe legibus ferendis, ea auctoritas senatus, quae in comitiis creandis regibus et postea consulibus fuerat, ad comitia legibus ferendis traducta est. Liv. II. 2. extr. *Brutus ex SCto ad populum tulit ut omnes Tarquiniae gentis exsules essent.* Accessit illud ex nova rei publ. descriptione, ut *Senatus auctoritate uterentur magistratus et quasi ministri gravissimi consilii essent.* Cic. Sext. 65. ut adeo non solum ad comitia auctoritas Senatus pertineret, sed ad omnia, quae vel a populo, vel a consulibus agerentur. Ita celeriter ad ἀκμὴν Senatus auctoritas pervenit. Et id quidem, quod ultimum accessit auctoritati Senatus, mansit perpetuo; quae autem ad comitia pertinebat, ea ita sensim imminuta, ut nihil praeter nomen restaret. Hinc Livius I. 17. *hodie in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem ius vi adempta;* quod quam vim habeat, egregie, ut omnia ex historia Romana demonstrat Gronov Obss. I. 25. Imminuta est primum tributis comitiis lege Publilia et Laetoria inductis, et Patribus e concilio plebis submotis, et plebeiis magistratibus tributis comitiis creari coeptis. Liv. II. 56. deinde legibus latis, ut plebiscita etiam patricios obligarent, Horatia Valeria Liv. III. 55. Publilia VIII. 12. et Hortensia Liv. epit. lib XI. Gell. XV. 27. Porro rogationibus tribunitiis de modo agrorum, de fenore, de altero consulatu latis. post longas seditiones, Senatus coactus est SCtum facere, quo Patres auctores omnibus eius anni comitiis fierent. Liv. VI. extr. Tandem lege Publilia Liv. VIII. 12. et Maenia (vid. Ind. LL.) qua legum, quae comitiis centuriatis ferrentur ante initum suffragium Patres fieri auctores iussi sunt. Quid? quod alterum genus auctoritatis, quod in decretis faciendis erat, quodammodo imminutum est per tribunos, qui intercedendi potestatem habebant, et id irritum saepe faciebant, quod Senatus decreverat. Talem igitur auctoritatem Senatus Ciceronis tempore cogitare debemus, quum ei tamquam propria quaedam res tribuitur. Nam, quemadmodum equestris ordinis est *splendor*, plebeii *libertas*, Sext. 65. universi populi *maiestas et potestas*, sic senatus est auctoritas.

b) Senatus consultum. Leg. II. 15. *Senatus vetus* auctoritas *de Bacchanalibus.* Fam. I. 2. *Senatus*

auctoritas *intercesserat.* Off. III. 30. *sine Senatus* auctoritate *foedus fecerat.*

c) Senatus consultum cui a tribuno plebis intercessum est. Fam. VIII. 8.

d) Voluntas Senatus, non decernendo, repugnando significata. Cat. 4. *C. Flaminius agrum Picenum contra* auctoritatem Senatus viritim dividebat.

e) Consilium Senatus. Sext. 65. auctoritate Senatus uti magistratus, *sc. consulendo, eorum consilium relatione exquirendo.*

f) Opinio insignis de prudentia, aequitate senatus, etc. quae facit, ut eum malint omnes auctorem sequi. Cluent. 55. *Vident* auctoritatem huius ordinis confirmari." *Ernesti.*

AUCTORAMENTUM, pretium aut merces auctorati, h. e. eius, qui se sua sponte alicui in servitutem addixit, inprimis ad gladium. Nomen inde ductum, quod sit ipse auctor libertatis amittendae. Off. I. 42. *Est enim illis ipsa merces* auctoramentum *servitutis.* vid. Salmas. de mod. Usur. p. 861. sqq. *Ern.*

AUCUPARI. 1. *Auf etwas lauern, abwarten.* Att. VI. 8. *Nos longis navibus tranquillitates* aucupaturi *eramus.* 2. *Aufpassen, auflauern, besonders um zu schikaniren, oder einen Vortheil zu erlauern.* Caecin. 18. *si verba inter nos* aucupabimur. Orat. II. 63. *attendere et* aucupari *verba oportebit.* Fin. II. *praecipitisque ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, errantem aliorum opinionem* aucupemur. Orat. II. 7. *Ars dicendi opiniones hominum et saepe errores* aucupatur. Rosc. Am. 8. *quum praesertim tam multi occupationem eius observent tempusque* aucupentur. Flacc. 37. *cur epistolis et sororis et matris imbecillitatem* aucupatur? 3. *nach etwas haschen, um etwas buhlen.* Fam. V. 12. *non vereor ne* assentatiuncula *quadam aucupari tuam gratiam videar.* Sext. 55. *non sum tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem* aucuper, *et omnes undique flosculos carpam atque delibem.* Act. 1. in Verr. 3. *non haec omnia colligeret atque* aucuparetur, scil. quibus corrumpere iudices posset. Orat. II. 14. *non ego utilitatem aliquam ad dicendum* aucupans *horum libros lego.*

AUCUPIUM. 1. Sensu proprio. Fin. II. 8. *piscatu,* aucupio, *venatione.* Fin. V. 11. aucupium *sagittarum.* 2. Translate (das Haschen nach etwas, ängstli-

ches Erstreben). Orat. 58. *delectationis* aucupium. *Ib.* 25. *ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat.* Caecin. 23. aucupia *verborum* (*Wortklaubereyen*) et *literarum tendiculas in invidiam vocant.*

AUDACIA, Inv. II. 54. Audacia *non contrarium est fidentiae sed appositum ac propinquum, et tamen vitium est.* Caecin. 1. *quasi aut in iudicio possit idem quod in vi* confidentia, *aut non eo libentius tum* audaciae *cesserimus.* Off. I. 19. *Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate non utilitate communi impellitur,* audaciae *potius nomen habet, quam fortitudinis* Cluent. 65. *Hoc uno modo saepe multorum improbitate depressa veritas emergit — quod aut ii qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant aut illi, quorum eminet* audacia *atque proiecta est, a consiliis malitiae deseruntur. Quod si aut* confidens *astutia aut callida esset* audacia *vix ullo modo obsisti posset.* Verr. II. 30 *incredibili importunitate atque* audacia. Flacc. 15. audacia *et impudentia fretus.* Inv I. 33. temeritas et audacia stultorum et improborum. Sull. 27. quantas audacias, quam incredibiles furores — reperietis, Verr. III. 89. *vultis — istorum* audacias *atque libidines aliqua ex parte resecare?* 2. Sensu leniore, *Dreistigkeit.* Ligar. 8. *Vide* quid licentiae, Caesar, *nobis tua liberalitas det vel potius* audaciae.

AUDACITER. Rosc. Am. 34. Cael. 6. Senect. 22. ubi v. Graev. et Guil. Intt. Liv. XXII. 25. inpr. Dukerum. Quintilianus, quidem III. 17. improbat et neminem Oratorum sic dixisse ait. *Ern.*

AUDACTER. 1. In malam partem. Verr. II. 54. *quamvis callide, quamvis* audacter, *quamvis impudenter.* 2. In bonam partem, *dreist, kühn.* Rosc. Am. 11. *certum est* — *omnia non modo dicere verum etiam libenter* audacter *libereque dicere.* Ac. pr. II. 25. *responderem* audacter. Fin. II. 9. *est tanti philosophi tamque nobilis* audacter *sua decreta defendere.* Font. 1. audacter *hoc dico, non temere confirmo.* Orat. 60. *poetae transferunt verba quum crebrius tum etiam* audacius. Orat. 8. Demosthenes *summissus a primo — in reliquis exsultavit* audacius.

AUDAX, Q. Fr. II. 4. petulans et audax. Inv. I. 4. temerarius et audax. Fin. I. 18. audaces et protervi.

AUDEO, Att. VI. 2. ausus es hoc *ex ore tuo, inquit Ennius me rogare.* Manil. 9. Mithridates *tantum victus efficere potuit, quantum incolumis numquam* est ausus *optare. Ibid.* 5. *civitates* (Asiae et Graeciae) *vestrum auxilium exspectare — coguntur, imperatorem a vobis certum deposcere — neque* audent *neque id se facere summo sine periculo posse arbitrantur.*

AUDIENS, auditor. Orat. 17. *animum* audientis *moveri volet.* Brut. 80. *inflammare animos* audientium. 2. Dicto audiens est obediens. Verr. V. 32. *Syracusani nobis* dicto audientes *sunt.* Div. II. 67. *istae imagines ita nobis* dicto audientes *sunt, ut simulatque velimus accurrant?*

AUDIENTIA attentio. Verr. Act. 1. *maximam* audientiam *orationi meae improbitas illius factura est.* Her. IV. 35. *illi praeco faciebat* audientiam. Sen. 9. *facit persaepe ipsa sibi* audientiam *diserti senis compta et mitis oratio.*

AUDIO praeter sensum proprium 1. Cognosco; accipio. Att. IX. 10. audi *igitur ad omnes*, scil. *epistolas.* 2. Assentior, comprobo. Tusc. I. 26. nec Homerum audio. Ita saepe ponitur quum ab adversario aliquid audivimus, quod vel concedendum sit, vel certe speciem veritatis habeat. Rosc. Am. XV. 18. *Numquid est aliud? Immo vero inquit est. Nam istum exheredare in animo habebat:* Audio. (*Nun ja das läſst sich hören*). *Nunc dicis aliquid quod ad rem pertineat.* Verr. V. 27. *Amandat hominem. Quo? Lilybaeum fortasse. Video. Tamen homines maritimos non plane reformidat. Minime, iudices. Panormum igitur?* Audio — Contrarium est cum negatione. Verr. III. 34. *non* audio *i. e. repudio.* 3. Obtempero. Fam. II. 7. *te cum loquere te adhibe in consilium, te* audi, *tibi obtempera.* 4. Est discipulorum doctorem audientium. Off. I. 1. *annum iam* audiens *Cratippum.* 5. De laudibus vel opprobriis, quae aliquis audit, item de bona vel mala fama. Off. III. 26. *quid* auditurum *putas fuisse Ulyssem, si in illa simulatione perseverasset; qui quum maximas res gesserit in bello, tamen haec* audiat *ab Aiace.* Orat. II. 70. *quum laesisset testis Pisonem quod se in eum* audisse *dixisset.* Att. VI. 1. *qui me idcirco putant* bene audire *velle, ut ille* male audiat. Fin. III. 17. *qui post eos* (Chrysippum et Diogenem) *fuerunt quum Car-*

neadem sustinere non possent — bonam famam — sumendam esse dixerunt esseque hominis ingenui et liberaliter educati, velle bene audire *a parentibus, a propinquis a bonis etiam viris.*

AUDITIO sensu proprio. Fin. V. 15. *pueri fabellarum* auditione *delectantur.* Orat. II. 30. *Orator — versatus in rebus vel usu, quem aetas denique affert, vel* auditione (*h. e.* causas ab aliis actas audiendo) *et cogitatione, quae studio diligenti praecurrit aetatem.* 2. Rumor, *fama.* N. D. II. 37. *accipere fama et* auditione. Planc. 23. *oro vos iudices — ne fictis* auditionibus, *ne disseminato dispersoque sermoni fortunas innocentium subiiciendas putetis.* Verr. IV. 46. *Verres hoc* auditione (*nach blossem Hörensagen*) *expetere coepit.* Id est ut paullo ante dixit: *Id concupisti quod numquam videras — auribus tu tantam cupiditatem concepisti.*

AUDITOR proprie de eo qui aliquid audit. Dom. 24. *Ille ne* auditor *quidem suae gloriae, ego etiam spectator meae laudis esse potuissem.* 2. Inprimis de iis qui oratorem audiunt. Orat. 8. *Semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit* auditorum *prudentia.* 3. Discipulus. N. D. I. 15 *Persaeus Zenonis* auditor. Fin. V. 19. *Demetrius Phalereus Theophrasti* auditor.

AUDITUS, aures. N. D. II. 57. auditus *semper patet; eius enim sensu etiam dormientes cgemus.* 2. *Sensus* audiendi. Her. II. 5. *numquid aliquo sensu perceptum sit aspectu,* auditu, *tactu, odoratu, gustatu.* 3. Fama. Off. I. 10. *nihil praeter* auditum *habeo.*

AVELLO sensu proprio. Sen. 19. *Poma ex arboribus si cruda sunt, vi* avelluntur, *si matura, decidunt.* Verr. IV. 49. *simulacrum Victoriae e signo Cereris* avellendum *exportandumque curavit.* Font. 17. *filium de matris complexu* avellere *atque abstrahere.* 2. Sensu tropico. Tusc. IV. 11. *aegrotatio* avelli *non potest.* Off. III. 21. *ab errore* avellere.

AVENA, *Wildhafer.* Fin. V. 30.

AVEO cupio, inprimis de cupiditate sciendi aut audiendi. Att. I. 12. valde aveo scire quid agas. *Ibid.* II. 18. *intellexi quam suspenso animo scire* aveas *quid esset novi.* Div. I. 11. aveo audire de divinatione.

AVERRUNCO. Att. IX. 2. *dii, inquis,* averruncent.

non modo spem victoriae, sed etiam voluntatem defensionis auferret. 4. Impetro, accipio. Quint. 5 *Quintius a Scaptio paucos dies* aufert. Att. XVI. 16. *liberalissimum decretum* abstulimus. Verr. II. 59. *ut in foro statuerent (statuam)* abstulisti. Orat. I. 1. auferre *responsum ab aliquo*. Rosc. Com. 4. *Quis umquam ad arbitrum quantum petiit, tantum* abstulit? 5. Auferre *verleiten, hinreissen*. Fam. II. 7. *ne te* auferant *aliorum consilia*. Fam. VIII. 17. *bona mens iracundia et amore* ablata.

AUFUGIO. 1. Pro simplici *fugio*. N. D. II. 43. *Andromeda* aufugiens *aspectum moesta parentis*. 2. Fuga evado Fam. XIII. 77. *Dionysius* — aufugit.

AUGEO sensu proprio, *vermehren*. Rab. Post. 14. *rem bonis et honestis rationibus* augere. *Ibid*. c. 2. *Curius — in* augenda *re non avaritiae praedam sed instrumentum bonitati quaerere videbatur*. 2. Cumulare, *bereichern, womit versehen*. Off. I. 1. *alter te scientia* augere *potest, altera exemplis*. Harusp. resp. *Eodem tempore suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu* augemur. Sen. 6. *Res magnae geruntur consilio, auctoritate, sententia quibus non modo non orbari sed etiam* augeri *senectus solet*. N. D. II. 39. *aer humorem colligens terram* auget *imbribus*. Ac. post. I. 7. *cives non modo copia rerum* augere *sed etiam verborum*. 3. Extollere, amplificare dicendo. Off. II. 20. *homo tenuis non* auget *verbis suum munus — sed etiam extenuat*. Orat. I. 21. Antonius eloquentem statuebat eum *qui mirabilius et magnificentius* augere *posset et ornare quae vellet*. Brut. 12. *rem* augere *laudando et vituperando rursus affligere*. 4. Ad maiorem dignitatem, opulentiam evehere. Fam. VII. 17 *te semper* augendum *atque ornandum putavi*. Fat. 1. *Nec ea quae nunc tracto minuunt, sed* augent *potius illam facultatem*. Verr. II. 55. *locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi* auxerant. Cael. 19. *Vitium ventris et gutturis non modo non minuit aetas hominibus sed etiam* auget. Brut. 4. *muneris largitatem impendiis* augere.

AUGESCO de incrementis plantarum et animalium, *wachsen, zunehmen*. Sen. 15. *uva sacro terrae et calore solis* augescens. N. D. II 10. *semina* dicuntur *temperatione caloris et oriri et* augescere. *Ibid*. 19. *a luna multa manant et fluunt, quibus animantes alantur* augescantque.

AUGUR qui ex avium cantu vel volatu futura praedicit. Singulare factum de augure damnato de pecuniis repetundis, exemplum controversiae e contrariis legibus. Her. I. 11. Div. II. 3. *Mopsum, Tiresiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum* augures, *ne ipsae quidem fabulae ascivissent, si res omnino repudiassent.* Legg. II. 13. *permultorum exemplorum et Romana est plena res publica, et omnia regna omnesque populi, cunctaeque gentes augurum praedictis multa incredibiliter vera cecidisse; neque enim Polyidi, neque Melampodis, neque Mopsi, neque Amphiarai, neque Calchantis, neque Heleni tantum nomen fuisset, neque tot nationes id ad hoc tempus retinuissent, Arabum, Phrygum, Lycaonum, Cilicum maximeque Pisidarum, nisi vetustas ea certa esse docuisset.* Leg. II. 12. *Maximum et praestantissimum in re publica ius est augurum, et cum auctoritate* (h. e. iure aliquid prohibendi) *coniunctum. — Quid enim maius est, si de iure quaerimus, quam posse e summis imperiis et summis potestatibus* (ut consulibus) *comitiatus et concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid gravius, quam rem susceptam dirimere, si unus augur* ALIO DIE *dixerit? quid magnificentius, quam posse decernere, ut magistratu se abdicent consules?* (huius rei exemplum narrat Cicero N. D. II. 4.) *quid religiosius, suam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare?* (quia scil. necesse erat ut auspicato fierent comitia) *quid legem si non iure rogata est? tollere?* Phil. II. 2. Novum augurem non licebat nominari nisi a duobus e collegio. Fam. III. 10. augurem cooptari non licebat qui cuiquam e collegio esset inimicus. Phil. II. 32. augures *nuntiationem solum habebant, consules et reliqui magistratus etiam spectionem.* Vid. SPECTIO. Fam. VI. 6. Non igitur ex alitis volatu, nec e cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est tibi auguror. *Nostram* dicit *disciplinam* quia ipse augur erat. Statim enim dixerat: *Quare quum ut augures et astrologi solent, ego quoque* augur publicus *ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae; h. e.* fidem tibi feci ex praedictionibus meis, quas eventus rerum comprobant. Phil. XIII. 5. augures *Iovis opt. max. interpretes internuntiique constituti.* Legg. III. 19. *Est autem boni auguris, meminisse maximis reip. temporibus praesto esse debere Iovique opt. max. se consiliarium*

atque administrum datum, ut sibi eos, quos in auspicio esse iusserit, caelique partes sibi definitas esse traditas de quibus saepe opem referre possit. Officia augurum exponuntur Leg II. 8 *ibid.* II 13. *Dubium non est, quin haec disciplina et ars augurum evanuerit iam et vetustate et negligentia. Itaque neque illi assentior, qui hanc scientiam negat umquam in nostro collegio fuisse, neque illi, qui esse etiam nunc putat. Quae mihi videtur apud maiores fuisse dupliciter, et ad rei publ. tempus nonnumquam, ad agendi consilium saepissime pertineret;* h. e. ut interdum religionem animis obiiciendo mala consilia reip. perniciosa futura impedirent, saepe autem quid agendum esset, ostenderent. Brut. 1. augures ita cooptabantur in collegium, ut qui eos cooptarent iurati iudicium eorum dignitatis facerent. Vatin. 8. *augures omnes usque a Romulo decreverunt Iove fulgente cum populo agi nefas esse.* Phil. V. 3. Iove tonante cum populo agi non esse fas quis ignorat? Off. III. 16. *quum in arce augurium augures acturi essent iusserunt T. Claudium Centumalum, qui aedes in Caelio monte habebat, demoliri ea quorum altitudo officeret auspiciis.* Brut. 31. *Aelius Tubero contra P. Africani avunculi sui testimonium iudicavit vacationem* augures, *quo minus iudiciis operam darent non habere.* N. D. III. 20. in augurum precatione complurium fluminum tanquam deorum nomina occurrebant. Dom. 15. augurum libri quidam reconditi (cf. Div. I. 33.) Att. IV. 18. tres oportebat augures adesse, quam lex curiata ferretur.

AUGURALIS. Brut. 77. Iuris auguralis bene peritus fuit Appius Claudius Ciceronis in auguratu collega. Fam. III. 4. idem ad Ciceronem scripsit librum auguralem. *ibid.* 11. ceteros libros augurales ad commune utriusque otium ab eo Cicero servari vult. Div. III. 11. Romanorum libri augurales. Fam. III. 11. *cena auguralis*, quam novi augures dabant, fuit lautissima. Fam. VII. 28. et compluribus diebus continuis dabatur. Att. XII. 13. 14. 15. Ei cenae aditiali omnes interesse augures oportebat; morbi causa qui abesset eum a tribus auguribus iuratis excusari.

AUGURATUS consecratus. Vatin. 10. Dom. 15. augures *responderunt quum de caelo servatum sit, cum populo agi non posse.* Div. I. 2. *Romulus non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus* au-

AVI-

AVIDE, i. q. valde cupide. Sen. 8. *Graecas literas senex didici, quas quidem sic* avide *arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.* Sic Att. XVI. 10. avide exspectare. Sen. 20. *breve vitae reliquum tempus nec* avide *appetendum senibus, nec sine causa deserendum.* Att. XII. 40. avide *sum affectus.*

AVIDITAS magna cupiditas. Q. Fr. I. 1. aviditas *gloriae.* Fin. III. 2. *inexhausta* aviditas *legendi.* Sen. 14. *habeo senectuti magnam gratiam, quod mihi sermonis* aviditatem *auxit, potionis et cibi sustulit.* 2. In primis de avaritia s. cupiditate pecuniae. Off. II. 11. *iustitia eas res* (*scil.* pecuniam potissimum) *spernit et negligit, ad quas plerique inflammati* aviditate *rapiuntur.* Phil. V. 20. (L. Antonii) *mendicitas* aviditate *coniuncta in fortunas nostras imminebat.*

AVIDUS valde cupidus. Phil. III. 1, *festinatio victoriae* avida. Manil. 3. *Romani semper appetentes gloriae praeter ceteras gentes atque* avidi *laudis.* Sen. 12. *voluptatis* avidae *libidines temere et effrenate ad potiundum incitantur.* Orat. 29. *Demosthenes non semper implet aures meas, ita sunt* avidae *et capaces.* 2. Inprimis pecuniae cupidus s. avarus. Orat. II. 43. *animi non appetentis, non* avidi *signa.* Rosc. Com. 7. avidus *opponitur* liberali.

AVIUS. Her. IV. 21. *Hunc* avium *dulcedo duxit ad* avium; h. e. insaniit in emendis avibus, nimium pecuniae in aviaria profundendo. Est exemplum annominationis ex productione eiusdem literae. Prima enim syllaba in *avis* corripitur, in *avius* producitur.

AULA. Fam. XV. 4. *rex omni auctoritate* aulae *communita imperium cum dignitate obtinuit.*

AULAEUM velum pictum, cuius non solum in aedibus (Cortius ad fragm. hist. p. 960) porticibus, (Propert. II. 23. 46.) usus sed etiam in theatris. Cael. 27. *deinde scabilla concrepant,* aulaeum *tollitur. Nimirum* aulaea *quum scena esset aperta humi iacebant, et actu finito tollebantur;* de iis est inprimis insignis locus. Ovid. Met. III. 111. sq. cf. Lucr. IV. 73. sq. *Ern.*

AULOEDUS Muren. 13. *Ut aiunt in artificibus Graecis, eos* auloedos *esse, qui citharoedi fieri non potuerint; sic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad iuris studium devenire.* Ex quo loco intelligitur rem cithara canendi habitam esse arte tibia canendi difficiliorem.

AVOCATIO abstractio animi. Tusc. III. 15. *avocatio a cogitanda molestia.*

*AVOCO *sensu tropico* abduco. Fam. IV. 5. *ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam* avoca. Phil. II. 45. *Si te laus* allicere *ad recte faciendum non potest, ne metus quidem a foedissimis factis potest* avocare? Orat. 14. *orator a propriis personis et temporibus semper si potest* avocat *controversiam*, scil. quaestione ad *universi generis* orationem traducta. Ac. post. I. 4. *Socrates videtur — primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis* avocavisse *philosophiam et ad vitam communem adduxisse.*

AURA, ab vento leniori traducitur ad quamcunque rem, quae nos aliquo propellit, sc. ut agamus aliquid, aut consequamur; non, quod vulgo existimant, ad favorem tantum levem populi. Nam ipse favor ille aura propterea dicitur, quia homines ad eas res agendas impellit, quas agere non conveniebat, aut ne animus quidem erat. Harusp. Resp. 20. *Sulpicium longius, quam voluit*, aura *popularis provexit.* Verr. I. 13. *sperat sibi* auram *posse aliquam afflari in hoc crimine, voluntatis assensionisque eorum*, h. e. se voluntate eorum et assensione, qui Cn. Carbonem oderint, tamquam aura secunda, ex hoc crimine emersurum et tamquam scopulos praetervecturum. Muren. 17. *totam opinionem* (sc. de eventu comitiorum) *parva nonnunquam* aura *rumoris commutat* (tamquam cursum navis). Sext. 47. extr. *Q. Catulus, quem neque periculi tempestas, neque* aura *honoris potuit unquam de suo cursu dimovere.* Ap. Liv. XXII. 28. aura favoris popularis dicitur de gratia apud populum, sed quatenus C. Terentius, qui iam animum attollebat ad consulatus spem, hac gratia ad consulatum se perventurum putabat. XXX. 45. extr. tamen est de levi populi favore simpliciter. *Ern.*

AURATUS. Orat. 49. auratos *aries Colchorum*, in versiculo Ennii. Par. VI. 3. aurata tecta in villis. Red. in Sen. 11. absurde dicitur Cicero ab auctore huius declamationis *non reductus in patriam — sed equis insignibus et curru* aurato *reportatus.*

AUREOLUS tropice de pulchro et eleganti. Ac. pr. II. 44. Crantoris liber de luctu dicitur *aureolus libellus et — ad verbum ediscendus.* N. D. III. 17. oratio Laelii nobilis de collegiis dicitur *aureola oratiuncula.* (cf. ibid. c. 2. Brut. 21.)

AUREUS sensu proprio. Phil. XII. 9. aureus *nummus.* 2. Pro aurato. Phil. II. 34. *sedebat* (Caesar) *in sella* aurea. 3. Rosc. Am. 43. lepide dicitur: *venio nunc ad illud nomen* aureum *Chrysogoni.*

AURICULA auris externa. Her. IV. 10. *adolescens cui etiam nunc paedagogi lites ad* auriculas *versarentur.* Q. Fr. II. 15. *Ita me et esse et fore scito* auricula *infima* molliorem (weicher als das Ohrläppchen.)

AURIFER, Tusc. II. 9. *aurifera arbor* est fabulosa illa arbor in hortis Hesperidum aurea poma ferens, quam draco observabat, ab Hercule, ut illis pomis potiri posset, interemptus.

AURIFEX (*ein Goldschmidt.*) Orat. II. 38. aurificis *statua* (Goldwage) *examinare,* est aliquid rigorose examinare.

AURIGER. Div. III. 30. in versione aliquot versiculorum Homeri *aurigeri tauri* sunt tauri cornibus inauratis. Homerus Iliad. B. 306, vocat τελήεσσας ἑκατόμβας.

AURIS sensu proprio. N. D. II. 56. Aures *quum sonum percipere debeant, qui natura sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae sunt.* Verr. IV. 45, auribus *concipere cupiditatem.* Att. II. 14. *sitientes* aures, *h. e.* cupiditas audiendi. Fat. fragm. ap. Macrob. *in* aurem *Pontius inquit.* Q. Fr. I. 1. Regum aures patere debent querelis omnium. 2. Sensus auditus. Orat. 44. *quamvis suaves gravesque sententiae tamen si inconditis verbis efferuntur, offendunt* aures, *quarum est iudicium superbissimum.* Her. IV. 23 *lepida et concinna cito satietate afficiunt* aurium *sensum fastidiosissimum.* Orat. 9. *Atticorum* aures *teretes et religiosae.* Orat. 29. *aures avidae et capaces,* scil. ad sentiendum numerum oratorium in periodis. Brut. 32. *loci* (in Curionis oratione de incestu) *sane inanes, veruntamen nondum tritis nostrorum hominum* auribus *nec erudita civitate tolerabiles.* Font. 6. *Unum est et simplex* aurium *iudicium et promiscue et communiter stultis ac sapientibus datum;* scil. si de verbis solum vel auditis vel non auditis agatur. 3. Attentio audientis alicuius sermoni vel famae adhibita. Planc. 27. *sensi populum Romanum* aures *hebetiores, oculos acres atque acutos habere.* 4. *Auribus dare* dicitur de blanditiis. Fam. XII. 16. *noli putare me hoc* auribus *tuis dare.*

consul legem hanc tulerat, Pompeius autem augur in auspicio fuerat et de caelo servaverat, antequam lex illa ferretur. Itaque Pompeius Att. VIII. 3. dicitur *ille in adoptando P. Clodio augur.*

AUSPICARI auspicium capere. N. D. II. 4. *Gracchus* quum pomoerium *transiret* auspicari *est oblitus.* Div. I. 35. II. 36. *tripudio* auspicari. Vid. *tripudium.* Ritus auspicandi et formula exponitur Div. II. 34.

AUSPICATO, auspiciis captis antea. Div. I. 1. *Romulus* auspicato *urbem condidit Ibid.* I 15. *Deiotarus rex nihil umquam nisi* auspicato *gessit.* Verr. I. 40. de Verre: *Nam ut praetor factus est, qui* auspicato *de Chelidone surrexisset;* acerbissimo ioco; nam Chelidon *latine est* hirundo, eaque scortum fuit Verris.

AUSPICATUS, inauguratus, sacer Rabir. Post. 8. *Campus Martius* dicitur *auspicatus locus.*

AUSPICIUM, augurium et aliud quodcunque divinandi genus. Div. II. 38. *aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus, ut ratum* auspicium *facere possint. Ibid.* II. 18. *comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum* auspicium *habemus si sinistrum fuit.* Div. II. 36. auspicium *ex acuminibus*, vid. *Acumen. Ibid augures praecipimus, ne iuge* auspicium *obveniat, ut iumenta iubeant disiungere.* Nempe *iuge auspicium* est, quum iunctum iumentum stercus facit. Div. II. 33. *Ut sint* auspicia; *quae nulla sunt, haec certe, quibus utimur, sive tripudio, sive de caelo simulacra sunt* auspiciorum, auspicia *nullo modo.* Sequitur descriptio ritus et formula auspicandi: simul totius eius negotii vanitas explicatur.

AUSTER ventus a meridie. Div. II. 27. Att. VII. 2. auster *lenissimus et mitis. Ibid.* XVI. 7. vehemens.

AUSTERE valde severe. Mur. 35. *Agit meum* austere *et Stoice Cato.*

AUSTERUS. 1. Severus. Pis. 29. de Graeco quodam Pisonis praeceptore: *Si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse* austerior *et gravior esse potuisset.* Cael. 14. *Ex ipsa* (Clodia) *quaeram prius utrum me secum severe et graviter et prisce agere malit, an remisse ac leniter et urbane. Si illo* austero *more ac modo* etc. 2 Nimium severus in iudicando. Orat. III. 25. *mollioribus et falsis in cantu voculis non modo* austeri, *sed si saepius fiunt multitudo*

ipsa reclamat. 3. *Suavitas* **austera** *et solida orationis,* h. e. *severa* opponitur *dulci atque decoctae.*

AUTHEPSA. Rosc. Am. 46. est vas in superiori parte continens rem coquendam, in inferiore foculum cum igne; qualia hodie etiam adhibentur ad potiones aquae calidae conficiendas. Lamprid. in Elagab. 18. argenteas authepsas commemorat. Ubi vid. Salmas. Voss. ad Catull. p. 318. refertur h. l. inter vasa Corinthia et Deliaca. *Ern.*

AUTUMO opinor, censeo. Orat. 49.

AVUNCULUS matris frater. Orat. II. 84. *magnus avunculus* est aviae frater. Sic M. Drusus Brut. 62. dicitur Bruti magnus avunculus; eius enim soror Livia fuit avia Bruti, eiusque matris Serviliae mater.

AUXILIARIUS. Fam. X. 32. *militem non modo legionarium, sed ne* auxiliarium *quidem misi.* Provinc. Cons. 7. tamen occurrit *cohors auxiliaria.* Est autem cohors legionis pars.

AUXILIOR. Her. IV. 27. *nihil Numantinis vires corporis* auxiliatae *sunt.*

AUXILIUM. Phil. XI. 11. *Decernerem plane sicut multi* (ad Dolabellam debellandum) *mittendum esse* Brutum vel Cassium, vel utrumque *nisi Brutum colligassemus in Graecia et eius* auxilium *ad Italiam vergere, quam ad Asiam maluissemus, non ut ex ea acie respectum haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.* Hunc locum omnes fere corruptum esse iudicarunt. Ferrarius coniecit: *non ut eo ex acie respectum haberemus;* idque adstipulante Ernestio sic interpretatur: *non ut si quid in Italia exercitibus nostris accidisset, perfugium sciremus iis esse ad Brutum; sed ut si in Italia res ad praelium deduceretur, exercitus noster subsidium, copias adiutrices si necesse esset, etiam e transmarinis petere posset.* Qua ratione Graevii dubitatio tollitur; qui negabat *aciem* apud Ciceronem pro *exercitu* poni. Recte quidem; sed h. l. *acies* significat exercitum instructum ad pugnam. Fortasse tamen legendum: *non ut ex ea* (scil. Italia) *ad id* (auxilium) *respectum haberemus, sed ut ipsa Italia subsidium haberet etiam transmarinum.*

AXILLA, die Achselhöhle, pro quo deinde ALA dicitur. Idem est cognomen familiae Serviliorum. Orat. 45. *quomodo enim vester* Axilla Ala *factus est nisi fuga literae vastioris,* i. e. literae X.

AXIS. N. D. I. 20. *versari circum* axem *caeli admirabili celeritate.* Univ. Terra *nutrix nostra, quae traiecto* axe *sustinetur.*

B.

BACCA, de omni fructu arboreo. Leg. I. 8. *fruges* et baccae. Div. I 51. baccae *arborum.* N. D. II. 51. *idque semen inclusum est in intima parte earum* baccarum, *quae ex quaque stirpe funduntur.* Tusc. I. 14. *Arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet* baccam *ipse numquam.*

BACCHANALIA. Leg. II. 15. Senatus auctoritas de Bacchanalibus, scil. sublatis. Liv. XXXIX. 9.

BACCHATIO. Verr. I. 12. *Nocturnae* bacchationes *et vigiliae.*

BACCHARI, exsultare, furere. Catil I. 9. *quanta in voluptate* bacchabere. Catil. IV. 6. *furor in vestra caede* bacchantis. Brut. 80. *eos quorum altior oratio esset ratioque ardentior furere et* bacchari (*schwärmen und rasen*) *arbitrabatur.*

BACILLUM. 1. Brevis baculus. Verr. V. 54. bacillo *oculos contundere.* Fin. II. 11. bacillum *aliud est inflexum et incurvatum de industria, aliud ita natum.* 2. Insigne magistratuum in municipiis, loco fascium. Agrar. II. 34. *lictores non* cum bacillis, *sed cum fascibus anteibant;* ad quem locum v. Turnebum. Att. II. 6.

BAIAE, proprie quae sint, dictum in Ind. Geogr. Sed ab illis Campanis omnia balnea calentia Baiae vocatae, item lacus hortorum delicati et suavi frigore. Sic dicuntur Cael. 15. 16. 20. vid. Scalig. ad Tibull. III. 5. 3. *Ern.*

BALBUS, de eo qui literam R pronuntiare non potest. Orat. I. 61. *Demosthenes — quum ita* balbus *esset, ut eius ipsius artis cui studeret* (sc. Rhetoricae) *primam literam non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur.* Fam. II. 10. *de Hillo* — balbus *enim sum. Iocatur simulans se* Hirrum *non posse dicere.*

BALBUTIO, de iis, qui satis clare, quae sentiunt, dicere nolunt. Tusc. V. 26. *desinant* balbutire *Academici, aperteque et clara voce audeant dicere.* Sic et videtur dici Acad. IV. 45. 2. male ineptequе dissero. Div. I. 1. *Epicurus* balbutiens *de Natura Deorum.*

crudelissimas nationes appellaverat. 2. Quivis homines inculti. Orat. I. 26. *haec turba et* barbaria *forensis locum dat vel vitiosissimis oratoribus.* 3. Vita inculta, crudelitas. Balb. 19. Caesar *dicitur inveteratam quandam* barbariem (i. e. ritum hostiarum humanarum immolandarum) *ex Gaditanorum moribus disciplinaque delevisse.*

BARBARICUS, i. q. barbarus. Tusc. I. 35. *astante ope* barbarica.

BARBARISMUS. Her. IV. 12. *est quum verbum aliquod vitiose effertur;* isque ibidem distinguitur a soloecismo. Sic etiam Quintilianus Inst. Orat. I. 5. qui tamen plures etiam barbarismi rationes exponit.

BARBARUS incultus, agrestis, immanis, ut multae gentes extra Graeciam et Galliam. Catil. III. 9. *Allobroges* barbari. Marcell. 3. *gentes immanitate* barbarae. Font. 10. *Galli dicuntur retinere illam immanem ac* barbaram *consuetudinem hominum immolandorum.* Verr. IV. 50. *neque tam* barbari *lingua et natione illi, quam tu natura et moribus.* Att. IX. 7. *iudicio hoc sum usus, non esse* barbaris *auxiliis fallacissimae gentis* (sc. Afrorum) *remp. defendendam.*

BARBATULUS. Att. I. 13. *concursabant* barbatuli *iuvenes*, h. e. nondum tonsi. Parad. 5. barbatulus *mullus.*

BARBATUS. N. D. I. 30. *isto modo dicere licebit Iovem semper* barbatum, *Apollinem semper imberbem*, 2. de veteribus Romanis qui barbam alebant. Mur. 12. *Haec iam tum apud illos* barbatos *ridicula credo videbantur.* Sext. 8. de Pisone Caesonino: *quam teter incedebat! quam truculentus! quam terribilis aspectu! Unum aliquem te ex* barbatis *illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen rei publicae diceres intueri.* Cael. 14. ubi Cicero facetissime Appium Caecum inducit, Clodiae libidines exprobrantem, ait: *Aliquis mihi ab inferis excitandus est, ex* barbatis *illis, non hac* barbula, *qua ista delectatur* (vid. Barbula) *sed illa horrida, quam in statuis antiquis et imaginibus videmus, qui obiurget mulierem* etc. 3. *Barbati* dicuntur Ciceronis aetate *iuvenes*, qui lanuginem nondum deposuerunt, ut Catil. II. 10. de grege Catilinae: *quos pexo capillo, nitidos, aut imberbes aut bene* barbatos *videtis*, 4. Att. II. 1. *mulli* barbati; quos etiam Plinius H. N. IX. 30. ait, *barba gemina insigniri inferiori labro.*

sis *tropaeorum*. Pis. 92. 3. Fundamentum aedium. Q. Fr. III. 1. basis villae.

BATUO. Div. IX. 22. batuit, *inquit, inpudenter, depsit multo impudentius;* de coitu dicitur, sumptum e gladiatoria arte verbum, in qua quid sit rudibus batuere, docet Lipsius Saturn. I. 15. *Ern.*

BEATE. Tusc. II. 12. beate *vivere est in una virtute positum* (secundum Stoicos) Fin. II. 27. beate *vivere alii in alio, vos* (Epicurei) *in voluptate ponitis.*

BEATITAS, BEATITUDO. N. D. I. 34. *Ista sive* beatitas *sive* beatitudo *dicenda sit*, (*utrumque omnino durum, sed usu mollienda nobis verba sunt*).

BEATUS. 1. (e sententia Epicureorum). Fin. II. 28. *Metrodorus, paene alter Epicurus* beatum *esse describit his fere verbis: quum corpus bene constitutum sit, et sit exploratum ita futurum.* E sententia Stoicorum. Acad. pr. II. 43. *Zeno in una virtute positam* beatam *vitam putat. Quid Antiochus?* Etiam; *inquit,* beatam, *sed non* beatissimam. Tusc. V. 10. *neque ulla alia huic verbo, quum* beatum *dicimus subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio.* Ibid. 39. *Si omne* beatum *est cui nihil deest, et quod in suo genere expletum atque cumulatum est, certe omnes virtutis compotes* beati *sunt.* Tusc. V. 14. *Volumus eum qui* beatus *sit tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum, non ut parvo metu praeditus sit, sed ut nullo.* Ibid. V. 6. *illi* beati, *quos nulli metus terrent, nullae aegritudines exedunt, nullae libidines incitant, nullae futiles laetitiae exsultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.* Fin. II. 20. *non enim* (solum) *hilaritate nec lascivia, nec risu aut ioco comite levitatis, sed saepe etiam tristes firmitate et constantia sunt* beati. 2. Beati *dicuntur etiam interdum* opulenti. Sic Inv. II. 1. *Crotoniatae* beati. N. D. III. 33. *Syracusae dicuntur opulentissima et* beatissima *civitas.*

BELLATOR. 1. Miles. Tusc. IV. 24. Balb. 23. *an accusatori maiores nostri maiora praemia, quam* bellatori *esse voluerunt?* 2. Att. VIII. 16. bellator *opponitur* pacificae personae.

BELLATRIX. Tusc. IV. 24. *ista* bellatrix *iracundia,* h. e. *fortitudo* bellica *quam esse sine iracundia non posse quidam opinabantur.*

codd. et edd. vett. habent *bestiis.* 2. Inprimis bestiae maiores, ferae. Fam. VII. 1. *Est quaedam illi* beluae (elephan'o) *cum humano genere societas.* Div. I. 24. *Hannibali visa in somnis* belua *vasta et immanis.* N. D. III. 16. *Singulas stellas numeras deos, eosque aut* beluarum *nomine appellas ut Capram, ut Nepam, ut Taurum, ut Leonem; aut rerum inanimatarum.* 3. Translate *belua* dicitur homo ferus, immanis, crudelis. Leg. III. 9. de Clodio. *Sed ille quas strages edidit? Eas videlicet, quas sine ratione ac sine ulla spe bona furor edere potuit impurae* beluae, *multorum inflammatus furoribus.* Verr. V. 42. de Verre: *Sed quid ego hospitii iura in tam immani* belua *commemoro?* Pis. fr. *quae te* beluam *ex utero non hominem fudit.* Off. III. 6. *Ista in figura hominis feritas et immanitas* beluae *a communi tamquam humanitatis corpore segreganda est.*

BELLUM 1. sensu proprio. Off. I. 11. Belli *aequitas sanctissime fetiali populi Romani, iure perscripta est. Ex quo intelligi potest nullum* bellum *esse iustum nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit et indictum.* 2. Translate de disputatione civili. Sull. 9. bellum *tribunicium.* Fam. XII. 22. bellum *gerimus, sed non pari conditione, contra arma verbis.* 3. De disputatione philosophica. Orat. II. 37. *miror cur philosophiae — prope* bellum *indixeris.* 4. De bestiis alias insectantibus. N. D. II. 49. *Milvo est quoddam* bellum *quasi naturale cum corvo.*

BELLUS, 1. Pulcher, elegans, lepidus, suavis. Att. VI. 4. Puella Caecilia bellissima. Fam. XIV. 7. Cicero (filius) bellissimus. 2. Urbanus. Att. I. 1. *durius accipere hoc mihi visus est, quam homines* belli (*artige Leute*) *solent.* Fam. VII. 16. bellus *homo est.* 3. Aptus. Att. V. 17. *illum pueris bonum* bellissimum *esse diximus.* 4. Utilis Orat. I. 58. *quam sit* bellum *cavere malum, nemo ignorat.* Fam. IX. 2. *mihi in mentem venit* bellum *esse aliquo exire.* 5. De bona valitudine. Fam. XVI. 18. *fac* bellus *revertare.* 6. Hilaris. Att. V. 10. *haec ipse fero quidem* fronte ac vultu bellis (*mache zwar äusserlich eine gute Miene dazu*) *sed angor intimis sensibus.* 7. Bene constitutus. Att. IV. 16. *recordor quam* bella *paulisper nobis gubernantibus civitas fuerit.*

BENE cum adiectivis vel participiis mediocriter auget vim. Rull. II. 22. *adolescens non minus* bene

nummatus quam bene *capillatus.* Fin. II. 94. *sermo* bene *longus.* Fam. X. 33. *Antonius habet inermes* bene *multos* (ziemlich viele). Sic cum adverbiis. Verr. II. 70. bene *penitus in istius familiaritatem se dedit.* Att. IV. 11, bene *mane.*

BENEFACTUM. 1. Recte factum. Sen. 3. *conscientia bene actae vitae multorumque* benefactorum *recordatio iucundissima est.* Tusc. II. 25. *omnia* benefacta *in luce se collocari volunt.* 2. Beneficium. Off. II. 18. *ex Ennio :* Benefacta *male locata malefacta arbitror.*

BENEFICENTIA. 1. Studium aliis bene faciendi. N. D. I. 43. *quid est melius aut quid praestantius bonitate et* beneficentia. 2. Recte agendi studium praesertim erga alios, quo continentur clementia, iustitia benignitas etc. Orat. II. 84. *Virtutes in moribus hominum et quadam comitate et* beneficentia *positae.*

BENEFICIUM. 1. Quodvis bene et recte factum. Fam. VI. 5. *praestat* beneficii *quam* maleficii *memorem esse.* 2. Wohlthat, Gunstbezeigung. Off. II. 20. *Melius apud bonos quam apud fortunatos* beneficium *collocari puto.* Ibid. *Vulgo loquuntur se in* beneficiis *collocandis mores hominum non fortunam sequi ; honesta oratio est.* Fin. II. 35. *non si tuam ob causam cuiquam commodes* beneficium *illud habendum est , sed foeneratio.* 3. *Beneficium* tribuitur populo honores suffragiis suis deferenti. Manil. 24. *ego me hoc honore* (praeturae) *praeditum , tantis vestris* beneficiis *affectum statui Quirites* etc. 4. *beneficium* dicitur de homine, qui a provinciali magistratu, ut proconsule aut propraetore commendatur, ut facilius honores vel alia quandam praemia a populo consequatur , eaque commendatio apud aerarium deponi solebat. Arch. 5. *in* beneficiis *ad aerarium delatus est a Lucullo praetore et consule.* Fam. V. 20. *quod scribis* de beneficiis *scito a me et tribunos militares et praefectos et contubernales duntaxat meos delatos esse.* Fam. XIII. 35. 5. Beneficio *hominis* vel rei fieri aliquid dicitur, quod eius ope fit. Q. Fr. I. 1. *sortium* beneficio.

BENEFICUS. Leg. I. 18. *Ubi* beneficus , *si nemo alterius causa benigne facit?* Off. I. 14. *Qui gratificantur cuipiam , quod obsit illi , cui prodesse velle videntur non* benefici , *neque liberales , sed perniciosi assentatores iudicandi sunt ; et qui aliis nocent , ut in*

alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ut si in suam rem alienam convertant. N. D. II. 25. *Iupiter a maioribus nostris optimus maximus, et quidem ante optimus id est* beneficentissimus, *quam maximus, quia maius est, certeque gratius, prodesse omnibus, quam opes magnas habere.*

BENIVOLENTIA est hominis alteri bene cupientis, sive sit superior, sive aequalis, sive inferior. Off. II. 9. Benivolentia *beneficiis capitur maxime; secundo autem loco benefica voluntate* benivolentia *movetur, etiam si res forte non suppetit.*

BENIVOLUS qui alteri bene cupit. Cluent. 63. *servus domino* benivolus. Orat. II. 79. *iudices* benivolos *beneque existimantes efficere* Fam. V. 16. *functus officio* benivolentissimi *atque amicissimi.* Fam. III. 60. benivolentior *quam semper fui esse non possum.*

BENIGNE. 1. De liberalitate. Off. II. 15. *aut opera* benigne *fit indigentibus aut pecunia.* 2. De comitate. Balb. 16. *viam comiter monstrare,* benigne *et non gravate* (höflich.) Att. XIII. 4. *salutare* benigne *comiter appellare unumquemque.* Ibid. III. 4. *adhuc invitamur* benigne. Fam. IV. 13. *Nigidio ne* benigne *quidem polliceri possum.*

BENIGNITAS. 1. Güte, Freygebigkeit. N. D. II. 53. *illa quanta* benignitas *naturae quod tam multa ad vescendum tam varia tamque iucunda gignit!* Off. II. 15. *largitio quae fit ex re familiari fontem ipsum* benignitatis *exhaurit.* Ita benignitate benignitas *tollitur.* — *Quamobrem id quidem non dubium est quin illa* benignitas, *quae constet ex opera et industria et honestior sit et latius pateat et possit prodesse pluribus; nonnumquam tamen est largiendum, nec hoc* benignitatis *genus omnino repudiandum est.* 2. Comitas Sext. 13. *etsi me attentissimis animis summa cum* benignitate *auditis.*

BENIGNUS. 1. Beneficus, liberalis. Off. I. 14. *qui* benigniores *esse volunt, quam res patitur, peccant.* Leg. I. 18. Non est dubium, quin is *qui liberalis* benignusve *dicitur, officium, non fructum sequatur.* 2. Comis. Balb. 16. *comes,* benigni, *faciles, suaves homines esse dicuntur.*

BES, octo unciae. Att. IV. 15. fenus ex triente factum erat bessibus; h. e. quum antea pro centenis numis singulis mensibus triens usurae nomine solvere-

BINUS.

BINUS. N. D. II. 18. *Si bis* bina *quot essent, didicisset Epicurus, certe haec non diceret.* Fam. IX. 22. *quum loquimur* terni, *nihil flagitii dicimus; at quum* bini *obscoenum est; Graecis quidem, inquies,* sc. quia sonat ut *βινῶ*

BIPARTITO. Catil. III. 2. *proximis villis ita* bipartito *fuerunt, ut Tybris pons interesset.*

BIPES. Dom. 18. *homo omnium non* bipedum *solum sed etiam quadrupedum impurissimus.*

BIS. Orat. 45. *nomina contrahebant* (veteres) *quo essent aptiora. Nam ut duellum* bellum, *et duis* bis, *sic Duellium* — Bellium *nominaverunt.* Q. Fr. III. 8. *Ludos apparat magnificentissimos: stulti* bis terque.

BLANDE. Cluent. 26. *appellat hilari vultu hominem* Bulbus *ut* blandissime *potest.* Orat. I. 24. *quum peterem,* Crassus inquit, *magistratum, solebam in prensando dimittere a me Scaevolam, quum ei ita dicerem, me velle esse ineptum. Id erat petere* blandius, *quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri.*

BLANDILOQUENTIA. N. D. III. 25. in versiculo Ennii ex Medea. *Haec enim, non Niobe,* ut vulgo statim legitur, illum versum pronuntiat.

BLANDIMENTUM suave irritamentum. Cael. 17. *multa nobis* blandimenta *natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniveret.*

BLANDIOR. 1. Sensu proprio. Lael. 26. *Aperte adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Callidus ille et occultus ne se insinuet, studiose cavendum est. Nec enim facillime agnoscitur, quippe qui etiam adversando saepe assentetur, et litigare se simulans* blandiatur, *atque ad extremum det manus vincique se patiatur.* 2. Translatum. Ac. pr. II. 45. *video quam suaviter voluptas sensibus nostris* blandiatur.

BLANDITIA. 1. Sensu proprio. Lael. 17. *Benivolentiam civium* blanditiis *et assentando colligere turpe est.* Pet. cons. 11. *in petendis honoribus opus est magnopere* blanditia, *quae etiam si vitiosa est et turpis in cetera vita, tamen in petitione est necessaria.* Off. III. 18. *Mihi quidem etiam verae hereditates non honestae videntur, si sint malitiosis* blanditiis *officiorum, non veritate, sed simulatione quaesitae.* 2. Translatum. Fin. I. 10. blanditiis *praesentium voluptatum deliniti atque corrupti.*

BLANDUS. 1. Proprie de assentatione. Att. XII. 6. *Scis me minime esse* blandum. Lael. 25. *Secerni autem* blandus *amicus a vero et internosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris.* 2. Comis. Off. II. 14. *Exstant epistolae Philippi, Antipatri et Antigoni, quibus praecipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benivolentiam alliciant, militesque* blande *appellando deleniant.* Sed hic in Mss. et Edd. nonnullis legitur *militesque* blando *sermone appellando deliniant.* Verr. Act. I. 9. *Filius* blandus *et gratiosus.* 3. Translate. Off. II. 10. *voluptates* blandissimae *dominae* (*reizende Gebieterinnen.*) Tusc. IV. 3. *illecebrae* blandae *voluptatis.*

BONA 1. Sensu generali. Acad. I. 5. *animi* bona *et corporis.* 2. Inprimis ea quae ad facultates pertinent. Caecin. 13. *Cui perspicuum non sit ad incertum revocari* bona, *fortunas, possessiones omnium.*

BONITAS die gute Beschaffenheit einer Sache. Off. I. 32. *Nonnulli* sive felicitate quadam, sive bonitate naturae, sive parentum disciplina *rectam vitae secuti sunt disciplinam.* Off. III. 3. *officia communia et ingenii* bonitate *multi assequuntur et progressione discendi.* Orat. 18. *Vocis quidem* bonitas *optanda est, non est enim in nobis.* Orat. 49. bonitate *potius nostrorum verborum utamur, quam splendore Graecorum.* Rosc. Am. 7. bonitas *praediorum.* Rull. II. 16. bonitate *agrorum.* 2. Honestas, integritas animi. Off. III. 19. *Rustici quum fidem alicuius* bonitatemque *laudant, dignum esse dicunt quicum in tenebris mices.* Rull. III. 3. *socer huius vir multum bonus est, neque ego nunc de illius* bonitate, *sed de generi impudentia disputo.* 3. Beneficentia, liberalitas. N. D. III. 34. *Dionysius mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri, in quibus quod inscriptum esset* BONORUM DEORUM, *uti se eorum* bonitate *velle dicebat.* Rosc. Com. 10. *Homo liberalis et dissolutus et* bonitate *affluens.*

BONUM. Fin. III. 10. Bonum *definivit Diogenes id quod esset natura absolutum.* Tusc. V. 30. *Sunt autem hae de finibus* (bonorum) *retentae defensaeque sententiae:* Primum simplices quatuor: *Nihil* bonum, nisi *honestum, ut Stoici; nihil* bonum, *nisi voluptas, ut Epicurus; nihil* bonum *nisi vacuitas doloris, ut Hieronymus; nihil* bonum *nisi naturae primis bonis aut omnibus aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos*

disserebat. Haec igitur simplicia; illa mixta. Tria genera bonorum, *maxima animi, secunda corporis, externa tertia ut Peripatetici; nec multo veteres Academici secus; voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit; indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adiunxit.* Fin. II. 2 bonum *ipsum quid esset — definisses; aut quod esset natura appetendum; aut quod prodesset; aut quod iuvaret; aut quod liberet modo.* Parad. I. 2. *Quid est igitur —* bonum? *Si quid recte fit et honeste et cum virtute, id bene fieri vere dicitur et quod rectum et honestum et cum virtute est id solum opinor* bonum. Fin. V. 28. in disputatione contra Epicureos: *Concede nihil esse* bonum *nisi quod honestum sit, concedendum est in virtute sola positam esse beatam vitam. — Non potest, nisi retexueris illa; paupertas si malum est, mendicus beatus esse nemo potest quamvis sit sapiens — Dolere, malum; in crucem si quis agitur, beatus esse non potest.* Bonum, *liberi; miserum orbitas.* Bonum *patria; miserum exsilium.* Bonum *valitudo; miserum morbus.* Bonum *integritas corporis: miserum debilitas.* Bonum *incolumis acies, miserum caecitas.* Fin. V. 6. summo bono *constituto in philosophia constituta sunt omnia —* Summum bonum *si ignoretur vivendi rationem ignorari necesse est. Cognitis autem rerum finibus, quum intelligitur quid sit et* bonorum *extremum et malorum, inventa vitae via est, conformatioque omnium officiorum.* Lael. 6. *Amicitia haud scio an, excepta sapientia, nihil quicquam* melius *homini sit a diis immortalibus datum. Divitias alii praeponunt, bonam alii valitudinem; alii potentiam; alii honores, multi etiam voluptates. Beluarum hoc quidem extremum est; illa autem superiora caduca et incerta posita non tam in nostris consiliis, quam in fortunae temeritate. Qui autem in virtute summum* bonum *ponunt, praeclare illi quidem, sed haec ipsa virtus amicitiam gignit et continet.*

BONUS. 1. Sensu physico. Q. Fr. II. 2. *bona et certa tempestate.* Q. Fr. II. 2. *Tusculano emptor nemo fuit; si conditio valde* bona *fuerit, fortasse non omittam.* Catil. 11. bona *ratio cum perdita, mens sana cum amentia confligit,* Fam. VIII. 17. bonam mentem *mihi sentio iracundia et amore ablatam.* Off. III. 23. *Quaerit* (Hecato) *si sapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro* bonis, *quum id rescierit, solutur usne sit*

unde Gallia braccata. Font. 11. de Gallis: *Sic existimatis eos hic sagatos* braccatosque *versari animo demisso ac humili* — ? Fam. IX. 15. braccatae *et Transalpinae nationes.* Pis. 23. Pisonem appellat *non solum paterni generis sed* braccatae *cognationis dedecus;* nempe ab avo materno Calventio, qui ex Transalpina Gallia in Italiam venerat et Placentiae consederat.

BRACHIUM. Cod. 4. *nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum* brachium *toga constitutus.* Hoc quid sit docet Seneca decl. lib. V. *Apud patres nostros; qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabant brachium extra togam exserere. Nam in toga pars quaedam in dextra parte excurrebat, quae sinus dicebatur, et in dextrum humerum ita reiiciebatur, ut obvolveret.* Orat. II. 62. Titium quendam, quem quum studiose pila luderet, et idem signa sacra noctu frangere putaretur, quum in campum non venisset (ad pilae lusum) excusavit Vespa Terentius, quod eum brachium fregisse diceret; in quo erat iocus ex ambiguo; poterat enim significari vel suum, vel statuae alicuius brachium superiore nocte fregisse. In gestu oratoris: Her. III. 15. *si contendemus per continuationem,* brachio *celeri* — *sin contentio fiet per distributionem celeri* proiectione brachii — *uti oportebit.* Orat. 18. brachii *proiectione in contentionibus, contractione in remissis.* 2. Translate dicitur Att. II. 1. *obiurgare aliquem molli* brachio, ibid. IV. 16. *aliquid levi* brachio *agere.*

BREVILOQUENS. Att. VII. 19. breviloquentem iam me tempus ipsum facit.

BREVILOQUENTIA. Hoc verbo usum esse Ciceronem in lib. de Rep. testatur Gellius.

BREVIS. 1. De tempore. Arch. 11. *in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam* brevi. Lael. 27. *omnia* brevia *tolerabilia esse debent etiam si magna sunt.* 2. Inprimis de brevitate orationis. Inv I. 20. ubi dicitur de *brevitate* narrationis: *Multos imitatio* brevitatis *decipit, ut quum se* breves *putent esse longissimi sint.* 3. De periodis. Brut. 44. *Comprehensio et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum* (L. Crassum) *contractus et* brevis. 4. De syllabis. Orat. 64. *dactylus est e longa et duabus* brevibus. 5. Alia ratione dicitur. Orat. 48. inclitus *dicimus* brevi *prima litera,* insanus *producta;* inhumanus *brevi* in-

sultoribus respondeas; ille ut eo quo intendit, mature cum exercitu perveniat: te gallorum, illum buccinarum *cantus exsuscitat.*

BUCCINATOR translate de praecone laudum. Fam. XVI. 21. buccinator *existimationis meae.*

BUCULA. Verr. IV. 60. *Myronis* bucula *ex aere.* Div. I. 24. bucula *ex auro.*

BULEUTERIUM curia Syracusana. Verr. II. 21.

BULLA aurea insigne puerorum, cordis figura, quod e collo in pectus dependebat. Verr. I. 58. bulla *dicitur ornamentum pueritiae a patre datum indicium atque insigne fortunae.* 2. Ornamentum in valvis. Verr. IV. 56. *Verres* bullas *omnes aureas* (*goldne Knöpfe oder Buckeln*) *ex valvis non dubitavit* auferre.

BUSTUARIUS gladiator proprie dicitur is, qui ad bustum alicuius cum adversario depugnat, quod in honorem mortui fieri solebat. Pis. 9. convicii causa Clodius appellatur *bustuarius gladiator;* quod Manutius sic interpretatur, qui solitus esset homines interimere, quasi per quem multi crem·rentur. Melius Abramius illo convicio respici putat ad seditionem a Clodio concitatam, quam Dio Cassius narrat lib. XXXIX. ubi ait Clodium in ipsa suffragiorum latione de Cicerone revocando, quum videret fore ut populus Ciceroni faveret, gladiatores, quos frater ipsius ad ludos funebres Mario consobrino faciendos paraverat, assumpsisse, impetuque in concionem facto multos vulnerasse, multos interfecisse.

BUSTUM sensu proprio, locus ubi aliquis sepultus est. Leg. II. 26. *Poena est, si quis* bustum *nam id* (*apud Solonem*) *puto appellari τύμβον, aut monumentum violarit.* 2. Monumentum in sepulcro. Tusc. V. 35. *Sardanapalus incidi iussit in* busto. Att. VII. 9. bustum *Basilii.* Pet. cons. 3. de Catilina *quid dicam petere eum consulatum, qui — M. Marium — ad* bustum *egerit,* h. e. ad Q. Catuli bustum. Senec. de Inv. III. 18. 3. Translate de pernicie aut homine pernicioso. Pis. I. 4. bustum *rei publicae* dicitur Piso. Ibid. 5. *Arma in templo Castoris — constituebantur ab eo latrone* (P. Clodio) *cui templum illud fuit te consule —* bustum *legum omnium at religionum.*

C.

rae, *sive secunda sive contraria sub iudicium sapientis et delectum cadunt, estque illa subiecta quasi materia sapientiae*. 8. De clausula verborum vel periodorum. Brut 8. *sententia quae aptis constricta verbis est*, cadit *etiam plerumque numerose*. Orat. 67. *comprehensio ex duobus versibus id est membris perfecta est et in spondeos* cadit. Orat 57. *Verba melius in syllabas longiores* cadunt. 9. In iure is potissimum dicitur *causa cadere*, qui exceptione excluditur, quod non aut is egerit quem oporteat, aut cum eo quicum oporteat, aut apud quos, qua lege, qua poena, quo crimine, quo tempore oporteat. Nam ita erat ius civile constitutum. Inv. II. 19. ut causa caderet is, qui non quemadmodum oporteret, egisset. Eius rei duo exempla afferuntur Orat. I. 36. 37. alterum ubi petitor plus lege petendo petebat, quam quantum lex in XII tabb. permiserat; quod quum impetrasset *causa caderet*, alterum ubi petitor causa cadebat, si is unde petebatur probasset iudici ante petitam esse pecuniam, quam esset coepta deberi; ideoque petitor rursus quum peteret exceptione excluderetur, quod ea res in iudicium antea venisset.

CADUCEUS proprie baculus, insigne Mercurii, deinde caduceatorum. Orat. I. 46. *eum quaerimus qui non tam* caduceo, *quam nomine oratoris ornatus incolumis possit inter hostium tela versari.*

CADUCUS facile cadens. Sen. 15. *Vitis natura* caduca est, *et nisi fulta sit, ad terram fertur.* 2. Translate, infirmitati aut morbi obnoxius. Phil. IV. 5. *alia omnia incerta sunt* caduca, *mobilia, virtus est una altissimis defixa radicibus.* 3. Incertus. Phil. X. 5. *hereditates* caducae. Orat. III. 31. *possessio* caduca *et vacua, quam* nemo petit, quia eius ius incertum est.

CAECATUS translate de mente. Tusc. I. 30. *libidinibus* caecatus. 2. Obscuratus. Brut. 76. *rapida et celeritate* caecata *oratio*, i. e. obscurata, quae intelligi non potest.

CAECITAS sensu proprio de oculis. Tusc. V. 39. *Asclepiadem ferunt — quum quidam quaereret, quid ei* caecitas *attulisset, respondisse, puero ut uno esset comitatior.* 2. De animo ac mente. Dom. 50. *in furore animi et* caecitate. Ibid. 40. *poena omnis oculorum ad* caecitatem *mentis est conversa.*

argentum purum est. Vid. in primis Salmas. ad Solinum p. 735. Tusc. I. 35 *tecta* caelata. *Ern.*

CAELESTIS. Off. III. 5. *concilium* caelestium est concilium deorum. *Sic saepius* caelestes *dicuntur dii.* Orat. 34. caelestes *res, h. e.* divinae et physicae *opponuntur* humanis. Phil. V. 11. *legiones dicuntur* divinae et caelestes, h. e. qui rem optime gesserunt.

CAELUM de universo siderum complexu. Somn. Scip. 5. *summus ille* caeli *stelliferi cursus.* Ibid. 4. *globi stellarum septem, qui versantur retro contrario motu atque* caelum. 2. Atmosphaera nostra, in qua sunt nubes. Div. I. 43. caelum *discessisse visum est atque in eo animadversi globi* Tusc. I. 18. caelum *hoc, in quo nubes imbres, ventique coguntur, quod et humidum et caliginosum est propter exhalationes terrae.* 3. Aër. Div. I. 57. *Ceos accepimus ortum caniculae diligenter quotannis solere servare — nam si obscurior et quasi caliginosa stella exstiterit, pingue et concretum esse* caelum, *ut eius aspiratio gravis et pestilens futura sit; sin illustris et perlucida stella apparuerit, significari* caelum *esse tenue purumque et propterea salubre.* 4. Prospectus. Orat. I. 39. *Fusius cuicumque particulae* caeli *officeretur, (welcher noch so kleine, oder noch so ferne Theil der Aussicht verbaut wurde) immutata lumina putabat.* 5. Translate de summo honoris vel laetitiae gradu. Att. II. 1. in caelo *sum*, i. e. vehementissime laetor. Att. II. 19 *Bibulus hominum admiratione ac benivolentia in* caelo *est.* Att. IV. 6. *Caesar* in caelum *fertur*, i. e. summopere laudatur.

CAEMENTUM (Bruchstein zum Mauern.) Mil. 27. *materiam, calcem*, caementa *convexit.* Div. II. 47. *in latere* aut in caemento *ex quibus urbs effecta est.* Q. Fr. III. 9. *si* caementum *bonum non habeam, deturbem aedificium?*

CAERULEUS vel CAERULUS. N. D. I. 30. caerulei *oculi Neptuni.* Div. I. 20. ex Ennio *caeli* caerula *templa.* Acad. II. fragm. ap. Non. *mare* caeruleum.

CAESIM. Orat. 67. caesim *dicere*, i. e. per incisa; opponitur *membratim dicere.*

CAESIUS. N. D. I. 30. caesii *oculi Minervae.*

CAESTUS *lorum clavis ferreis munitum, cui manus dextra implicatur, ut pugil eo fortius ferire possit.* Figuram eius exhibet Zornius in Bibl. Antiq. Exeg. p. 904. Tusc. II. 17. caestibus *contundi. Ern.*

CALCITRO. Cael. 15. de iuvene Clodiae amorem contemnente: *illum filium familias — habere tuis copiis devinctum non potes;* calcitrat, *respuit.*

CALCULUS. 1. Quivis lapillus. Orat. I. 61. *Demosthenes coniectis in os* calculis *summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat.* 2. Lapillus quo utebantur in rationibus subducendis. Fin. II. 19. *Quid? fortes viri voluptatumne* calculis *subductis praelium ineunt (berechnen sie erst das Vergnügen wenn sie ins Treffen gehen?)* Lael. 16. Hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam (*die Freundschaft einer allzuängstlichen und knickrigen Berechnung unterwerfen*) *ut par sit ratio acceptorum et datorum.* 3. De calculis in ludo duodecim scriptorum. Hortens. fr. *ut* calculum *reducas, si te dati poenitet.* Att. VIII. 12. *quare nunc ad illos* calculos *revertamur quos tum abiecimus.* Nisi forte hic quoque locus ad rationes subductas pertinet.

CALEFACIO, CALFACIO, vexo, agito, molestiam creo, negotium facio. Q. Fr, III. 2. *eodem die Gabinium ad populum luculenter* calefecerat Memmius, (*hatte ihm tuchtig eingeheizt.*) Fam. VIII. 6. *Si vos Parthi nihil* calfaciunt, *nos hic frigore frigescimus.* Ibid. XVI. 10. calface *hominem.* 2. Exsuscito. Her. III. 12. *continens vox animum vehementissime* calefacit *auditoris.*

CALEFIO. 1. Att. II. 3. balneum calefieri *iubebo* (*will heizen lassen*). 2. De calore animali. Her. III. 12. *Fauces* calefiunt *et arteriae complentur.*

CALEO, vexor. Fam. VIII. 6. *nunc* calet. 2. Calere dicuntur, quae studiose aguntur, iactantur. Phil. V. 4. calebant *nundinae.* Planc. 23. *crimen* caluit, *re recenti,* i. e. sermonibus vehementer iactatum est. Simili ratione etiam homines dicuntur *calere*, ut Brut. 66. calere *in agendo.* Att. XV. 6. *an ego, quum omnes* caleant, *ignaviter aliquid faciam?* Her. IV. 15. *in re frigidissima* cales, *in ferventissima friges?* Verr. I. 26. *postquam satis* calere *res visa* est, h. e. postquam visi sunt convivae satis vino calere, animisque esse commoti.

CALESCO de calore animali. Sen. 16. *ubi potest illa aetas* (senectus) *aut* calescere *vel apricatione melius, vel igni* quam in agris? N. D. II. 55. *quae spiritu in pulmones anima ducitur (die Luft die man einath-*

met) ea calescit *primum ipso spiritu, deinde contagione pulmonum*

CALIDUS. 1. Sensu proprio. N. D. II. 9. *omne quod est* calidum *cietur et agitatur motu suo.* Tusc. I. 18. calidior *est vel potius ardentior animus quam hic aer.* 2. Translate. Off. I. 24. calida *consilia;* temeraria et periculosa.

CALIGAE. Att. II. 3. ubi narratur Valerium quendam absolutum esse, Cicero, *id iudicium,* inquit, *Auli filio condonatum putabatur, et Epicratem* (h. e. Pompeium Magnum) *suspicor, ut scribis, lascivum fuisse. Etenim, mihi caligae eius et fasciae cretatae non placebant.* Hic locus, propter brevitatem obscurus, pertinere videtur ad lasciviam quandam proprie sic dictam, cuius Pompeius tum suspectus fuerit; et in absolutione Valerii intercessisse eius amorem, quo tum in sororem vel filiam, vel uxorem rei inclinaverit. Itaque Cicero in eo caligas, sc. purpureas et fascias cretatas notat, quasi cultum et vestitum delicatiorem, ut feminae placeret, usurpante.

CALIGANS. Arat. 205. *Centaurus Aram tenui* caligans, i. e. *nube contectus* (ut versu praecedente) *vestiet umbra.*

CALIGINOSUS, *düster, trübe.* Tusc. I. 25. *nebulosum et* caliginosum *caelum.* Div. I. 57. *si obscurior et quasi* caliginosa *stella* (Canicula) *exstiterit.*

CALIGO sensu proprio. Arat. 194. *Aram — obscura* caligine *tectam.* 2. Translate de cognitione implicata nec satis dilucida. Fin. V. 15. *In infirma aetate imbecillaque mente vis naturae per* caliginem *cernitur.* Att. XII. 4. *quod videbam equidem, sed quasi per* caliginem *perstrinxerat aciem animi Bruti salus.* 3. De temporibus turbulentis et rei publ. statu perturbato. Planc. 40. *Vide nunc* caliginem *temporum illorum.* Red. in Sen. 3. *Ex superioris anni* caligine *et tenebris lucem in re publica — dispicere coepistis.*

CALIX. Tusc. III. 19. *Quid? huic* calix *mulsi impingendus est, ut plorare desinat?*

CALLERE, callum ducere, obdurescere. Fam. IV. 5. *in illis rebus exercitatus animus iam callere debet.* 2. Scire, intelligere. Balb. 14. *Ignosco tibi si neque Poenorum iura calles.*

CALLES. Sext. 5. *Italiae* calles *atque pastorum stabula.* Sunt viae pecorum ex aestivis pastionibus in hibernas commeantium et contra. vid. Ursin. ad Verr. R. R. II. 2. 10. Unde silvae callesque iunguntur. vid. Interpr. ad Sueton. Caes. 19. Cluent. 59. sunt *colles pastorum*, ubi leg. videtur *calles. Ern.*

CALLIDE intelligenter, solerter. Orat. I. 20. callide *dicere*, i. subtiliter. Orat. 28. callide *et argute dicere.* Orat. I. 11. callide *et perite.* Caecin. 5. *nihil* callide *agi posse.*

CALLIDITAS. 1. Astutia. Off. I. 19. Scientia quae est remota a iustitia calliditas potius, quam sapientia est appellanda. *Ibid.* III. 32. *stulta* calliditas *perverse imitata prudentiam.*

CALLIDUS. 1. Astutus. Verr. III. 14. *homo lynceus etiam* callidus *et veterator esse vult.* Off. I. 10. *Exsistunt saepe iniuriae calumnia quadam et nimis* callida *sed malitiosa iuris interpretatione.* 2. Exercitatus. N. D. III. 10 Callidos *voco, quorum tamquam manus opere, sic animus usu concalluit.* 3. Solers, intelligens. N. D. II. 57. *natura nihil est* callidius. 4. Orator dicitur *callidus* quum in genere tenui versure et subtiliter dicit. Orat. 7.

CALLUM. 1. Proprie cutis densior. Tusc. V, 32. Anacharsis in epistola ad Hannonem: *Mihi calceamentum est solorum* callum. 2. De obduratione animi, qua sensus rei debilitatur. Tusc. II. 15. *Labor quasi* callum *obducit dolori* (härtet gegen den Schmerz ab) *Ibid.* III. 22. *diuturna cogitatio animis* callum *vetustatis obduxerat.* Fam. IX. 2. *consuetudo diuturna* callum *iam obducit stomacho meo.*

CALVITIUM. Tusc. III. 26. *Facetum illud Bionis: perinde stultissimum regem* (Agamemnonem Homericum) *in luctu capillum sibi evellere, quasi* calvitio *moeror levaretur.*

CALUMNIA lis, quam alicui sine causa intendimus, ut ei molestiam, et periculum creemus. Mil. 27. calumnia *litium fundos alienos petebat.* Q. Fr. I. 1. *acerrima ministra praetorum avaritiae* calumnia. Verr. II. 27. *a quo* HS *centena millia per* calumniam *malitiamque petita sunt.* Caecin. 7. calumniam *obtrivit et contudit*, h. e. terrorem litis improbae. 2. Hinc ductae etiam eae formulae, in quibus calumnia significat *actionem, iudicium* calumniae, *aut simile quid, cuius*

obiectum est calumnia. Cluent. 59. Calumniam non *effugiet*, i. e. calumniae damnabitur. Fam. VIII. 8. calumniam *ferre*, i. e. damnari calumniae. *Ibid.* calumniam *iurare*, den Eid vor die Gefährde. 3. Malitiosa, aut falsa saltem interpretatio. Caecin. 21. *in frigida et ieiuna* calumnia *delitescere*. Off. I. 10. *existunt iniuriae* calumnia *et nimis callida et malitiosa iuris interpretatione.* Fam. VI. 7. calumnia *timoris*, quum propter timorem omnia deterius interpretamur, omnia peiora fingimus. 4. *Falsus praetextus*, *uti loquuntur*, *et quicquid dicimus aut facimus*, *ut alia de causa et aliud agere videamur*, *atque agimus*. Fam. I. 1. calumnia *religionis*, de eadem re dicit. Q. Fr. II. 2. per obtrectatores Lentuli res calumnia (*durch Schikane*) extracta est. Att. IV. 3. *Metellus* calumnia *dicendi tempus exemit*, h. e. longiori oratione, quae, non quod opus erat, in sententia dicenda, sed ne SCtum fieri posset, adhibebatur. Acad. IV. 1. *Inimicorum* calumnia *tardius*, *quam debuerat*, *triumphavit* 5. Captio. Fat. 14. *nec ullam adhibebat* calumniam, de Rep. fr. *Carneades saepe optimas causas ingenii* calumnia (i. e. ingeniosa cavillatione, *witzige Sophisterey*), *ludificiari solebat.* 6. Inanis reprehensio. N. D. II. 8. *effugiunt Academicorum* calumniam. 7. Simulatio. Catil. II. 2. amare in praetexta calumnia coeperat, i. e. simulato amore. [Sed hoc loco vocab. *calumnia* insititium esse videtur.] 8. Acad IV. 5. Arcesilae calumnia, opponitur verecundiae Democriti. Democriti verecundia in eo consistit, quod ita imbecillos sensus dixerat humanos, ut verum tamquam in profundo puteo latere, nihil paene sciri posse diceret. Arcesilae autem calumnia est sive impudentia, qui nihil plane cognosci posse diceret, sive impudens interpretatio dictorum Democriti, Empedoclis, Socratis, qui, non quod ita existimarent, sed modestiae causa, nihil sciri posse dixerant, et tamen auctores sententiae suae ab Arcesila citabantur. *Ern.*

CALUMNIATOR quadruplator, delator, qui falsas lites intendit. Verr. I. 10. calumniatores *ex sinu suo apposuit*, *qui illam hereditatem Veneri Erycinae commissam esse dicerent.* Caecin. 23. calumniatoris *esse scriptum sequi* (*sich an den Buchstaben zu halten*, *sey nur die Sache eines Anklagers der schikaniren will*).

CA-

CALUMNIOR falsam litem intendo. Verr. III. 15. calumniandi *quaestus*. 2. Tempus fictis causis ducere. Sen. p. Red. 11. *meque, si diutius* calumniarentur, *redire iussistis*. Quint. 21. *iacet res in controversiis, isto* calumniante, *biennium*. 3. *De iis*, qui falso omnia timent, propter timorem omnia peiora fingunt. Fam. IX. 2. *sed* calumniabar *ipse* etc. cf. *calumnia*. Ibid. 7. *nam quod antea* calumniatus sum (sic enim cum Graevio legendum) *indicabo malitiam meam*.

CALX. Kalk. Milon. 27. *repente in eam insulam materiam*, calcem *et caementa convexit*. 2. Locus in circo, calce olim notatus, post creta (Senec. ep. 108.) ubi cursu exacto victor consistebat et praemium accipiebat. Plin. VIII. 42. XXXV. 17. Salmas. ad Solin. p. 642. Lips. Lect. Ant. V. 10. unde formulae hae. Tusc. I. 8. *Vides* calcem, *ad quam quum sit decursum nihil sit praeterea extimescendum* etc. Lael. 27. *e carceribus ad* calcem *pervenire*. Cat. 23. *a carcere ad* calcem *revocare*. Fr. Hortens ap. Sen. l. c. *quoniam sumus ab ipsa* calce *eius interpellatione revocati*. Unde patet falsum esse, quod putat Salmas ad Solin. p. 642. calcem Circi esse generis masc. et a calce pedis sumi: quia sit terminus cursus, Graecisque Τέρμα dicatur. *Ern.*

CALX infima pars pedis. Her. IV. 55. *subsellium quoddam* calce *premens dextra pedem defringit*. Tusc. V. 27. *Adolescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis*, calcibus, *unguibus*. Verr. III. 23. *pugnis et* calcibus *conscissi*. Sul. 25. *Antronium in stuprorum defensionibus non solum verbis uti improbissimis solitum esse scimus, verum etiam pugnis et* calcibus.

CAMARA. Q. Fr. III. 1. tectum conclavis fornicibus suspensum, et arcuatum. Vox Graeca.

CAMPESTER. Harusp. Resp. 20. campester *quaestus*, est pecunia a candidatis accepta, a Campo Martio dicta, ubi magistratus creabantur. Cael. 5. *ludus campester est exercitatio corporis*; cuius plura genera erant; quibus iuvenes in Campo Martio utebantur. Sed in hoc loco ubi dicitur: *Nobis quidem olim annus erat unus* (adolescentiae) *ad cohibendum brachium toga constitutus, et ut exercitatione ludoque* campestri tunicati *uteremur*, Manutius et Vallesius putabant Ciceronem hoc dicere voluisse adolescentes per unum annum campestre (h. e. succinctorium quod pudenda velabat,)

et tunicam gessisse. Hanc tamen rationem recte improbavit Graevius: „*Exercitatio*, inquit *ludusque campestris* est quae crebro dicitur *meditatio* campestris apud Suetonium et alios. In illa *viri* nudi exercebantur *campestri* tantum pudenda velati, sed tirones pro *campestri* utebantur *tunica* anno tirocinii, et illi quidem dicebantur *cinctuti*, ut Acron docet ad Horatium: *Cinctuti Cethegi tunicam non gerebant, sed pro tunica cinctum, vel campestre ab umbilico ad pedes, reliquo corpore exerto et nudo, nisi toga tegeretur.* Itaque quum reliqui Romani in campestribus ludis essent cinctuti, tirones erant tunicati.“

CAMPUS sensu proprio Div. I. 42. *Aegyptii et Babylonii in* camporum *patentium aequoribus habitantes.* Ibid. *Arabes et Phryges et Cilices, quod pastu pecudum maxime utuntur*, campos *et montes hieme et aestate peragrantes.* 2. *Campus Martius* Romae, ubi comitia habebantur. Q. Fr. II. 2. Rab. perd. 4. Campus *Esquilinus*. Phil. IX. 7. 3. Per translationem de materia uberiore quae locum dat dicendi, disputandi, agendi. Orat. III. 31. *in hoc tanto tam immensoque* campo *quum liceat oratori vagari libere.* Ibid. 19. *ex ingenti quodam oratorem immensoque* campo *in exiguum sane gyrum compellitis.* Caecin. 29. *istum locum reformidas et me ex hoc, ut ita dicam*, campo *aequitatis ad istas verborum angustias et ad omnes literarum angulos revocas.* Mur. 9. *Nullum vobis sors* campum *dedit, in quo excurrere virtus cognoscique posset.* Att. V. 15. *non habet satis magnum* campum *ille tibi non ignotus cursus animi, et industriae meae praeclara opera cessat!* Phil. XIV. 7. *Magnus est in re publ.* campus, *ut sapienter dicere Crassus solebat, multis apertus cursus ad laudem.*

CANCELLI proprie septa (Gitter, Schranken) qualia erant Romae in foro ad discludendum a tribunali populum. Sext. 58. *Tantus* ex fori cancellis *plausus excitatus.* 2. Metaphorice de limitibus orationi, scientiae vel potestati praescriptis. Quint. 10. *Facile me revocabitis si extra hos* cancellos *egredi conabor, quos mihi ipse circumdedi.* Orat. I. 12. *certarum rerum forensibus* cancellis *circumscripta scientia.* Verr. III. 59. *Satisne vobis praetori improbo circumdati* cancelli *videntur in sua provincia, immo vero in sella ac tribunali?*

CANCER signum caeleste in zodiaco Arat.

CANDELABRUM. Verr. III. 26. *lecti aerati et* candelabra *aenea.* Ibid. 28. Candelabrum *e gemmis clarissimis opere mirabili perfectum,* quod reges Syriae Antiochi filii in Capitolio ponere volebant, a Verre iis ereptum.

CANDENS. Off. II. 7. *Dionysius cultros tonsorios metuens* candenti *carbone sibi adurebat capillum.* Verr. V. 63. candentes *laminae cruciandi causa corpori adhibitae.* Arat. candens *circus,* via lactea.

CANDEO fulgeo Arat. Prognost. *tenui quae* candent *lumine Phatnae.*

CANDIDATORIUS. Att. I. 1. *Nos in omni munere* candidatorio *fungendo summam adhibebimus diligentiam.* Ista candidatorum munera exposuit Q. Cicero in libro ad fratrem scripto de petitione consulatus. cf. etiam or. pro Plancio c 25.

CANDIDATUS qui honores petit, ideoque toga candida utitur. Q Fr. II. 14. *Tribunitii* candidati, Mur. 27. *praetorius* candidatus *in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum, videtur incurrere.* Mur. 21. *Semper hoc fit — simulatque* candidatus *accusationem meditari visus est, ut honorem desperasse videatur. — Non placet mihi inquisitio* candidati (scil. accusationis causa instituta) — *praenuntia repulsae.* Pis. 23. *officiosissima natio* candidatorum.

CANDIDE; sincere. Fam. VIII. 6. *cavendum ne parum simpliciter et* candide (*ehrlich und redlich*) posuisse inimicitias videare.

CANDIDULUS. Tusc. V. 16. candiduli *dentes* (*hübsche weiſse Zähne*).

CANDIDUS. Orat. 16. *purum et* candidum (*h. e.* simplex ac dilucidum) *genus dicendi.*

CANDOR. 1. Albus color. N. D. I. 27. *fusus et* candore mixtus rubor Translate de genere tenui orationis: *fucati medicamenta* candoris *et ruboris omnia repellentur; elegantia modo et munditia remanebit.* 2. Splendor, fulgor. N D. II. 15. *Solis* candor *illustrior est, quam ullius ignis.* Somn. Scip. 3. *splendidissimo* candore *inter flammas circus elucens, quem vos ut a Graiis accepistis* (*γαλαξίαν*) *orbem lacteum nuncupatis.*

vivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus. 2. De fidibus vel tibiis. Tusc. I. 2. *Epaminondas fidibus praeclare* cecinisse *dicitur.* Div. II. 59. *si velim* canere *vel voce vel fidibus.* Orat. II. 83. *Quemadmodum tibicen sine tibiis* canere, *sic orator sine multitudine audiente, eloquens esse non possit.* Brut. 50. *Tibicem Antigenidas dixit discipulo suo sane frigenti ad populum, Mihi* cane *et Musis.* Verr. III. 44. *quum in conviviis symphonia* caneret. N. D. II. 8. *Si ex oliva modulate* canentes *tibiae nascerentur, num dubitares, quin inesset in oliva tibicinis quaedam scientia?* Verr. I. 20. *Verres etiam illam Aspendium citharistam* (h. e. statuam citharistae speciem exhibentem apud Aspendios) *quem omnia* intus canere *dicebant, sustulit, et in intimis suis aedibus posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur.* Hunc locum bene explicat Asconius his verbis: *Quum canunt citharistae, utriusque manus funguntur officio; dextra plectro utitur et hoc est foris canere; sinistra digitis chordas carpit; et hoc est* intus canere; *difficile autem quod Aspendius citharista faciebat, ut non uteretur cantu utraque manu, sed omnia id est universam cantionem intus et sinistra tantum manu complecteretur, unde omnes, quotquot fures erant, a Graecis Aspendii citharistae in proverbio dicebantur, quod ut illi carminis, ita isti furtorum occultatores erant. Valet hoc proverbium et in eos, qui multum intestinis suis commodis consulunt praeter honestatem.* Itaque illo loco Verres dicitur illum citharistam artificio suo superasse, iocose, quia *intus canentem* in *intimis* aedibus posuerat, ut eum quasi *interius* canere doceret. Rull. II. 26. *Hoc carmen hic tribunus plebis non vobis* sed sibi intus canit, h. e. lege sua non populi sed suam utilitatem quaerit. Div. I. 17. *lituo* canere. Phil. XII. 3. *receptui* canere; quod proprie dicitur in acie; deinde transfertur ad philosophiam. Tusc. III. 15. *Epicurus vetat intueri molestias; abstrahit ab acerbis cogitationibus, a quibus quum* cecinit receptui, h. e. quum avocavit. 3. *Canere* tribuitur gallis gallinaceis. Div. II. 26. *galli victi silere solent,* canere *victores.* 4. Item ex Pythagoreorum opinione corporibus caelestibus. N. D. III. 11. *nisi putamus — ad harmoniam* canere *mundum, ut Pythagoras existimat.* 5. Transfertur ad carmina poetarum. Orat. II. 86. *quum Simonides* cecinisset *id carmen, quod in*

CANTO. 1. De voce humana. Catil. II. 10. *hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare et amari neque* cantare *et saltare, sed etiam sicas vibrare — didicerunt.* 2. *Cantare aliquem* dicitur, *qui eius* laudes celebrat, ei favet, eius partes defendit. Q. Fr. II. 13. *Nam ut scis iam pridem istum* canto *Caesarem; mihi crede in sinu est.* Cf. epist. 15. e qua intelligitur simul propositum fuisse Ciceroni Caesaris laudes carmine celebrare. Frustra igitur Lipsius illum locum sic corrigendum putabat: *iam pridem istunc* (Pompeium) *ante Caesarem.* 3. De gallis gallinaceis. Div. II. 26.

CANTOR histrio. Sext 55. *Clodius, qui antea* cantorum *convicio conciones celebrare suas solebat,* cantorum *ipsorum vocibus eiiciebatur.* Clodius nimirum quum conciones in Pompeium haberet, quod Plutarchus narrat in vita Pompeii, identidem interrogationes huiusmodi proponebat: Quis est imperator intemperans? quis vir virum quaerit? quis caput uno digito scalpit? Tum eius asseclae respondebant: Pompeius; vel alia dicteria et convicia ex fabulis oggerebant in Pompeium accommodata. Tum autem, quum in ludis quos Scaurus faciebat, togata ageretur Afranii fabula, *Simulans* inscripta, versiculi nonnulli ab histrionibus pronuntiati sic in Clodium inter spectatores sedentem, quamvis tunc aedilitatem peteret, conferebantur, ut quo se verteret non haberet; hoc est *cantorum ipsorum vocibus eiiciebatur.* 2. Tusc. III. 19. cantores *Euphorionis* dicuntur ii, qui tum Euphorionis Chalcidensis poëmata cum voluptate legebant, eaque Ennii poematis praeferebant. 3. Orat. I. 44. cantor *formularum* per contemptum dicitur causarum patronus iuris peritus, qui nil nisi formulas crepat.

CANTUS. 1. Universe de voce, fidibus, tibiis etc. Rosc. Am. 46. *animi et aurium causa tot homines habet ut quotidiano* cantu *vocum et nervorum et tibiarum — tota vicinitas personet.* Mur. 9. *buccinarum* cantus. Cael. 15. *accusatores* cantus, symphonias *iactant.* 2. De voce humana. Leg. II. 24. cantus *ad tibicinem.* Orat. II. 8. *qui* cantus *moderatae orationis pronuntiatione dulcior?* 3. Melodia. Tusc. V. 36. *Tibicines iique qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio* cantus *numerosque* (Melodie und Tact) *moderantur.*

CANUS, weifsgrau. Div. I. 8. *saxa* cana. Arat. cani *fluctus.*

gere. Verr. II. 51. capere *sacerdotem.* N. D. II. 4. *Vitio sibi tabernaculum* captum. 3. In re pecuniaria, capere et bene et male dicitur, male tamen usitatius et saepius. In bono sensu est. Leg II. 19. in malo autem. Verr. II. 10. III. 30. etc. unde Verr. III. 40. adiicitur: *per vim atque iniuriam* captae *et conciliatae pecuniae.* Fin. V. 25. *atque reliqui fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant* etc. 4. Decipere. Muren. 10. *Iureconsulti est, cavere ne sui consultores* capiantur. cf. Acad. IV. 20. [Caecin. 29. *nec aequitatem rei verbi laqueo* capi *putas oportere*]. 5. Pis. 11. *non* capiunt *angustiae pectoris tui tantam personam;* quod paullo post interpretatur: sustinere. Fam. II. 6. *nulla est gratia tanta, quam non vel* capere *animus meus in accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare possit;* i. e. intelligere et recte aestimare magnitudinem eius. Sic interpretatur Burm. illud Quintil, Decl. 382. *non est humilis pectoris, libertatem publicam* capere. conf. Schwarz. ad Plin. Panegyr. p. 286. *Ern.*

CAPITAL, facinus, cui capitis poena proposita est. Legg. II. 8. extr. quamquam nostra editio ibi habet capitale: pro quo est ap. Plautum et alios ἀρχαϊκῶς *capital*, neque id adeo apud Ciceronem displicet, quem videmus, ut moris erat, in legis formula archaismis pluribus usum esse. Saepe autem in libris veteribus pro antiquo *capital* repositum esse a librariis *capitale*, dudum passim monuere, eamque vocem restituere viri docti. vid. Gron. ad Liv. XXIV. 37. Tennul. ad Frontin. Strateg. IV. 6. 5. Modius ad Iustin. II. 7. et viri docti ad Silium XIII. 155. et ad Sueton. Calig. 24. *Ern.*

CAPITALIS, est quod ad caput pertinet, in quo caput agitur; quod quale sit, vid. in *caput.* Sic Verr. II. 39. *rei* capitalis *reus.* Ibid. 28. *rerum* capitalium *quaestiones.* Rabir. Perd. 9. *admittere fraudem* capitalem. 2. Hinc res periculosae, capitales, dicuntur. Fin. IV. 12. *hostis* capitalis. Lael. 1. capitali *odio ab aliquo dissidere.* 3. Item perniciosae. Off. II. 21. capitalis *oratio.* 4. Scelerati etiam dicuntur capitales. Off. III. 21. capitalis Eteocles, 5. *capitales* dicimus etiam *ingeniosos.* Q. Fr. II. 12. Philistus dicitur; Siculus capitalis ille, creber, acutus, brevis etc. de qua vi huius verbi, vid. Muret. Var. Lect. II. 5. *Ern.*

CAPITONES. N. D. I. 29. nimis magno capite informes.

CAPRA. N. D. II. 50. *Auditum est* capras *in creta feras, quum essent confixae sagittis herbam quaerere, quae dictamnus vocaretur, quam quum gustavissent sagittas excidere dicunt e corpore.* 2. Signum caeleste. N. D. II. 43.

CAPRICORNUS brumale signum in Zodiaco. Arat.

CAPRIGENUS. Arat. Prognost.

CAPRINUS. N. D. I. 29. *Iuno Sospita cum pelle* caprina.

CAPSA, receptaculum literarum et scriptionum. Caecil. 16. *si te semel ad meas* capsas *admisero.*

CAPTATIO. Partit. 22. *disputandi prudentiam concertatio*, captatioque *verborum imitatur*, i. e. aucupium verborum, *Wortklauberey, Sylbenstecherey.*

CAPTIO, sophisma, genus disputandi, quo alterum decipimus, fraus. Fat. 13. *omnes eius generis* captiones *eodem modo refelluntur.* Fin. II. 6. captiones *Dialecticae.* Acad. IV. 14. *ab iis quae clara sunt, quasi praestigiis quibusdam et* captionibus *depelli.* Ibid. 15. captiones *discutere.* Div. II. 17. *inducitis vos in* captiones, *quas nunquam explicabitis.* Att. X. 15. 2. Inprimis *captiones* in controversiis de iure occurrunt. Brut. 53. *Crassus aequum bonum testamentorum sententias voluntatesque tutatus est; quanta esset in verbis* captio, *quum in ceteris rebus, tum in testamentis, si negligerentur voluntates.* In eadem re paullo ante Crassum dixisse narratur: *Scaevolam ex uno scalmo* captionis *centumvirale iudicium hereditatis effecisse.* Sic Att. X. 15. *Servii consilio nihil expeditur. Omnes (ei)* captiones *in omni sententia occurrunt.* Huius loci interpretatio petenda est ex epistola 14. eiusdem libri, ubi de eodem Servio Sulpicio ita scribit: *Servius — ad me venit. Nullius consilii exitum invenimus. Numquam vidi hominem perturbatiorem;* iamque exponuntur ea quae Servius ab utraque parte, et Pompeii et Caesaris timebat. Simili ratione Att. XV. 7. de eodem Servio Sulpicio. A. U. 709. post Caesaris mortem scribit: *Servius pacificator cum librariolo suo videtur obiisse legationem, et omnes* captiunculas *pertimescere.* Ceterum in loco Att. V. 4. ubi nonnulli legunt *mea est captio* melius legitur *cautio.* Vid. in CAUTIO.

CAPTIOSE. Acad. pr. II. 29. captiose *interrogare* est ita interrogare, ut is qui tecum disputat ante quam ad finem disputationis veniat, capiatur, nec habeat quod respondeat, ut quum gradatim interrogatur *tria pauca sint anne multa.*

CAPTIOSUS. 1. Ad decipiendum accommodatus s. paratus. Rosc. Com. 29. *O* captiosam *societatem!* 2. In disputando dicuntur sophismata vel interrogationes *captiosae* quibus aliquis ita irretitur, ut exitum non inveniat. Fin. I. 7. *Epicurus non qua via* captiosa *solvantur, ambigua distinguantur ostendit.* Acad. pr. II. 15. Captiosis *interrogationibus circumscripti atque decepti* (*durch verfangliche Fragen eingeengt und uberlistet*) *quidam, quum eas dissolvere non possunt desciscunt a veritate.* Ac. pr. II. 16. *Stoici* captiosissimo *genere interrogationis utuntur.* 3. In iure *captiosum* dicitur, quod est ita comparatum, ut facile aliquis in periculum damni accipiendi incurrat. Caecin 14. *est* captiosum *omnibus rem ullam constitui eiusmodi, quae quum armis gesta sit, rescindi iure non possit.* Rosc. Com. 17 Saturius patronus C. Fannii Chaereae concesserat Q. Roscium suam partem a Flavio exegisse, Fannii vacuam et integram reliquisse, sed quod sibi exegerit, id commune societatis factum esse contendebat. Respondet Cicero: *quo nihil* captiosius — *potest dici;* idemque quod hic *captiosum* dicit, paullo ante *fraudis et insidiarum diverticulum* appellaverat.

CAPTIVITAS, de conditione hominum aliorum impotentiae et libidini subiectorum. Cornel. fragm. *omnibus gentibus finem diuturnae* captivitatis *turpitudinis et servitutis afferret.*

CAPTIUNCULA. Att. XV. 7. Servius (Sulpicius) *pacificator videtur obiisse legationem et omnes* captiunculas *pertimescere*, translatione e iure sumpta, ubi ICti cavent ne clientes certis verborum calumniis capiantur. Vid. CAPTIO.

CAPTIVUS, bello captus. N. D. III. 33. *Et praedones multi saepe poenas dant, nec tamen possumus dicere, non plures* captivos *acerbe, quam praedones necatos.* Phil. VIII. 11. *diutius servitutem perpessi, quam* captivi *frugi et diligentes solent*, h. e. qui bello capti et sub corona venditi sunt, post aliquot annos tamen vel efficiunt, ut manumittantur, vel fuga se ex servitute subducunt.

CAPTO, quaero, aucupor. Inv. I. 31. *Inductio est oratio quae rebus non dubiis* captat *assensionem.* Pis. 25. captare *plausus.* Tusc. II. 7. *risus* captare. Phil. II. 34. *misericordiam* captare. Tusc. III. 65. *solitudines* captare. Fin. I. 24. *ut non modo nullam* captet, *sed etiam praetereat omnes voluptates.* 2. Allicio. Inv. II. 52. *est quiddam quod sua vi nos* allicit *ad sese, non emolumento* captans *aliquo sed* trahens *sua dignitate.* 3. Arripio, Harusp. resp. 25. *dissident principes,* captatur *occasio.* 4. Cum exspectatione observo (aufpassen) Fam. X. 23. Lepidus desperato adventu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit. 5. Aliquem disputando irretire. Ac. pr. II. 29. *quid enim ad illum, qui te* captare *vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem.*

CAPTUS. 1. Sensu proprio. Catil III. 7. *belli duces* captos *iam et comprehensos tenetis.* 2. Viribus animi aut corporis privatus. Off. I. 27. *delirare et mente esse* captum. Tusc. V. 40. *idem oculis et auribus* captus, i. e. caecus et surdus. Rabir. perd. 7. *Q. Scaevola mancus, et membris omnibus* captus *ac debilis.* 3. Oppressus. Att. IX. 4. *plane interclusi* captique *sumus.* Dom. 10. *oppressa* captaque *re publica.* 4. Affectu quodam commotus. Orat. II. 47. captus *misericordia.* Cluent. 5. *mater Aviti generi sui, contra quam fas erat amore* capta. 5. Deceptus. Off. III. 17. *ut ne propter te* — captus *fraudatusve sim.* Phil. XII. 2. captus *errore.*

CAPTUS, Fassungskraft. Tusc. II. 27. *Graeci autem homines* (vel potius e coniectura Valckenarii *Graeci autem hodie*) non satis animosi, prudentes *ut est* captus *hominum* (*nach Maasgabe ihrer Fassungskraft*) *satis.*

CAPUT. 1. Sensu proprio. Sen. 10. *Masinissa XC annos natus nullo imbre, nullo frigore adduci potest ut* capite *operto sit.* Phil. II. 31. *venit* capite *involuto.* 2. Summa pars. Div. II. 12. caput *iecoris.* Fam. X. 18. capita *pontis* (*Brückenköpfe*). 3. Praecipua pars rei, s. id quod plurimum valet (*die Hauptsache.*) Tusc. V. 34. Dionysius *quum apud Lacedaemonios cenavisset, negavit se iure illo nigro quod* caput *cenae erat delectatum.* Orat. I. 35. caput *est quam plurimum scribere.* Orat. II. 82. *ad consilium de re publica dandum* caput *est nosse remp.* Orat. I. 19. caput *esse arbitrabatur ora-*

toris ut ipsis apud quos ageret talis qualem se ipse optaret, videretur. Phil. II. 31. caput *literarum*, i. e. argumentum epistolae praecipuum. Att. I. 14. *et id quod* caput *est, nobis inter nos nostra vitia esse toleranda.* Ibid. II. 6. *et quod* caput *est mihi quaeris iusta causa cessandi est.* Ac pr. II. 32. caput *Epicuri* (*sein Hauptgrundsatz*). 4. Capita dicuntur partes librorum, legum aliorumque scriptorum (*einzelne Kapitel, Abschnitte.*) Orat. II. 55. *Brutus quum duos lectores excitasset et alteri de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset et quum contraria inter sese de re publica* capita *contulisset.* Rurl. II. 10. *quod in secundo* capite (legis) *scriptum* est, non meminit in tertio. Brut. 44. *Scaevolae censoria contra Domitium collegam non est oratio sed quasi* capita *rerum* (*Hauptpunkte*) *et orationis commentarium paullo plenius.* 5. In re argentaria est summa praecipua. Verr. I. 11. *de* capite *quantum commodum fuit frumenti detraxit.* Verr. III. 35. *de* capite *vectigalium remittere.* 6. Auctor rei. Flacc. 18. caput *est Graecorum concitandorum Heraclides.* Planc. 23. *si quid sine* capite *manabit et cuius* auctor *non exstat.* 7. Vita hominis. Off. III. 29. *si praedonibus pactum pro* capite *pretium non attuleris.* Balb 9. *qui se saepe telis hostium, qui dimicationi* capitis, *qui morti obiecerit.* Sic in formula imprecandi. Fam. VIII. 1. *Te subrostrani* (*quod illorum* capiti sit) *dissiparant periisse.* Att. VIII. 5. *multa mala quum dixisset, suo* capiti, *ut aiunt.* 8. Hinc in iure publico *caput* est civis Romani vita, libertas, ius civitatis, fortunae immo etiam bona existimatio. Orat. I. 40. capitis *nostri saepe potest accidere ut causae versentur in iure;* et paullo post: *quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam contentionemque maiorem, quam de ordine de civitate, de libertate, de* capite *hominis consularis.* Itaque *iudicium* capitis modo est id in quo vita hominis agitur, in quo si condemnatur, morte multatur; ut Orat. I. 54. modo in quo si condemnatur in exilium ire cogitur, et bona eius publicantur; Brut. 36. modo in quo condemnatum infamia sequitur. Quint. 2. *ego qui* caput *alterius famam fortunasque defendam.* Sic Quint. 19, *ut ante se ipse* capitis *damnaret si satis dedisset.* Scilicet quia Quintius vadimonii deserti accusabatur, in ea causa famae erat periculum. Eodem modo Rosc. Com. 6. *privata iudicia summae existimationis et paene dicam*

tur Fin. I. 11. carere *dolore.* Ac. post. I. 10. *morbis.* Rosc. Am. 20. *suspicione* etc.

CARICA fici species. Div. II. 40. *Quum M. Crassus exercitum* (in Parthos scil. ducturus) *Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendere se* Cauneas *clamitabat. Dicamus si placet monitum ab eo Crassum caveret ne iret.* Quasi ille clamasset *Cave ne eas.*

CARITAS. 1. De inopia frumenti aut difficultate numorum. Verr. III. 93. *alter annus in vilitate, alter in summa* caritate (scil. annonae). Manil. 13. repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est. Att. IX. 11. *nunc omnia ista iacere puto propter numorum* caritatem. 2. Amor s. benivolentia qua alios vel nosmetipsos complectimur. Lael. 27. caritate *benivolentiaque sublata omnis est e vita sublata iucunditas.* Lael. 26. ipse se quisque diligit, non ut aliquam a se ipso mercedem exigat caritatis suae, sed quod per se sibi quisque carus est. Inprimis notat amorem cum reverentia coniunctum. Part. or. 16. *aut* caritate *moventur homines ut deorum, ut patriae, ut parentum, aut* amore *ut fratrum, ut coniugum, ut liberorum, ut familiarium.* Lael. 19. *in fabulis, qui aliquamdiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerint, quum cogniti sunt et aut deorum aut regum filii inventi retinent tamen* caritatem *in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt.* 3. Sensu passivo caritas tribuitur homini qui aliis carus est. Orat. II. 27. *Parcendum est maxime* caritati *hominum, ne temere in eos dicas qui diliguntur.* Off. I. 17. *cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium* caritates *patria una complexa est.*

CARMEN. 1. Oratio versibus adstricta. Orat. II. 8. *quod* carmen *artificiosa verborum conclusione aptius.* Ib. III. 51. *summa vis* (numerorum ac vocum) carminibus *est aptior et cantibus.* Div. II. 54. *Sibyllae* carmina. 2. Poëma. Tusc. I. 26. *mihi ne haec quidem — carere vi divina videntur, ut aut poetam grave plerumque* carmen *sine caelesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam sine quadam vi maiore fluere.* Sic Orat. II. 86. Simonidis carmen. 3. Formula solemnis in iure aut in legibus. Orat. I. 57. *ut totum illud* UTI LINGUA NUNCUPASSIT *non in XII. tabulis — sed in magistri* carmine *scriptum videretur.*

Mur. 12. ubi ridentur ICtorum formulae solemnes additur hoc: *Praetor interea ne pulchrum se ac beatum putaret atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est*, scil. quae sequitur formula: SUIS UTRISQUE — INITE VIAM. Rabir. Perd. 4. *Haec tua quae te hominem clementem popularemque delectant* I LICT R COLLIGA MANUS — *Tarquinii superbissimi atque crudelissimi regis sunt cruciatus* carmina. 5. Eleganti comparatione. Fin. V. 15. dicitur: *Sunt enim prima elementa naturae, quibus auctis virtutis quasi* carmen *efficitur*; si vera est lectio. I. F. Gronov. malebat: *quasi* germen *efficitur*. Davisius *quasi* cacumen *efficitur*. Ernestius vulgatam ita defendit, ut *virtutis carmen* sit i. q. *concentus virtutis*, quae ratio quid incommodi habeat acute sensit Goerenzius. Metaphorae certe concinnitas perit, quae servatur in lectione a Gronovio proposita.

CARNIFEX sensu proprio. Phil. XI 2. Deinde 2. convicii causa dicitur in hominem crudelem. Verr. I. 3. Pis. 5. 3. Bonorum alicuius sub hasta venditorum emptores comparantur cum carnificibus. Quint. 15.

CARNIFICINA. 1. cruciatus corporis. Tusc. V. 27. *Aegyptii — quamvis* carnificinam *prius subierint quam ibim — aut crocodilum violent*. Sext. 55. *non est ea medicina, quum sanae parti corporis scalpellum adhibetur atque integrae*; carnificina est ista et crudelitas.

CARO. Planc. 9. *nisi forte te Lavicana aut Bovillana, aut Gabina vicinitas adiuvabat, quibus e municipiis vix iam qui* carnem *Latinis* (feriis in monte Albano) *petant inveniuntur*. Hoc dicitur ad infrequentiam et paupertatem horum municipiorum notandam. Scilicet in sacrificio solemni feriis Latinis mactatarum hostiarum carnes municipibus qui affuissent distribuebantur. Pis. 9. contumeliae causa Piso dicitur *pecus ac putida caro*. Ibid. 27. eius mensa dicitur *non conchyliis aut piscibus sed multa* carne *subrancida exstructa fuisse*.

CARPO. 1. Arripio. Cluent. 46. *in multorum peccato* carpi *paucos ad ignominiam et turpitudinem non oportet*. Ibid. *non animadvertas in omnes, sed* carpas *ut velis, et paucos ex multis ad ignominiam sortiare?* 2. Eligo. Sext. 56. *non sum tam insolens in dicendo, ut*

ut — omnes undique flosculos carpam *atque delibem.* Orat. I. 42. *passim licet* carpentem *et colligentem undique repleri iusta iuris civilis scientia.* 3. Dentibus capessere. N. D. II. 47. *alia* (*animalia*) carpunt. 4. Hoc transfertur ad maledicentiam. Balb. 26. *more hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant, non illo inimico, sed hoc maledico dente* carpunt. Q. Fr. II. 3. *Pompeius* carpebatur *a Bibulo* 4. incido, de oratione, quum membratim aut caesim dicimus. Orat. III. 49. *Non semper utendum est perpetuitate et quasi conversione verborum, sed saepe* carpenda *membris minutioribus oratio est.*

CARUNCULA. Div. II. 24. *Rex Prusias, quum Annibali apud eum exsulanti depugnari placeret, negabat se audere quod* exta *prohiberent. An tu inquit,* carunculae *vitulinae mavis quam imperatori veteri credere?*

CARUS. 1. Qui venditur magno pretio, non vilis. Div. II. 27. *annona in macello* carior. Dom 6. *subito illo ipso die* carissimam *annonam nec opinata vilitas consecuta est.* 2. Qui diligitur ab aliquo Fin. II. 11. *Quid est, quod magis perspicuum sit, non modo* carum *sibi quemque, verum etiam vehementer* carum *esse.* Att. II 20. *Pompeius nos amat* carosque *habet.* Off. II. 29. *in has clades incidimus, dum metui quam* cari *esse et diligi maluimus.*

CASA, humilis et vilis domuncula. Tusc. V. 34. *Ptolemaeo quum peragranti Aegyptum — cibarius in* casa *panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.* Fam. XVI. 18. casa est tugurium seu domuncula in horto (*ein Gartenhaus*).

CASCUS apud Ennium, i. e. priscus. Tusc. I. 12.

CASEUS. Sen. 16. *Villa abundat — lacte,* caseo, *melle.*

CASSUS inanis, vanus. Tusc. V. 41. *quod honestum nos et laudabile dicimus id illi* (Epicurei) cassum *quiddam et inani vocis sono decoratum esse dicunt.* Div. II 64. *ut si quis medicus aegroto imperet, ut sumat* Terrigenam, herbigradam domiportam, sanguine cassam (h. e. carentem) *potius, quam hominum more* cochleam *diceret.*

CASTE a virginibus translatum ad eloquentiam. Brut. 96. *Nos quoniam — post Hortensii mortem orbae eloquentiae quasi tutores relicti sumus, domi teneamus eam septam liberali custodia — tueamurque ut adultam*

virginem caste — 2. De sancto cultu deorum. N. D. I. 2. *pietas sanctitas, religio, haec omnia pure ac* caste *tribuenda deorum numini sunt.* 3. De sanctitate officii. Manil. 1. *Labor meus in privatorum periculis* caste *integreque versatus.*

CASTELLANUS. Brut. 73. *plus attulit huic populo dignitatis, qui — genuit in hac urbe dicendi copiam, quam illi, qui Ligurum* castella *expugnaverunt, ex quibus multi sunt ut scitis triumphi* (e. c. quum devicti essent a Flacco A. U. 515.) — *malim Crassi unam pro M' Curio dictionem, quam* castellanos *triumphos duos.*

CASTELLUM sensu proprio, locus munitus, militari praesidio aptus. Fam. XI. 4. *multa* castella *cepi, multa vastavi.* Att. III. 7. castellum *natura munitum.* 2. Metaphorice. Pis. 5. templum (Castoris Clodio) fuit — castellum *forensis latrocinii.* Div. II. 16. *Urbem philosophiae — proditis, dum* castella *defenditis. Nam dum haruspicinam veram esse vultis, physiologiam totam pervertitis.*

CASTIGATIO sensu proprio animadversio s. levior poena. Off. I. 25. *Omnis et animadversio et* castigatio *contumelia vacare debet, neque ad eius qui punitur aliquem, aut verbis* castigat, *sed ad rei p. utilitatem referri.*

CASTIGO sensu proprio. Tusc. III. 27. *Pueros matres et magistri* castigare *solent nec verbis solum sed etiam verberibus.* 2. Vitupero. Orat. I. 41. *et quoniam de impudentia dixi,* castigemus *etiam segnitiem hominum atque inertiam.* Tusc. V. 1. *sed in hoc me ipse* castigo. 3. Obiurgando reprimo. Tusc. II. 21. *videsne ut obmutuerit non sedatus corporis, sed* castigatus *animi dolor?*

CASTIMONIA de cultu deorum sancto et puro. Verr. IV. 45. *minime mirum, quae sacra per summam* castimoniam *virorum ac mulierum fiant, eadem per istius stuprum ac flagitium esse violata.* Leg. II. 10. *caste iubet lex adire ad deos animo videlicet, in quo sunt omnia; nec tollit* castimoniam *corporis;* h. e. puritatem a sordibus, a Venere etc. 2. De pudicitia adolescentium. Cael. 5. *qua in aetate, nisi qui se ipse sua gravitate et* castimonia — *defenderat — infamiam effugere non poterat.*

CASTITAS. Leg. II. 12. *Vestae — colendae virgines praesint — ut sentiant mulieres naturam feminarum omnem* castitatem *pati*, h. e. non solum eam, quae eas decet in matrimonio, sed etiam castitatem perpetuae virginitatis.

CASTRA. 1. Sensu proprio. Verr. V. 12. castra *stativa*. 2. Metaphorice. Fam. IX. 20. *in Epicuri nos, adversarii n stri*, castra *coniecimus*.

CASTRENSIS. Cael. 5, castrensis *ratio et militaris*, de disciplina tironum.

CASTUS. 1. Pudicus. Her. IV. 16. *corpus* castum, *animus corruptus*. Phil. III. 6. *quis hoc adolescente* castior. 2. Animum integrum vitiisque et sceleribus purum significat. Att. XI. 6. *Pompeius vir integer*, castus, *gravis*. Font 10. *Mentes* castae *et integrae*. 3. Ad alia transfertur, quae pura a labe, ac dedecore servantur Rab. perd. 4 *Ego qui* castam *concionem, sanctum campum* (Martium), *inviolatum corpus omnium civium Romanorum, — defendo*. Phil. XIII. 4. *Res familiaris tum ampla, tum* casta *a cruore civili*. Inv. II. 39. *praemia virtutis et officii sancta et* casta *esse oportet, neque ea aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus pervulgari*. Leg II. 18. *ebur ex inanimo corpore extractum haud satis* castum *donum* deo, i. e. non ita purum ut deo dignum sit. Locus est ex Platonis lib. XII. de legg. Ἔλεφας δὲ ἀπολελοίποτος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα.

CASUS. 1. Sensu proprio prolapsio. Div. I. 22. ex Attii Bruto: *ictu me ad* casum *dari*. 2. Translatum ad peccatum. Cael. 17. *Natura multas vias adolescentiae lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine* casu *aliquo aut prolapsione vix posset*. 3. Eventus vel fortuitus, vel fatalis, vel consilii. Div. II. 6. *quod temere fit caeco* casu *et volubilitate fortunae*. Phil. VI. 7. *fuit aliquis fatalis* casus, *quem tulimus — nunc si quis erit, erit voluntarius*. Sull. 30. *ego committam, ut ea quae pro salute omnium gessi*, casu *magis et felicitate a me quam virtute et consilio gesta esse videantur?* Fam. X. 18 *res magnum dabat* casum; *h. e.* multis exposita est eventibus adversis. Div. II. 7. *Si haec habent talem necessitatem, quid est tandem quod* casu *fieri aut forte fortuna putemus*. Flacc. 13. *multi orae maritimae praefuerunt, qui quum praedonem nullum cepissent, mare tamen tutum praestiterunt. Casus est enim in capiendo*,

CAVEO, de Iureconsultis dicitur, quum litigantibus aut aliquid contrahentibus, sive verbis, sive scripto, ostendunt, quomodo lis instruenda, resque contrahenda sit, ne causa cadant, aut decipiantur. Mur. 9. caves, *ne tui consultores decipiantur.* Ibid. *Servius hic nobiscum urbanam militiam respondendi, scribendi,* cavendi *secutus est.* Fam. III. 1. de Valerio ICto: *melius ei cavere volo, quam ipse aliis solet.* cf. Caecin. 27. Orat. I. 48. hinc *cavere* dicuntur etiam 1) qui sibi satisdari iubent in re aliqua. Brut. 5. *nisi prius a te* cavero, *amplius eo nomine neminem petiturum.* cf. Verr. II. 25. Verr. II. 54. *praedibus et praediis populo* cautum est. 2) Qui aliquid excipiunt in formula pactionis, aut conditionem aliquam paciscuntur. Verr. I. 11. *viderunt in cautione, quum ita* caverent, *si post Kal. Iun. in consilium iretur.* 3) Qui alicui quacunque in re prospiciunt. Cluent. 59. *cum* HS XXX *scripta essent, pro* HS CCC, *neque ei satis* cautum *videretur; voluit, eum aliquid acceptum referre liberalitati.* Leg. II. 21, v. Caute. 4. Prohibere, lege, edicto. Verr. I. 43. *cur hoc, cum in eodem genere sit, non* caves. *Ern.*

CAVERNA, spelunca. N. D. II. 60. *Nos e terrae* cavernis *ferrum elicimus.* Ibid. 9. *magna vis caloris in terrae* cavernis. Tusc. V. 24. *quibus* cavernis *maria sustineantur.* 2. De caelo Arat. 252. *caeli lustrare* cavernas. 3. Cavernae in navigio. Orat. III. 46. ut apud Virgilium. Aen. II. 19.

CAVILLATIO. Orat. II. 54. genus facetiarum in toto sermone fusum. Graec. εἰρωνεία, quali Socrates usus est. Opponitur *dicacitati* quae est in singulis verbis aut sententiis.

CAVILLATOR, εἴρων. Att. I. 10. cavillator *genere illo moroso*, scil. ubi in cavillatore non tam sal, quam natura ridetur. Orat. II. 69.

CAVILLOR. 1. De iocis in perpetuitate sermonis. Att. II. 1. *familiariter cum ipso* cavillor *ac iocor.* Orat. III. 31. *irridentes oratorem ut ille in* (Platonis) *Gorgia Socrates* cavillantur. Q. Fr. II. 11. togam eius praetextam magno hominum risu cavillatus sum. 2. De brevioribus dictis. N. D. III. 34. Dionysius quum Iovi Olympio aureum detraxisset amiculum — *etiam* cavillatus *est, aestate grave esse aureum amiculum, hyeme frigidum, eique laneum pallium iniecit.*

scriptis, quam causa *placuit; probaverunt*, h. e. quia Dolabella damnatus erat, simile quid Verri ominati sunt, ideoque huius ominis potius causa, quam quod illam excusationem probarent, probaverunt. 6. Coniunctionis inter aliquos aut necessitudinis causa. Quint. 15. *is quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant.* 7. In arte Rhetorica causae sunt argumenta orationum, sive quaestiones, quae certis personis, locis, temporibus actionibus, negotiis cernuntur, eaeque opponuntur *propositis*, quae Graeci ὑπόθεσις vocant. Top. 21. Harum causarum tria genera sunt, iudicii, deliberationis, laudationis. Ibid. 24. sive Her. II. 1. iudiciale, deliberativum, demonstrativum. 8. Inprimis causae dicuntur iudiciales controversiae; eaeque distribuuntur Her. I. 11. in tres constitutiones, *coniecturalem*, *legitimam*, *iuridicialem*. *Coniecturalis* est, quum de facto controversia est. *Legitima* quum in scripto aliquid controversiae nascitur. Ea dividitur in partes sex, 1. scriptum et sententiam, 2. contrarias leges, 3. ambiguum, 4. definitionem, 5. translationem, 6. ratiocinationem. Ex *scripto et sententia* nascitur controversia, quum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. Ex *contrariis legibus* quum alia lex iubet aut permittit, alia vetat quippiam fieri. Ex *ambiguo* quum res in unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat. Ex *definitione*, quum in controversia est, quo nomine factum appelletur. Ex *translatione* quum aut tempus differendum aut accusatorem mutandum aut iudices mutandos reus dicit. Ex *ratiocinatione* controversia constat, quum res sine propria lege venit in iudicium, quae tamen ab aliis legibus similitudinem aucupatur. *Iuridicialis constitutio* est, quum factum convenit, sed iure an iniuria factum sit, quaeritur. Eius constitutionis partes sunt duae, quarum una *absoluta*, altera *assumptiva* nominatur. 1. *Absoluta* est, quum id ipsum quod factum est, ut aliud nihil foris assumatur, recte factum esse dicimus. 2. *Assumptiva* pars est, quum per se defensio infirma est, sed assumpta extraria re comprobatur. Assumptivae partes sunt quatuor: a) *Concessio*, b) *remotio* criminis, c) *translatio* criminis, d) *comparatio*. *Concessio* est quum reus postulat sibi ignosci. Ea dividitur in α) purgationem et β) deprecationem. *Purgatio* est quum consulto se negat

reus fecisse. Ea dividitur in fortunam, imprudentiam, necessitatem. *Deprecatio* est quum et peccasse se et consilio fecisse reus confitetur, et tamen postulat ut sui iudices misereantur. Ex *remotione criminis* causa constat, quum a nobis non crimen, sed culpam ipsam amovemus, et vel in hominem transferimus, vel in rem quandam conferimus. Ex *translatione* criminis causa constat, quum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus, Ex *comparatione* denique, quum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, et id quod fecerimus, satius fuisse facere. Has causarum constitutiones Cicero de Inventione lib. II. ita persequitur. Primum agit de iudiciali genere eiusque partibus, I. de coniecturali in quo coniectura capitur a) ex causa et quidem vel α) ex impulsione, β) ex ratiocinatione, cap. 5—8. b) ex persona c. 9—11. ubi suspicio nascitur ex eius nomine, natura, victu, fortuna, habitu, affectione, studio, consilio, factis, casibus, orationibus, (cf. Inv. I. 24) c) ex facto ipso, c. 12. sqq. ubi suspiciones partim ex negotio ipso separatim, partim communiter ex personis atque ex negotio proficiscuntur. II. Deinde de *nominis* controversia s. constitutione definitiva, c. 17. sqq. III. Tum de constitutione *translativa;* c. 9. sqq. Tum de constitutione generali, cap. 21. cuius partes duae sunt. *Negotialis* quae in ipso negotio iuris civilis habet implicatam controversiam, et *iuridicialis*, c. 23. sqq. in qua aequi et iniqui natura et praemii aut poenae ratio quaeritur. Cuius partes sunt duae; absoluta, c. 23. et assumptiva, c. 24. Huius partes quatuor pertractantur 1. comparatio (c. 24.), 2. relatio criminis (c. 27.), 3. remotio criminis (c. 29.), 4. concessio, quae dividitur in purgationem, c. 31. et deprecationem, c. 34. Postremo agitur de constitutione legitima, s. de iis controversiis in quibus ex scriptionis ratione aliquid dubii nascitur. Id fit 1. ex ambiguo, c. 40. 41. 2. ex scripto et sententia, c. 42—48. 3. ex contrariis legibus, c. 49. ex ratiocinatione, c. 50. ex definitione, c. 51. Sic exposito genere causarum iudiciali, sequitur locus de genere deliberativo, c. 52. denique de genere demonstrativo s. de laudibus et vituperationibus.

Alia est autem causarum forensium divisio in privatas et publicas; *privatae* sunt in quibus de iure privatorum disceptatur; Inv. I. 3. *publicae* quae ad rem

publicam spectant, in quibus quaeritur de criminibus maiestatis, peculatus, ambitionis, parricidii etc. Caecil. 1. Orat. III. 20 Rosc. Am. 21.

8. Saepe *causa* non solum de negotio litigantium in foro, sed de re et iure aliorum qui vel bellum cum aliis gerunt, vel ut philosophi cum adversariis disputant ponitur. Sic dicitur Fam. I. 4. causa *regia* vel *ib.* I. 5. causa *Alexandrina*, negotium de reducendo in regnum Ptolemaeo, de quo in senatu disceptabatur. Ligar. 6. *Principum* (Pompeii et Caesaris) *dignitas erat paene par; — causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte quod probari posset; nunc melior certe ea iudicanda est* (Caesaris) *quam etiam dii adiuverunt*

9. Causa dicitur pro conditione s. statu. Off. III. 27. *Regulus erat in meliore causa.*

CAUSIDICUS, orator qui causam forensem defendit. Orat. 9. causidicum *quendam sequantur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen et qui in forensibus causis possit praeclare consistere.* Orat. I. 46. opponitur oratori perfecto.

CAUSULA. Opt. gen. dic. 5. *Lysias parvarum rerum* causulas *scripsit.*

CAUTE prov de, callide. Div. II. 5. *animadverti te caute ab iis rebus quae sensibus percipiuntur abducere divinationem.* 2. De eo quod cum cautione geritur in forensibus negotiis. Att. XV. 17. *aliter nec iure nec* caute *fieri potest.* Leg. II. 21. *partitionis caput scriptum* caute.

CAUTIO, actus cavendi aliquid seu providendi. Tusc. IV. 6. *a malis natura declinamus, quae declinatio, si ratione fit,* cautio *appellatur.* Fam. XI. 21. *quae* cautionem *non habent, de iis non laboro.* Off. I. 14. *habet res multas* cautiones, h. e. in ea re multa cavenda sunt. Att. V. 4. Habes ad omnia; etsi paene praeterii chartam tibi deesse; *mea* cautio *est* (ubi legendum arbitror *sed haec mea* cautio est) si quidem *eius inopia minus multa ad me scribis. Tu vero aufer ducentos, etsi meam in eo parsimoniam huius paginae contractio significat.* In vocabulo *ducentos* Manutius intelligebat *sestertios* ad emendam, scil. chartam. Multo aptius et venustius est, quod I. F. Gronovius intelligit: *Tu vero aufer ducentos scapos chartae de illis, quos mihi*

scis praeparatos. In quo tamen illud *aufer* facetius etiam, ut opinor, dicatur, si Ciceronem illos CC scapos chartae simul cum hac epistola per tabellarium ad Atticum misisse putemus. Ita totum locum sic Germanice verterim: *Beynahe hätte ich vergessen, dafs es dir am Papier fehlt. Aber dafür mufs ich sorgen, weil du aus Mangel daran weniger an mich schreibst. Hier hast du also 200 Buch Papier, obgleich, wie sparsam ich selbst damit umgehe, diese so eng geschriebene Seite zeigt.* 2. In iure civili formulae quibus alicui cavetur. Orat. 41. *In iuris scientia est persecutionum* cautionumque *praeceptio.* Fam. VII. 16. *quando vestrae* cautiones *infirmae sunt Graeculam tibi misi* cautionem *chirographi mei.* Vid. CHIROGRAPHUM et GRAECULUS. Dom. 50. cautiones *pecuniarum* (*Geldverschreibungen*).

CAUTOR, qui alicui cavet. Sext. 7. quum Pompeius Clodium omni cautione, foedere, exsecratione devinxisset, nihil in tribunatu contra Ciceronem esse facturum, *parum se foedus violaturum est arbitratus, nisi ipsum* cautorem *alieni periculi suis propriis periculis tenuisset.*

CAUTUS, providus in cavendo. Q. Fr. I. 1. cautus *et diligens.* Rull. I. 9. cautus *in periculis, non timidus in contentionibus.* 2. Tutus cavendi diligentia. Phil. XIII. 3. *Sapientia* cautioribus *utitur consiliis, — est omni ratione protectior.* Rosc. Am. 20. *canes tametsi bestiae sunt, tamen in eam partem potius peccant, quae est* cautior. 3. In iure civili certis cautionibus munitur. Caecin. 18. *quid verbis satis hoc* cautum *erat? minime.* Ibid. 4. *quo mulieri esset res* cautior (*damit der Frau das Capital desto sicherer stände*) *curavit ut in eo fundo dos collocaretur.*

CAVUS. N. D. II. 55. *vena* cava.

CEDO, da, porrige. Verr. IV. 20. cedo *tabulas.* Att XVI 13. cedo *si quid ab Attico.* 2. Dic quaeso. Div. II. 71. cedo *qui sit ordo somniorum.* Verr. II. 43. cedo *cui Siculo civis Romanus cognitor factus sit.*

CEDO. 1. Locum do. N. D. II. 33. *Quacumque imus, quacumque movemur aër videtur quasi locum dare et* cedere (*Platz machen und ausweichen*). 2. Abeo, excedo. Mil. 34. *ego* cedam *atque abibo.* Ibid. 30. cedere *ex ingrata civitate.* 3. In alterius gratiam excedo. Mil. 27. *Aponio mortem est minitatus* (Clodius) *nisi*

sibi hortorum possessione cessisset. Att. XIII. 59. cedere *alicui domo*. 4. Fuga alterius vim devito. Sext. 24. *metu pericul. vestri non mei furori hominis, sceleri, perfidiae telis minisque* cessi. Off. II. 11. *Viriato exercitus nostri imperatoresque* cesserunt. 4. Obsequor. Lig. 7. cessit *auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit.* Fam. VII. 3. *Pudori malui famaeque* cedere *quam salutis meae rationem ducere.* Sull. 16. cedere *rei publicae*, i. e. aliquid ferre propter rem publicam. Sext. 29. cedere *tempori.* Sull. 16. cedo *amicitiae.* Fam. VI. 6. cedit *ambitiosis voluntatibus.* 5. Submitto me, victum me praebeo. Brut. 6. *quum tibi aetas nostra iam* cederet *fascesque submitteret.* Fam. I. 1. *Luculli sententia* cedit *religioni* (h. e. librorum Sibyllinorum auctoritati) *de exercitu.* Att. VII. 2. *quum sciam, quam sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat* cedere, *et propemodum infringat.* Mil. 23. cedere *legibus.* Caecin. 1. *Si — in iudiciis impudentia valeret, non minus nunc in causa* cederet *Caecina Aebutii impudentiae, quam tum in vi facienda* cessit *audaciae.* Acad. IV. 30. cederet *scilicet*, h. e. concederet verum esse.

CELEBER, de loco valde frequentato, Herr. II. 2. *Locus quaeritur* celeber *an desertus.* Manil. 12. *portus* celeberrimus *et plenissimus navium.* Verr. III. 58. *in foro* celeberrimo *tanta frequentia.* 2. De frequenti hominum conventu. Verr. IV. 48. celeberrimus virorum mulierumque conventus. 3 De tempore. Lael. 3. *dies* celeberrimus, quo Africanus maior senatu populoque domum deductus erat.

CELEBRATIO, frequens hominum conventus. Off. I. 4. *hominum coetus et* celebrationes *obire.* Sull. 26. *quae* celebratio *quotidiana?* 2. Editio ludorum. Att. XV. 28.

CELEBRITAS, de locis valde frequentatis. Att. III. 7. *odi* celebritatem, fugio homines. Ibid. III. 15. *viae* celebritas. Ibid. XIII. 29. hic locus *habet* celebritatem *maximam.* 2. Ipsa frequentia hominum et concursus. Orat. III. 32. *Hippias quum Olympiam venisset maxima illa quinquennali* celebritate *ludorum.* Tusc. V. 3. *mercatus qui haberetur maximo ludorum* (Olympiorum) *apparatu, totius Graeciae* celebritate. Fam. VIII. 2. celebritas *iudiciorum.* Off. III. 1. *in maxima* celebritate *atque in oculis civium viximus.* Q. Fr. I. 2. *Thea-*

ritas *et vis equorum.* N. D. I. 20. *quid potest esse minus quietum, quam nullo puncto temporis intermisso versari circum axem caeli admirabili* celeritate. 2. Cernitur in rebus gerendis. Phil. V. 9. *belli* celeritas. Off. I. 36. *cavendum est ne in festinationibus suscipiamus nimias* celeritates. 3. Tribuitur menti et ingenio. Sen. 21. celeritas animorum. Tusc. IV. 13. Celeritas *ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.* 4. Est in oratione. Flacc. 20. *homo volubilis praecipiti quadam* celeritate *dicendi.* Brut. 61. *verborum expedita ac profluens* celeritas.

CELERITER, brevi tempore. Att. XV. 11. *Laetor, virtute alterius principis iampridem iuventutis,* celeriter, *ut spero, civitatis.*

CELERIUSCULE. Her. III. 14. *Strenue quod volumus ostendere factum,* celeriuscule *dicemus; at aliud otiose, retardabimus.*

CELLA. Sen. 16. *Semper boni assiduique domini referta* cella *vinaria, olearia, etiam penaria est.* Caecil. 10. frumentum in cellam *est quod propraetori et proconsuli a provincialibus datur, unde cum suis panem habeat.* 2. Tropice. Verr. II. 2. *M. Cato sapiens* cellam *penuariam rei publ. nostrae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominavit.* Rull. II. 33 *Capua* cella *et horreum Campani agri.* 3. Templum. Phil. II. 8. cella Concordiae s. aedes ad clivum Capitolinum.

CELSUS. 1. *Sensu proprio,* altus. Div. I. 7. celso *e vertice montis.* 2. De statura hominis. N. D. II. 56. *Deus homines humo excitatos* celsos *et erectos constituit.* 3. De statu oratoris. Orat. 18. *status erectus et* celsus. 4. De habitu hominis sibi valde confidentis. Orat. I. 40. *haec ignorantem erectum et* celsum *vagari magna caterva toto foro;* ubi Ernestius comparat Liv. XXX. 32. extr. ibique Dukerum.

CENSEO. Div. IX. 2. *tibi igitur hoc* censeo. Catil. IV. 6. pro *credo,* sine regimine. Arch. 6. *ex his studiis haec quoque* censetur *oratio et facultas,* i. e. aut, indicatur, aestimatur, ut Budaeus interpretatur ad Pandectas p. m. 18. quo sensu est etiam in Paradox. VI. 2. cf. Schwarz. ad Plin. Pan. p. 33. aut, in horum studiorum genere ponitur. Est etiam vocabulum proprium senatorum, quum sententiam dicunt in senatu. Fam. XI. 20. *si tibi videtur, agros eorum militum — — his dandos* censeas *ab utrisque nobis. Censere* est etiam in cen-

sum deferre apud censorem. Flacc. 32. *in qua tribu praedia* censuisti? ibid. *si aliena* censendo *sua facere posset*. Act. I. in Verr. 18, censendi *causa*. Flacc. 32. *Sintne ista praedia* censui censendo? h. e. an possint a nobis in censum deferri. *In censum* autem deferri possunt possessiones, quae sunt mancipi et iuris civilis. vid. Cic. l. c. cf. Festus in Censui censendo. Hinc, qui et nomen et rem apud Censorem defert, *censeri* dicitur. v. c. Att. I. 15. Flacc. 32. cum acc. *censeri aliquid*, ut l. c. *mancipia*, *servos* etc. aliena censeri etc." *Ern.*

CENSOR, magistratus Rom. maior, cuius officia describuntur Legg. III. 3. his verbis: Censores *populi aevitates, soboles, familias, pecuniasque censento; urbis templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia tuento; populi partes in tribus distribuunto; exin pecunias, aevitates, ordines partiunto; equitum peditumque prolem describunto; caelibes esse prohibento; mores populi regunto; probrum in Senatu ne relinquunto; bini sunto; magistratum quinquennium habento; reliqui magistratus annui sunto; eaque potestas semper esto.* Cluent. 42. sq. exemplis docetur animadversionem atque auctoritatem censoriam nunquam perinde ut rem iudicatam observatam esse. Ibid. *quos — L. Gellius et Cn. Lentulus duo censores clarissimi viri sapientissimique homines furti et captarum pecuniarum nomine notaverunt, ii non modo in senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum iudiciis absoluti sunt.* c. 43 censores *ipsi saepenumero superiorum censorum iudiciis (si ista iudicia appellari vultis) non steterunt. Atque etiam ipsi inter se* censores *sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat, ut alter de senatu moveri velit, alter retineat, et ordine amplissimo dignum existimet; ut alter in aerarios referri aut tribu moveri iubeat, alter vetet.* cf. Cluent. 46. Fam. III. 13. Orat. III. 24. Off. III. 32. 2. Fuerunt quoque censores in oppidis, etiam provincialibus, qui censum agebant, ut tributa exigi possent. Verr. II. 53.

CENSORIUS. Agrar. I. 2. *Censoriae tabulae*, sunt libri, in quos nomina resque civium et notae referuntur. Q. Fr. I. 1. *lex* censoria. vid. Ind. LL. de censoria notione, notis censoriis, subscriptionibus v. suis locis. Orat. II. 90. censorium *opus* est, dignum nota cen-

soria. *Sic est* etiam ap. Gell. IV. 12. et Plin. H. N. XVIII. 3, censorium *probrum*, pro nota censoria autem ap. Columell. XII. praef. et Sueton. Caes. 41. ubi vid. Casaub. *Ern.*

CENSUS, Censoris actio censendi. Sext. 47. censu *prohibere*, dicitur Censor quum aliquem, quia civem esse non putat, bona sua in censum deferre non sinit. Cluent 48. *quum in equitum* censu *sacerdos prodiisset: quum equites censerentur*, tabulae censoriae. Arch. 5. census *nostri*. Cael. 32. censum *pop. R. incendit*. vid. Gronov. Sest. IV. 1. hinc etiam *bona in censum* deferri dicuntur, pro re familiari dici, notissimum est. *Ern.*

CENSUS, a. um, civis Rom. Verr. I. 41. *neque* census *esset*. vid. Ind. LL. in Lege Voconia. Nam ea significatio huius verbi, quum is census dicitur κατ᾽ ἐξοχὴν, qui centum millia aeris habet vid. Gron. Sest. III. 16. ut Classicus, qui in prima classe censetur, quum etiam ceteri censi sint et classici, huc non pertinet, ut docuit Perizon. de Lege Voconia. *Ern.*

CENTAURUS. N. D. III. 20. *una nubium* Centauros *peperisse dicitur.*

CENTESIMAE, (int. partes sortis,) usurae sunt, cum singuli asses in mensem solvuntur pro centenis, unde fiunt duodeni in annum. Vid. *Usura*, 2. Ab his *centesimis* quae sunt usurae privatae differt centesima, quae est vectigal publicum. Brut. ep. 18. *Obdurescunt quotidie magis boni viri ad vocem* tributi: *quod ex* centesima collatum, *impudenti censu locupletum, in duarum legionum praemiis omne consumitur.* Haec centesima solvitur ex rebus venalibus et aerario militari infertur. vid. Lips. Magnit. Rom. II. 4. Gronov. Sest. III. 13. *Ern.*

CENTUMVIRI. Caecin. 24. sunt assessores iudicii centumviralis, de quo statim. *Ad centumviros*, est in iudicio centumvirali.

CENTUMVIRALIS. Caecin. 18. centumvirale iudicium, dicebatur a numero iudicum rotunde enunciato. Nam iudices erant omnino centum et quinque: quum ex singulis tribubus terni deligerentur. vid. Festus in Centumviralia iudicia. Ad eius iudicii notionem pertinebant causae plurimae, quas enumerat Cic. de Orat. I, 38. sed imprimis hereditariae. De eo iudicio extat

elegans libellus *Sibrandi Tetardi Siccamae* Halae A. 1775 iterum cum animadversionibus editus a V. Cl. I. C. *Zepernickio*. vid. inpr. I. 6. II. 5. 8 quo capite de iis causis ad centumviros actis exponit distinctius, quarum ap. Ciceronem est mentio, aliosque auctores latinos.

CENTURIAE, dicuntur partes populi aut exercitus. Nam quum populus a Servio in classes sex descriptus esset, cuique classi etiam certus numerus centuriarum attributus est. Neque centum praecise homines continet: nam ultima classis, in qua aliquot millia fuisse certum est, una centuria continetur. Sed centuria est cuiusque numeri aut multitudinis nomen, ut decuria; Brut. 67. Centuriae *paucae ad consulatum* defuere etc. vid. Comitia centuriata. Fam. XI. 16. *quum equitum* centurias *tenes, in queis regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas* centurias *conficiat.* Erant duodeviginti equitum centuriae eaeque ad classem primam pertinebant. Centurias equitum tenet, in iisque regnat, qui est apud eos gratiosus, in magnaque auctoritate constitutus, ut facile eius suffragationem sequantur. Conficere autem centurias alicui, est, facere, ut eum renuncient. Agrar. II. 13. in comitatu et instrumento magistratus provincialis commemorantur tabernacula, centuriae, supellex. Turnebus emendabat tentoriis. Graevius suspicabatur, intelligi centurias fabrum, neque tamen multum huic interpretationi tribuebat. Non liquet. *Ern.*

CENTURIARE, est, in centurias describere, ad centurias redigere homines, scil. ut militent. Att. XVI. 9. Centuriat *Capuae, dinumerat: iam iamque video bellum.* Liv. XXII. 38. de peditibus dicit, de equitibus decuriare: ad Quir. p. Red. 5. quum centuriari homines vidissem etc. de Clodio, qui homines plebeios, servos convocabat, in ordines describebat, ut pugnarent contra Ciceronem, si resistere legi et Romae manere vellet. *Ern.*

CENTURIATUS, a, um, *Comitia centuriata* sunt e Servii Tullii instituto, in quibus aut leges a magistratibus maioribus feruntur, aut magistratus maiores, exceptis aedilibus curulibus, creantur. Dicuntur ita, quia populus per centurias suffragia fert ex ordine classium, deinde post praerogativam, de qua suo loco, in classibus ex ordine a Servio instituto, unde *iure vocatae*

tae dicuntur. Cur in centuriatis etiam tribuum mentio, infra, in Tributa Comitia, docebitur. *Ern.*

CENTURIATIM. Flacc. 7 *tributim et* centuriatim *descriptis ordinibus, classibus, aetatibus.*

CENTURIATUS, locus centurionis. Pis. 36. centuriatus palam venditus.

CERA, 1. sensu proprio. Tusc. I. 45. *Persae* cera *circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora.* Orat. III. 45. *Verba — sicut mollissimam* ceram *ad nostrum arbitrium formamus et fingimus.* N. D. fragm. ap. Lactant. Div. Inst. II. 9. *fictor e* cera. 2. *Cera* dicitur pro tabula, cera inducta, cerata. Verr. I. 36. *in codicis extrema* cera, i. e. in codicis extrema tabula cerata. 3. In obsignandis tabulis usus erat vel *cerae*, vel *cretae Asiaticae.* Flacc. 16. Vid. *Creta.* 4. Caecil. 7 *ceratam unicuique* (scil. indici) *tabellam dari* cera *legitima, non illa infami* ac nefaria. Hoc referfur ad illum iudices corrumpendi morem, ubi rei qui iudices pecunia corrupissent, curaverant ut iis tabellae diversis cerae coloribus insignes darentur, quibus internosci possent qui reum ex pacto absolvissent.

CERARIUM. Verr III. 77. *ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primum — — deinde, pro nescio quo* cerario. — Cerarium *vero quid? quomodo hoc nomen ad rationes magistratus quomodo ad pecuniam publicam allatum est?* Hic illud certum est cerarium *dici pecuniam propter* ceram, s. cerae *nomine exactam;* dubitari tamen potest utrum illud Verres exegerit pro *cera* in *ceratis tabulis*, an pro *cera* ad obsignandas tabulas adhibita, ut nostri scribae in eiusmodi tabulis conficiendis exigunt pecuniam sub nomine: *Siegelgebühren.*

CEREBRUM. Tusc. I. 10. *Aliis pars quaedam* cerebri *visa est animi principatum tenere. — Alii in* cerebro *dixerunt animi esse sedem ac locum.*

CEREUS. N. D. I. 26. *si id in* cereis *fingeretur aut fictilibus figuris.* Sic Ald. Davis. Alii *in ceris.*

CEREUS, fax cerea. Off. III. 20. de honore M. Mario Gratidiano habito: *omnibus vicis statuae* (positae) *ad eas tus, cerei;* nemo in Marii honorem cerei diis publici mali averruncis accensi.

CERNO, iudico, agnosco. Off. I. 20. *magnus animus duabus rebus* cernitur. Tusc. V. 8. *quae genere,*

pr. II, 20. *de omni statu consilioque totius vitae cum aliis pugnaciter* certare. Catil. II. 8. certare *fructibus cum usuris*, dicuntur, qui volunt usuras sortis acceptae solvere reditibus praediorum, atque id aut difficillime aut plane non efficiunt.

CERTE. 1. Profecto. N. D. I. 2. *opiniones* (de diis) *quum tam variae sint tamque inter se dissidentes, alterum fieri profecto potest, ut earum nulla, alterum* certe *non potest, ut plus una vera sit.* 2. Saltem. Tusc. I. 49. *homines mortem vel optare incipiant, vel* certe *timere desistant.* 3. Est concessionis particula. Fam. IV. 2. quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua, certe similis in utroque nostrum, quum optime sentiremus, error fuit.

CERTUS. Fam. I. 7. certi *homines*, quibus fides haberi, epistola recte committi potest. Rosc. Am. 16. certum *patrem* dicuntur habere, quorum matres castae pudicaeque fuere. Sic Inv. I. 2. *certos liberos* pater dicitur habere, quum castam uxorem habet. Quint. 3. certus *pater familias*, est diligens, attentus, rerum suarum curiosus. Nam statim subiicit: una in re paullo minus consideratus. Verr. III. 75. certae *rationes*, opponuntur *perturbatis, sine ordine scriptis, interpositis adeoque fide indignis.* Rosc. Am. 19. Certus *accusator*, fide dignus, qui ita accusat, iis testibus, argumentis, ut fides ei haberi possit, adeoque sui muneris bene gerens. Nam propterea fide dignus est, probatusque, quia eum intelligentem accusationis instruendae, exercitatum, et munere suo recte fungentem scimus. Non hic reprehendendus erat a Graevio Hotomannus. Ceterum vid. Graev. ad pr. Quint. 3. Fam. IX. 19. 2. Caecin. 4. certum *ius non obtinere*, h. e. causam iustissimam. Rosc. Am. 16. certum *crimen.* 3. Inv. II. 45. *cur in* certa *verba iurent*, cur certo *tempore conveniant* certo *discedant*, opponitur infinito. Orat. II. 10. certum *genus quaestionis.* Rosc. Com. 4. certa *pecunia*, cuius summa et magnitudo definita est. 4. Fortis, confirmato animo. Att. X. 17. *et quo ille* certiorem *me vult esse*: ubi Popma substituebat fortiorem. vid. Gron. in Stat. p. 415. Duker ad Liv. X. 36. *Ern.*

CERVICULA. Verr. III. 19. Cerviculam iactare, *gestus erat, quo Hortensius solebat uti, cum aliquid in oratione tractabat, in quo sibi placebat, cui confidebat plurimum.* vid. in *Cervix. Ern.*

rannio est cessator. Fam. IX. 17. *antea tibi non rescripsi, non quod* cessator *esse solerem praesertim in literis.* —

CESSIO. Leg. I. 3. cessio *libera et otiosa*, est quum quis abit e patria sua sponte otii causa, aut legationis liberae ergo. 2. *Cessio in iure.* Top. 5. est, quum aliquis apud praetorem cedit alicui rem mancipi, addicente ei, cui tradita est, praetore. v. Boëth. ad Cic. l. c. qui sumsit e Caio Inst. II. 1. 6. ubi vid. Intt. Ceterum *in iure cessio* inprimis fit a debitoribus, qui, quum non sunt solvendo, creditoribus bona sua cedunt, ut iis satis fiat. vid. Salmas. de Mod. Usur. p. 600. et Intt. fragm. Caii in Schultingii Iurispr. Ante — Iustinianea. *Ern.*

CETERI, ae, a, plur. Quint. 3. sane ceterarum rerum certus paterfamilias — — una in re minus consideratus. Est elliptica locutio pro: in ceterarum rerum negotio. vid. Hotomann. Obs. IV. 2. Est etiam femininum genus in nominativo et ablativo sing. ap. Cic. obvium. Verr. I. 2. cetera audacia. Att. VI. 2. iam cetera iurisdictio. Petit. cons. 13. in cetera vita etc. *Ern.*

CHARTA. Att. II. 20. *iam* charta *ipsa ne nos prodat pertimesco.* Q. Fr. II. 14. charta *dentata.* Rab. Post. 14. *merces fallaces et fucosae,* chartis, *et linteis et vitro delatae.*

CHARTULA. Fam. VII. 18. de parva charta deleticia s. palimpsesto.

CHIROGRAPHUM. 1. Est id, quod Graeci χεῖρα, Latini *manum*, (vid. Salmas. Mod. Usur. p. 391.) nos *eines seine Hand*, appellamus. Phil. II. 4. *quo me teste convinces?* an chirographo? *at literae sunt librarii manu.* Att. II. 20. *non utar meo* chirographo, *neque signo.* N. D. III. 74. chirographum *sex primorum imitatus est* etc. 2. Ipsum id, quod manu scriptum est, literae manu nostra scriptae. Fam. XVI. 21. *credidi* chirographis *eius et affirmationi praesentis Luterensis.* Fam. II. 13. *extrema pagella pupugit me* chirographo *tuo* (*das Postscript von deiner eignen Hand*). Brut. 80. chirographa, *testificationes indicia.* Ibid. XII. 1. *eius etiam* chirographa *defendimus* etc. 3. Genus cautionis, et id quidem distinctum a syngrapha. De syngrapha suo loco. Chirographum est cautio unius debitoris manu scripta, quales sunt hodie obligationes nostrae et

literae cambiales, de quo genere Salmas. l. c. sed hoc sensu ap. Ciceronem non reperi. *Ern.*

CHIRURGIA. Att. IV. 1. diaeta *curare incipio:* chirurgiae *taedet*, h. e. armis, vi, nolumus uti.

CHLAMYDATUS. Rabir. Posth. 10. L. Sulla imperator chlamydatus.

CHLAMYS, est vestis militaris, non omnium militum, sed Imperatoris et honoratiorum, adeoque eadem, quae Romanis paludamentum, ut docuere Rubenius de lato clavo, p. 29. sqq. p. 114. etc. Ferrar. de re vestiaria P. II. L. III. pluribus capp. sed est tamen proprie vestis Graeca Imperatoribus propria; unde Graeci scriptores, quum de paludamento Romanorum dicerent, hac voce usi sunt, et postea, cum Graeca lingua Romae notissima esset, hoc vocabulum etiam in latinam linguam traductum. Itaque quum de Romanis rebus sermo est, et chlamydis mentio fit, est ea vox ita, uti supra diximus, accipienda: ceterum, quando de Graecis rebus, non vestem Romanam significat; sed Graecam a Romana militari differentem. Et sic est, quicquid contra disputet Ferrarius l. c. c. 4. 4. pro Rab. Posth. 10. Rabirio obiicitur usus vestis graecae, qua privati sc. uterentur, h. e. pallii. Defendit eum Cicero exemplis Sullae et L. Scipionis Asiatici, quorum uterque veste Graeca usus sit, alter etiam calceis Graecis: *Sullam chlamydatum*, hunc autem non solum cum chlamyde, quod iam ipsum Graecum esset, sed cum *crepidis* etiam in Capitolio videre licere: quod essent hoc vestium, utut Graecarum, genere, aliquando usi, neque, quum usi essent, sermones hominibus dedisse. Hic est sensus illius loci. Sulla et Scipio usi sunt *chlamyde* et in statua habent *chlamydis* speciem, non Romanae, h. e. paludamenti, hoc nihil ad rem: non enim vestis Romanae usus, etsi alienus a consuetudine, reprehenditur, sed peregrinae, Graecae: atque hoc ad defendendum Rabirium valet, qui apud Graecos, non Romae, necessitatis causa, usus est veste Graeca. Hae dubitationes et difficultates inde natae sunt, quod sibi substituta consuetudine sunt verba, res similes, ratione usus, non easdem significantes; quum plebs non intelligat, verba linguarum, in hoc praesertim genere, sibi non satis respondere. Her. IV. 47. *Citharoedo* tribuitur *chlamys purpurea, coloribus variis intexta, et palla inaurata. Ern.*

CHORAGIUM, est apparatus scenicus, atque adeo quicquid sumptus fit in ludis scenicis, quod qui faciunt choragi dicuntur. vid. nos ad Xenoph. Memor. III. 4. Casaub. ad Sueton. Aug. c. 70. ut alios mittamus. Hinc ad Her. IV. 48. eleganter: *aut aliquot fragile falsae* choragium *gloriae comparetur*, h. e. instrumentum falsae gloriae comparetur. *Ern.*

CHORDA. Orat. III. 57. *Voces ut* chordae *sunt intentae, quae ad quemque tactum respondeant.* N. D. II. 59. *plectri similem linguam nostri solent dicere* chordarum *dentes.*

CHOREUS. Orat. 63. *duo extremi* chorei *sunt, id est e singulis longis et brevibus* (— ◡). *Choreum* nempe appellabant, qui postea *trochaeus* vocatus est; *trochaeum* autem qui nunc *tribrachys* dicitur.

CHORUS. 1. Sensu proprio. Oecon. 1. chorus *canentium.* 2. Sodalitium. Phil. V. 6. *saltatores, citharistas totum denique comissationis Antonianae* chorum. 3. Caterva. Muren. 24. Catilinam — stipatum choro iuventutis. 4. Congregatio, coetus Off. III. 33. *virtutum* chorus. Fin. I. 8. *philosophorum* chorus.

CIBARIA, quibus alimur. Rosc. Am. 20. Cibaria (int. anserum) locantur. ibid. cibaria *vobis praeberi videmus.* Tusc. II. 16. *ferre plus dimidiati mensis* cibaria. Oecon. 1. *ad* cibaria *coquenda et conficienda.* 2. Cibaria dicuntur frumentum, quod magistratibus provincialibus eorumque legatis, quaestoribus etc. a provincialibus dabatur, quod et frumentum in cellam dicitur. vid. Cella. Verr. III. 93. *uberiora facta sunt* cibaria *caritate.* Att. VI. 3. Cibaria *praefecti.* cf. Fam. V. 20. Graeci cibaria interpretantur σιτομέτρειον. *Demensum* Terentio dicitur, vid. Salmas. Mod. Usur. c. 4. p. 163. *Ern.*

CIBARIUS panis. Tusc. V. 35. est panis nigrior et vilior, qui servis dari solebat, ut ex Isidoro Origg. XX. 2. patet, quem et laudavit Davisius. Nonius autem c. 11. etiam suis temporibus *cibarium* neutro genere de hoc pane dictum tradit: quod olim de omni pane dicebatur. Eadem est adiectivi ratio, quod tamen citius quam substantivum de viliori pane dictum ex hoc Ciceronis loco intelligitur. *Ern.*

CIBUS. 1. Proprio sensu. Leg. II. 27. *quae terra fruges ferre, et ut mater* cibos *suppeditare possit eam ne quis nobis minuat, neve vivus neve mortuus.* N. D.

II 9. *Cleanthes — negat ullum esse* cibum *tam gravem, quin is die et nocte concoquatur.* Div. I. 30. *Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is* cibus, *tranquillitati mentis, quaerentis vera contrariam.* Fin. II. 20. *L. Thorius Balbus — utebatur eo* cibo, *qui et suavissimus esset, et idem facillimus ad concoquendum.* N. D. II. 47. *animalia* cibum *capessunt.* 2. De aëre. N. D. II. 55. *animalis* cibus (*das in der Luft liegende Lebensmittel*). 3. Per comparationem. Fin. V. 19. dicitur *animi cultus quasi qui dam humanitatis* cibus.

CICATRIX. 1. Sensu proprio. Verr. V. 3. Orat. II. 28 *Antonius* orator *non dubitavit excitare rerum consularem* (M' Aquillium) *et eius diloricare tunicam et iudicibus* cicatrices adversas *senis imperatoris ostendere:* scil. quia *adversa vulnera* sola honesta erant; turpia in tergo accepta. 2. Tropice. Tusc. III. 22. de libro Clitomachi ad consolandos captivos cives suos misso: *nec si aliquot annis post idem liber captivis missus esset, vulneribus mederetur, sed* cicatricibus. Rull. III 2. *ne refricare obductam iam rei publ.* cicatricem *videor.*

CICONIA. Fin. III. 19 Ciconiae *aliorum causa quaedam faciunt,* scil. quod serpentes occidant, unde Plinius hist. nat. X. 23. *Honos iis, inquit, serpentium exitio tantus, ut in Thessalia capitale fuerit occidisse, eademque legibus poena quae in homicidam.*

CIERE. 1. Movere. Univ. 7. orbis eodem modo ciebatur. 2. Excitare, agitare. Tusc. I. 23. *quod est animal id motu* cietur *interiore et suo.* Ibid. I. 10. *Aristoxenus dixit ex corporis totius natura et figura varios motus* cieri *tamquam in cantu sonos.* 3. Orat. I. 56. *erctum cieri*, i. e. distribui, sed de *ercto* s. *hercto cito* infra in *erctum* dicemus. Ceterum ex hoc loco concidit tota Salmasii disputatio ad Solinum de voce *citum*, in illo: *herctum citum*, p. 891. Ex graeco κίω, i. e. πορεύω, ad ambulandum provoco, putat esse *ciere*, et hinc *citare, citus*, pro *celer.* Sed in hoc *citus* primam esse brevem. Ab alia origine esse *citus* pro divisus Nam in ea primam esse longam: quod etiam videbatur Stephano et Burmanno ad Virg. Aen. VIII. 642. ubi Donatus *citae* interpretatus est divisa. Esse autem a Graeco verbo σχίω, pro quo et σχίζω ut πρίω, πρίζω. Pro σχίω esse et χίω, ut σφαιρίζω et φαιρίζω. Hinc *cio*,

unde *herctum citum*, patrimonium divisum etc. Haec quidam ar quam oracula secuti sunt. Ex loco nostro falsum esse ap aret, *citum* in *erctum citum* esse a *cieo*. Est enim erc um cieri, non ciri. Veteres dicebant *cieo* et *cio*, ab illo *citus* brevi prima, ab hoc *citus* prima longa, sed eadem vi. Sic in compositis, ut poetae docent latini, *excitus* et *excitus*, ab *excieo*, illud, hoc ab *excio*. Utrumque est commotus, excitatus, provocatus *Erctum ciere* autem non est proprie dividere, sed quum *erctum*, h. e. ut infra demonstrabitur, bona, quae aedibus v. c. paternis continebantur et tamquam arcebantur, movetur loco suo et dividitur, adeoque in alias aedes transit. *Ern.*

CILICIUM. Verr. I. 38. vestis e pilis caprarum contexta.

CINCINNATUS. Red. in Sen. 5. Gabinius dicitur *cincinnatus ganeo*. Eidem tribuitur Sext. 8 *calamistrata coma*. 2. N. D. II. 5. ubi vulgo legitur: *quas Graeci* cometas, *nostri* crinitas *vocant*, nonnulli legunt: *nostri cincinnatas vocant*.

CINCINNUS, sensu proprio, capillus intortus. Pis. 11. *Erant illi* (Gabinio) *compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriae*. 2. Tropice. Orat. III. 25. *eo citius in oratoris aut in poetae* cincinnis *ac fuco offenditur*.

CINGERE, sensu proprio circumdare. Mil. 1. *consessus corona* cinctus. Att. V. 15. *in campo Martio septa — et sumus tuta facturi, eaque* cingemus *excelsa porticu*. Flacc. 12. *regio mari* cincta. 2. Tropice. Manil. 11. *Sicilia multis undique* cincta *periculis*. 3. Munire. N. D. III. 40. *diligentius urbem religione quam ipsis moenibus* cingitis.

CINGULUS, zona. Somn. 6. *cernis terram quasi quibusdam redimitam et circumdatam* cingulis.

CINIS, de mortuis. Verr. I. 44. *cur hunc dolorem* cineri *eius* (Annii) *atque ossibus inussisti*. Phil. XIII. 10. Antonius laetatur Trebonium morte sua *poenas dedisse* cineri *atque ossibus clarissimi viri* (Caesaris). 2. De urbis incensae reliquiis. Her. IV. 8. *nisi sanctissimae patriae* (urbis, cui dixerat acerbissimum paratum fuisse incendium,) *miserandum scelerati viderint* cinerem.

CIRCUITIO. N. D. II. 17. Epicurus circuitione *quadam Deos tollit*; barbari dicerent *indirecte* s. per

CIRCUMCIDERE. 1. Sensu proprio. Fin. V. 14. *ars agricolarum quae* circumcidat, *amputet* —. 2. Tollere Orat. 1. 15. *Licet hinc quantum cuique videbitur* circumcidat *atque amputet.* Fin. I. 13. circumcisaque inanitate omni atque errore. 3. Secludere. Verr. IV. 48. *planities ab omni aditu* circumcisa *atque dirempta.*

CIRCUMCIRCA. Fam. IV. 5. *regiones* circumcirca *prospicere.*

CIRCUMCLUDERE; undique includere. Catil. I. 3. Catilinam dicit Cicero *suis praesidiis, sua diligentia,* et Catil. II. 7. *suis consiliis, laboribus, periculis* circumclusum.

CIRCUMDARE. 1. Sensu proprio. Flacc. 12. *regio insulis* circumdata. Fam. XV. 4. *oppidum vallo et fossa* circumdedi. Tusc. V. 20. Dionysius dicitur *fossam latam cubiculari lecto* circumdedisse. Catil. III. 1. *tectis ac moenibus subiectos prope iam ignes* circumdatosque *restinximus.* Univ. 6. *Deus animum vestivit corpore et* circumdedit *extrinsecus* 2. Tropice. Quint. 10. *si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse* circumdedi. Orat. 1. 62. *Tu — exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus* circumdedisti.

CIRCUMCURSARE Fam. VII. 1. *ut nostras villulas obire et simul mecum lectica* circumcursare *posses.*

CIRCUMDUCERE. Phil. II. 40. *ut vexillum tolleret et aratrum circumduceres* de colonia et Antonio Casilinum deducta. Nempe moris erat in condendis novis urbibus et coloniis deducendis ad territorium definiendum iunctis tauro et vacca aratrum circumducere.

CIRCUMFERRE. Orat. III. 45. *sol ut* circumferatur.

CIRCUMFLARE, sensu tropico. Verr. III. 11. *ventis omnibus invidiae* circumflari.

CIRCUMFLUERE. 1. Concurrere. Mur. 24. circumfluente colonorum exercitu. 2. Abundare. Verr. III. 5. *rebus omnibus* circumfluere *et abundare.* Lael. 15. *omnibus copiis* circumfluere. Att. II. 21. circumfluere *gloria.* 3. De oratione. Brut. 55. *incitata et volubilis nec ea redundans tamen nec* circumfluens *oratio.*

CIRCUMFORANEUS. Cluent. 14. *pharmacopola* circumforaneus. vid. Salmas. ad Solin. 739. Menagius Amoen. Iur. c. 35. 2. Att. II. 1. *aere* circumforaneo *me obruerunt*, i. e. aere alieno sub foenore sumpto. Ratio dicendi inde ducta est, quod pecunia omnis Ro-

CIRCUMPOTATIO. Leg. II. 24. *Legibus omnis* circumpotatio *tollitur:* est περίδειπνον Graecorum, cena funebris silicernium; ubi videtur moris fuisse ut in orbem biberetur.

CIRCUMRETITUS, umstrickt. Verr. V. 58. *quum te implicatum severitate iudicum*, circumretitum *frequentia populi Romani esse videam.*

CIRCUMRODERE. Att. IV. 5. *dudum* circumrodo, *quod devorandum est*, h. e. invitus dico, quod tamen dicendum est. Translatio sumpta a cibis quos fastidimus, quosque antequam comedamus circumrodimus.

CIRCUMSCRIBERE. 1. Describere. Fin. V. 8. *in hunc orbem, quem* circumscripsimus, *incidere non possunt.* Phil. VIII. 8. *Popillius ad Antiochum regem legatus missus quum ei denuntiasset ut ab Alexandria discederet — virgula stantem* circumscripsit (*h. e.* circulum circa eum in arena virgula descripsit) *dixitque se renuntiaturum senatui, nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa* circumscriptione *excederet.* 2. Definire, terminare. Orat. I. 16. *orator finitimus poetae — in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis* circumscribat *aut definiat ius suum.* 3. De periodis. Orat 59. *ante enim* circumscribitur *mente sententia* 4. De periphrasi. Her. IV. 32. *Circuitio est oratio rem simplicem assumpta* circumscribens *elocutione.* 5. complecti seu comprehendere. Verr. II. 61. *uno genere* circumscribere *habetis in animo genus hoc oratorum, quod eos infenso animo atque inimico venisse dicatis*, 6. complecti paucis. Sext. 45. *Sed genus universum brevi* circumscribi *et definiri potest*, 7. coërcere. Mil. 33. *Senatus, credo, praetorem eum* circumscripsisset. — — *An consules in praetore coërcendo fortes fuissent?* cf. Graev. ad Att. VII. 9. — 8. decipere. Rosc. Com. 8. *dic nunc, te ab Roscio* circumscriptum *esse.*

CIRCUMSCRIPTE. Orat. 66. circumscripte *et numerose dicere*, h. e. per periodos, nam opponitur incise et membratim dicere. N. D. II. 59. *Singulas res definimus*, circumscripteque *complectimur;* (*erklären und auf bestimmte Begriffe zurückführen*).

CIRCUMSCRIPTIO. 1. Circulus circa aliquem factus. Phil. VIII. 8. *nisi prius respondisset, quid facturus esset, quam ex ista* circumscriptione *excederet.* 2. Ambitus. Tusc. I. 20. quum totam terram intueri

CIRCUMSEPIO, cingo, Harusp. 21. *iisdem ignibus* circumsepti. Phil. XII. 10. *semel* circumseptus *lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens.*

CIRCUMSIDO. Inv. II. 24. *Quidam imperator quum ab hostibus* circumsideretur.

CIRCUMSISTO. Verr. V. 54. *Lictores eum* circumsistunt *valentissimi.*

CIRCUMSONARE. Att. III. 2. *conducere arbitror talibus aures tuas vocibus undique* circumsonare.

CIRCUMSPECTIO. Ac. pr. II. 11. circumspectione *aliqua et accurata consideratione.*

CIRCUMSPECTARE. Her. IV. 49. *iste aspectu rabido* circumspectans *huc et illuc.* N. D. II. 49. *quanto se opere custodiant bestiae, ut in pastu* circumspectent. Pis. 41. Videte — circumspectantem *omnia, quicquid increpuisset, pertimescentem.* Tusc. I. 30. *dubitans,* circumspectans, *multa adversa reverens nostra vehitur oratio.*

CIRCUMSPECTUS, Phil. XII. 11. *facilis est* circumspectus, *unde exeam, quo progrediar.*

CIRCUMSPICIO. 1. De oculis. Div. II. 32. *nec suspicit nec* circumspicit. 2. De mente et animadvertendi diligentia. Sull. 24. circumspicite *mentibus vestris.* Catil. IV. 2. *incumbite ad salutem rei publ.,* circumspicite *omnes procellas.* Fam. I. 19. circumspectis *rebus omnibus rationibusque subductis summam feci.* 3. De his qui incerti quid agant, tamquam auxilii quaerendi causa saepe circumspiciunt. Rosc. Com. 14. circumspicit, *aestuat.* 4. De iis qui se nimis amant, sibi nimis placent. Rosc. Com. 2. *usque eone te diligis et magnifice* circumspicis.

CIRCUMSTANS. Her. IV. 55. *si a rebus consequentibus aut a* circumstantibus (*Folgen und Umstände*) *non recedemus,*

CIRCUMSTARE. 1. Sensu proprio. Ac. pr. I. 28. circumstant *cum ardentibus taedis.* Att. I. 13. *credo te audisse, quae consurrectio iudicium facta sit, ut me* circumsteterint. 2. Metaphorice. Verr. Aet. I. 17. Circumstant te *summae auctoritates.* Phil. X. 10. *quum dies et noctes omnia nos undique fata* circumstent, *non est viri — dubitare eum spiritum quem naturae debeat, patriae reddere.*

CIRCUMVESTIO. Orat. III. 39. *ut ille, qui occultantem consulto ne id quod ageretur intelligi posset*

duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat: quandoquidam iste circumvestit *dictis, sepit sedulo.*

CIRCUS, est aedificium publicum in oblongam et ab altera parte rotundam formam, ab altera rectam exstructum, in quo ludi equestres, qui inde circenses dicuntur, habebantur. Medius Circus diremptus erat spina, ad cuius extremitates, ubi flectebant aurigae cursum, metae collocatae erant. Ab ea parte, a qua cursus initium fiebat, olim linea recta albo describebatur, intra quam ante signum datum equi cohiberentur, postea carceres perpetui extructi. Circi mentio saepe apud Ciceronem, ut Mur. 34. 35. Circus Flaminius Att. I. 11. Planc. 23. Circus Romanos narrat et exhibet Donat. Rom. Vet. et Nov. III. 14. cf. de Circis inprimis Salmas. ad Solin. p. 655. sqq. disputantem: ut alios taceam. *Ern.*

CIRCUS pro circulo. Arat. fr. *Candens circus* est circulus lacteus s. via lactea.

CISIUM, *genus vehiculi celerrimi et quidem biroti*, Rosc. Am. 7. Cisiis *Ameriam pervolavit.* cf. Phil. II. 31. de hoc genere vide, quae collegit Scheff. de Re Vehic. L. II. c. 18. *Ern.*

CISTA et CISTELLA. Her. I. 12 ea quae alias *sitella:* ubi vid. Pro *cistella* quidam libri *Cistula* habent. Codd. Lambin. *sitella:* quae varietas etiam est ap. Liv. XXV. 3. ubi vid. Sigon. et Gronov. *Ern.*

CISTOPHORUS. Dom. 20. *Ut in Asia* cistophorum *flagitaret.* Att. XI. 1. *in* cistophoro *habeo ad* HS *bis et vicies.* Eius porro mentio Att. II. 6. 18. Est autem *Cistophorus* numus Graecus Asiaticus, qui nomen habet a *cista mystica*, quae in hoc genere numorum conspicitur. In altera etiam parte serpentes plerumque, vannus, caduceus, thyrsus, taeda, ferula etc. conspiciuntur. His rebus expressa sunt Orgiorum solemnia, quae cudendis cistophoris occasionem dedisse probabile est. Signati autem et ante, quam sub Rom. potestatem venisset Asia, et quum provincia facta esset. Itaque et magistratuum Rom. nomina multi praeferunt. Novissimi, quos quidem habemus, Antonii Triumviri nomen exhibent. vid. haec et plura de hoc genere numi ap. Alex. Xaver. Panelium in Diss. de Cistophoris Lugdun. ann. 1734. edita: qui etiam distinguit a cistophoris eos, in quibus cista mystica, non autem

in

in altera parte reliqua Bacchica instrumenta reperiuntur. Quod ad pondus attinet, tetradrachmum fuit hoc numi genus. In eo vero errat Vir. Rev. uti iam in Act. Erudit Lat. a. 1736. mens. Ian. p. 8. monuimus, quod putat, κιστόφορον de numis tantum dici, sed κιστηφόρον vel κιστιφόρον de hominibus, cistam mysticam portantibus. Sic apud Demosthenem de Corona c. 79 pro vulgata κιττοφόρος in Ms. Cod. Vindob. legi κιστιφόρος. Verum est, κιττοφόρος, nihili esse, et iam vidit Rubenius ad num. Asia recepta p. 269. legendum esse κιστοφόρος; quocum idem est κιστιφόρος. Sed κιστοφόρος de hominibus non dici, falsum est. Primo sic est apud Suidam, quam vid. in h. v. ad q. l. Kusterus etiam laudat Photii Lexicon ineditum, et Harpocrationis Codicem Morellianum. Deinde Cl. Gorius in Corpore Inscr. Donian. exhibuit formam Cistophori Bellonae Pulvinensis sacerdotis: quam nos in Actis Erud. l. c. exhibendam curavimus. *Ern.*

CITARE, commovere. Tusc. III. 2. *isque motus aut boni aut mali opinione* citetur. Sed Bentleius legendum putat: excitetur. Verr. II. 40. citare *reum*, non est, quod apud nos *citiren*, h. e. edicere, ut adsit aliquis, ut est Verr. II. 38. sed *citantur* rei a Praetore, voce praeconis, quum iam sunt in iudicio. Sic Verr. II. 38. *Sthenium* citari *iubet, quem posteaquam videt non adesse, dolore ardere.* Ibid. c. 40. Citat *reum, non respondet.* Citat *accusatorem;* citatus *accusator M. Pacilius, nescio quo casu, non respondit, non affuit.* Qui locus est perspicuus, et instar omnium. Nec aliquid efficiunt ea, quae Menkenius in Obs L. L. in h. v. pro contraria sententia dixit: ad quae etiam respondimus in Act. Erud. an. 1746. Verr. I. 7. citati *iudices,* eodem modo intelligendi. *Ern* 2. Metaphorice. Off. I. 22. Citatur *Salamis clarissimae testis victoriae.* Fin. II. 6. *Graeci qui hoc Anapaesto* citantur.

CITATIM. Att. XIV. 20. citatim scribere.

CITERIORA. Tusc. V. 25. opponuntur caelestibus. 2. Recentiora. Fam II 12. *tumultuosae conciones Quinquatriis afferebantur; nam* citeriora (*was seitdem vorgefallen ist*) *nondum audiebamus.*

CITHARA Her. IV. 47. *citharoedus — citharam tenens exornatissimam auro et ebore distinctam.*

CITHARISTA; qui citharam pulsat, sive sine cantu, sive simul vocem accommodet. Phil. V. 6.

CIVIS. 1. Opponitur peregrino. Off. I. 17. *Multa sunt* civibus *inter se communia: forum, fana, porticus, viae, leges, iura, iudicia, suffragia, consuetudines praeterea et familiaritates multisque cum multis res rationesque contractae.* Verr. IV. 34. *Diana Segestana colebatur a* civibus, *ab omnibus advenis visebatur.* Ibid. 35. *Scitote apud Segestanos repertum esse neminem, neque liberum neque servum, neque* civem, *neque peregrinum qui illud signum auderet attingere.* N. D. III. 15. *in Graecia multos habent ex hominibus deos — quos quasi novos et adscriptitios* cives *in caelum receptos putant.* 2. Opponitur servis. Catil. I. 7. *Servi mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes* cives *tui, domum meum relinquendam putarem.* 3. Opponitur hosti. Phil. VIII. 4. cives natura, voluntate hostes. Catil. I. 1. *fuit ista — in re publ. virtus ut viri fortes acrioribus suppliciis* civem *perniciosum, quam acerbissimum* hostem *coercerent.*

CIVITAS. 1. Sext. 42. *conventicula hominum quae postea* civitates *nominatae sunt.* Somn. 2. *concilia coetusque hominum iure sociati quae* civitates *appellantur* Q. Fr. II. 14 *summum otium forense sed senescentis magis* civitatis *quam acquiescentis.* Leg. III. 4. *Platoni placet musicorum cantibus mutatis mutari* civitatum *status. Ego autem nobilium vita victuque mutato mores mutari* civitatum *puto.* Rull. II. 4. *iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorum,* civitatum *afflictarum, perditis iam rebus, extremi exitiorum solent esse exitus.* Verr. V. 6. *Perditae* civitates *desperatis omnibus rebus hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur, vincti solvantur, exsules redeantur, res iudicatae rescindantur.* Caecin. 34. Balb. 11. civitatum *duarum iure civili Romano nemo esse potest.* Balb. 11. *iure nostro neque mutare* civitatem *quisquam invitus potest, neque si velit mutare non potest.* Dom. 29. *nemo civis Romanus aut libertatem aut* civitatem *potest amittere, nisi ipse auctor factus sit.* 2. Ipsum ius civitatis. Balb. 9. civitate donati servi. Caecin. 34. *quibus rebus adimi libertas aut* civitas *possit.* Arch 4. civitas *data lege Silvani et Carbonis* Vid. Ind. Legg. 3. Urbs. Manil. 22. *quae* civitas *est in Asia* 4. De mundo universo. Leg. I. 7. *universus hic mundus una* civitas *communis deorum atque hominum existimanda.*

quiddam contentionis extremum quod tamen interius est quam acutissimus clamor. Her. III. 12. *conservat vocem continui* clamoris *remissio.* Ibid. *quid insuavius quam* clamor *in exordio causae?*

CLAMOSUS. Her. III. 13. *continuatio est orationis enuntiandae acceleratio* clamosa.

CLANDESTINUS. Orat. 66. clandestina consilia. Sull. 11. *exercitus perditorum civium* clandestino *scelere conflatus.* Sen. 12. clandestina *colloquia cum hostibus.*

CLANGOR, de passeris voce. Tusc. II. 10. Homeri versum Iliad. II. 314. μήτης δ'ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα sic convertit Cic. Div. II. 30. *nona super tremulo genitrix* clangore *volabat.*

CLARARE. Div. I. 12. *Iupiter excelsa* clarabat *sceptra columna,* i. e. ostendebat. 2. Designare. Arat. Phaen. 166. *has stellas non potuit nobis nota* clarare *figura.*

CLARE. Att. II. 20. *quum aperte loquantur et iam* clare *gemant.* Fam. VIII. 14. clarius *periculum apparet.*

CLAREO, notus sum. Arat. Phaen. 5. *Andromedae signum, Deltoton dicere Graii quod soliti, simili quia forma litera* (Δ) claret. 2. Eniteo. Off. I. 24. *magisque viri nunc gloria* claret.

CLARISONUS. Arat. Phaen. 280. *a* clarisonis *auris Aquilonis.*

CLARITAS, de splendore vocis. Ac. post. II. 5. *in aedibus celeritatem; vim in manibus;* claritatem *in voce.* 2. Celebritas, nobilitas. Phil. I. 13. *num amplitudinis, num* claritatis, *num gloriae poenitebat?* Div. II. 31. *nam quod haruspices responderunt nihil illo (Roscio Comoedo) clarius nihil nobilius fore, miror, deos histrioni futuro* claritatem *ostendisse, nullam ostendisse Africano.*

CLARUS. 1. Lucidus. Somn. 2. *ostendebat Carthaginem de excelso et pleno stellarum illustri et* claro *quodam loco.* Sull. 14. *Vos in tantis tenebris erroris et inscientiae* clarissimum *lumen praetulistis menti meae.* 2. Dilucidus. Att. VI. 9. *admiratus sum* σύγχυσιν *literularum, quae solent compositissimae et* clarissimae *esse.* Cluent. 48. clara voce, ut omnis concio audire posset dixit. 3. manifestus apertus. Verr. V. 58. *Res erat* clara. 4. celebris. Orat. II. 37. *Non tulit haec civitas aut gloria* clariores, *aut auctoritate graviores.*

eae) *plane* claudicaret, *orator esse non posset.* Brut. 67. *Actio paullum tum vitio vocis, tum etiam ineptiis* claudicabat. 3. De oratione non satis numerosa. Orat. III. 51. *ut in versu vulgus, si est peccatum videt, sic si quid in nostra oratione* claudicat *sentit.* Orat. 51. *nihil curtum, nihil* claudicans, *nihil redundans.*

CLAUDICATIO. N. D. I. 30. *in Vulcano, quem fecit Alcamenes, stante atque vestito leviter apparet* claudicatio *non deformis.*

CLAUDUS. Pis. 28. claudus, *quomodo aiunt, pilam* proverbium in eos, qui, quae a magistro audierunt, tenent, sed neque recte intelligunt, neque eo recte uti possunt. Nam claudus in pilae ludo nil potest nisi pilam sibi traditam retinere, non ea ex regulis ludi uti, propterea quod currere celeriter non potest. *Ern.*

CLAUSTRUM. Verr. IV. 23. *effringi multorum fores revelli* claustra. Rull. I. 7. *sub signo* claustrisque *rei publ. positum vectigal.* 2. De munimentis locorum. Verr. V. 32. *Marcellus* claustra *loci* (Syracusanis) *committenda non existimavit.* Rull. II. 32. Corinthus *erat posita in angustiis atque in faucibus Graeciae sic, ut terra* claustra *locorum teneret et duo maria — paene coniungeret.* 3. Metaphorice. Mur. 8. *quum ego* claustra *ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad consulatum — non magis nobilitati quam virtuti pateret.*

CLAUSULA, extrema pars epistolae vel edicti. Att. VI. 3. Fam. II. 4. Verr. III. 14. 2. Additamentum narrationis. Orat. II. 59. 3 Exitus. Cael. 27. *mimi exitus non fabulae, in quo quum* clausula *non invenitur, fugit aliquis e manibus.* 4. Exitus periodi. Orat. III. 46. clausulas *et interpuncta verborum animae interclusio et angustiae spiritus attulerunt.* Orat. 64. *plures sunt* clausulae, *quae numerose et iucundae cadant;* de pedibus periodi extremis.

CLAVUS, *Nagel.* 1. Tusc. IV. 75. *novo amore veterem amorem tamquam* clavo clavum *eiiciundum putant.* Verr. V. 21. *ut beneficium quemadmodum dicitur trabali* clavo *figeret.* 2. Navis gubernaculum. Sen. 6. *ille autem* clavum *tenens in puppi sedet quietus.* 3. Metaphorice. Sext. 9. Clavum *imperii tenere et gubernacula rei publ. tractare.*

CLEMENS, *sanft.* Off. I. 38. clemens *castigatio.* Fin. II. 4. *etsi satis* clemens *sum in disputando, tamen*

interdum soleo subirasci. 2. *Mild.* Planc. 13. *pater ipso nomine patrio valeret apud* clementes *et misericordes iudices.*

CLEMENTER. Verr. V. 8. *non utar ista accusatoria consuetudine, si quid est factum* clementer, *ut dissolute factum criminer.*

CLEMENTIA. Inv. II. 54. Clementia *est per quam animi temere in odium alicuius concitati invectio comitate retinetur.* Phil. II. 45. Caesar adversarios clementiae specie devinxerat. Q. Fr. I. 1. *omnia plena* clementiae, *mansuetudinis, humanitatis.* Partit. Att. X. 4. *Caesarem non voluntate aut natura non fuisse crudelem, sed quod putaret popularem esse clementiam..*

CLEPERE, clam furari. Leg. II. 9. Tusc. II. 10. N. D. III. 27.

CLEPSYDRA, vasculum effluente aqua horae partes definiens, *Wasseruhr;* cuius usus erat in iudiciis. Orat. I. 34. *hunc non clamator aliquis ad* clepsydram *latrare docuerat.* Tusc. II. 27. *Cras ergo ad* clepsydram, *sic enim dicimus*, h. e. cras redibimus ad declamandi exercitia, quae clepsydra definire solemus. Haec enim plane distinguuntur a disputatione philosophica; auditor enim respondet: Ita prorsus et illud quidem (declamandi negotium) ante meridiem; hoc (disserendi munus) eodem tempore, scil. quo hodie, nempe pomeridiano.

CLIENS, qui est in alicnius patrocinio. Rosc. Am. 7. cliens *et familiaris.*

CLIENTELA, ipsi clientes. Fam. XIII. 64. *quare si te fautore usus erit, amplissime* clientelas *acceptas a maioribus confirmare poterit.* 2. Necessitudo inter patronum et clientem. Rosc. Am. 33. *esse in fide et* clientela *alicuius.* Att. XIV. 12. *scis quam diligam Siculos et quam illam* clientelam *honestam iudicem.*

CLITELLAE, sellae dossuariae quibus insternuntur iumenta, ut asini et muli, ad onera commodius ferenda; (nostris Saumsättel) Scaur. fr. columnas clitellis apportare. Att. V. 15. clitellae *bovi sunt impositae, plane non est nostrum onus, sed feremus.* Hoc proverbium valet in eos, quibus munus est impositum cui vel idonei non sunt, vel quod sibi molestum esse sentiunt.

CLOACAE, receptacula purgamentorum in urbe ad ea deducenda constructa. Sext. 35. *meministis cor-*

poribus civium Tiberim compleri, cloacas *referciri.* Caecin. 13. *praetor qui de fossis et* cloacis *interdicit*, scil. ne quis eas per alienum fundum ducat.

CLYPEUS. Fam. V. 12. Fin. II. 30. *Epaminondas quum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam simulque ipse gravi vulnere exanimari se videret, ut primum quaesiv t salvusne esset* clypeus (scil. in quo ex acie reportari honestum erat). Div. I. 44. *Sisenna narravit Lanuvii* clypeos, *quod haruspicibus tristissimum visum esset, a muribus esse derosos.* Tusc. I. 15. *quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in* clypeo *Minervae, quum inscribere non liceret?* (fortasse legendum *quum inscribere* nomen *non liceret*). cf. Orat. II. 17. Eam vero speciem sic incluserat, ut si quis artifex voluisset eam eximere, soluta compage simul totius incolumitas interiret. Aristot. de mundo c. 6. Apulei. p. 275. T. II. ed. Bip. Huc respicit Cic. Or. 71. in verbis: *ut si quis Phidiae* clypeum *dissolverit, universam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem.*

COACERVARE. Rull. II. 27. *Pecuniae coguntur et* coacervantur. Agr. II. 5. coacervare *agros.* Partit. 11. *Verisimilia partim singula movent suo pondere, partim etiamsi videntur esse exigua per se, multum tamen quum sunt* coacervata, *proficiunt.*

COACERVATIO. Partit. 33. *in peroratione accusatori motus animorum incitandi, frequentatione argumentorum et* coacervatione *universa.*

COACESCO. Sen. 18. *ut non omne vinum, sic non omnis aetas vetustate* coacescit.

COACTOR dicitur, qui in auctionibus pecunias cogit, quae ab emptoribus solvendae sunt, et est fere argentarius. Cluent. 64. Vid. Salmas. de usuris, c. 17, p. 497. Sed etiam dicitur de omnibus qui in quocumque negotio cogendae pecuniae ministri sunt. Sic Rabir. Post 11. *utrum accessionem decumae, ut nostri facere* coactores *solent*, sunt ministri publicanorum, qui decumas exigunt. *Ern.*

COACTUS, i. q. coactio. Verr. V. 29. coactu *atque efflagitatu meo*, ibid. II. 29. coactu *istius.*

COAEDIFICO. Att. XIII. 33. *campum Martium* coaedificari. Partit. 36. *loci* coaedificati *opponuntur vastis.*

COAEQUO. Verr. III. 41. *ad libidines tuas omnia* coaequasti.

COCHLEA. Div. II. 64. Her. IV. 49.

CODEX. 1. In rationibus differ codex accepti et expensi ab adversariis, quod ille diligenter scriptus est, ita ut *accepta et expensa* recte et ordine digerantur, in *adversariis* breviter et promiscue notentur. Sic adversariis respondet apud mercatores nostros *die Kladde*, codici autem accepti et expensi *das Hauptbuch*. Rosc. Com. 2. locus est de ea re classicus ubi Fannius: *Nimium cito ait me indignari de tabulis; non habere se hoc nomen* (diesen Posten) *in* codice accepti et expensi *relatum confitetur, sed* in adversariis *patere contendit*. Cui Cic. sic respondet: *Quod si eandem vim diligentiam auctoritatemque habent* adversaria, *quam* tabulae, *quid attinet* codicem *instituere?* — *Quid est quod negligenter scribimus* adversaria? *quid est quod diligenter conficiamus* tabulas? *qua de causa? quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae, haec delentur statim, illae servantur sancte; haec parvi temporis memoriam, illae perpetuae existimationis fidem et religionem amplectuntur; haec sunt deiecta, illae in ordinem confectae: Itaque* adversaria *in Iudicium protulit nemo;* codicem *protulit, tabulas recitavit*. 2. Codex etiam librum significat, in quo alia memoriae causa conscribentur. Cluent. 33. Verres dicitur *subsortitionem iudicis in codice non habuisse* notatam. Verr. III. 46. L. Piso *multos* codices *implevit earum rerum quibus intercessit*

CODICILLI, breves tabulae ceratae in quibus epistolae scribuntur. Fam. VI. 18. *statim quaesivi a Balbo per* codicillos. Fam. IV. 12. *puer mihi obviam venit cum* codicillis. Q. Fr. II. 10. *epistolam hanc convicio efflagitarunt* codicilli *tui*. 2. Codex minimae formae in quo celeriter memoriae causa varia scribuntur. Phil. VIII. 10. *hic hesterno die sententias nostras* in codicillos — referebat. Att. IV. 8. codicillorum *fasti*. Vid. FASTI.

COEMPTIO. Flacc. 34. Orat. I. 56. Mur. 12. genus matrimonii ineundi, s. ritus, quo in viri manus feminae conveniebant, de quo multa scriptores de nuptiis, Brissonius et alii. Illud certum est, emptionem quandam imaginariam, in hac coemptione intervenisse, qualis autem fuerit, et quibus verbis et ritibus peracta sit, non satis certo constat. Formulas verborum in ea re usitatas ex Ulpiani institutis dat Boëthius, Top. c. 3

Ab hac autem coemptione plane diversa est ea, de qua Muren. 12. senes ad coemptiones faciendas. Hoc enim genus comparatum erat ad sacra interimenda, ut Cicero ait. Nempe, ut primus vere demonstravit I. Fr. Gronovius, heres, qui hereditatem sine sacris habere cupiebat, eam vendebat seni per aes et libram, venditione imaginaria. Haec res hanc vim habebat, ut quoniam Senex bona haberet, non ut hereditatem, sed ut empta, bona ea libera sacris essent. Ut autem redderet senex domino hereditatem facta emptione, stipulatione cavebatur. Vid. haec latius disputantem Gronov. de Sest. IV. 7. Cave autem hos senes confundas cum *senibus coemptionalibus*, ut saepe doctississimi viri fecere. *Ern.*

COEMPTIONALIS. Div. VII. 29. senes coemptionales, *sunt servi, qui singuli propter senectutem pretium nullum inveniunt, iuncti autem aliquos, ut docuit* Gronov. de Sestert. IV. 9.

COENA, s. CENA. Fam. IX. 16. *nec tamen eas* coenas *quaero, ut magnae reliquiae fiant; quod erit, magnificum sit et lautum.* Rosc. Am. 21. *ut puerum vocaret, cui* coenam *imperaret.* Verr. I. 19. *prandia et* coenae.

COENACULUM, est pars altior domus, Graec. ὑπερῷον. Agr. II. 36. *Roma* coenaculis *suspensa atque sublata: Es sind hohe Häuser von vielen Etagen darinnen.* vid. Turneb. ad h. l. in his habitant fere pauperes; unde iocus apud Plaut. Amphitr. III. 1. 3. ubi histrio Iovis personam sustinens: *in superiori qui habito* coenaculo. *Ern.*

COENARE. Orat. II. 60. Appius *coenabo*, inquit *apud te*, huic lusco familiari meo C. Sextio, *uni enim locum esse video.* Cui Sextius: *Manus lava*, inquit, *et coena;* scil. Appii sordes notans; atque hoc modo scurrilem eius iocum egregie retundens.

COENITARE, frequentius coenare. Fam. VII. 16. *si foris* coenitarem. Ibid. IX. 16. *puto enim te audivisse illos apud me declamitare, me apud illos* coenitare.

COENULA. Tusc. V. 32. *Xenocrates quum legati ab Alexandro L ei talenta attulissent — abduxit legatos ad* coenam *in Academiam, iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Quum postridie rogarent eum, cui numerari iuberet: Quid? vos hesterna*

coenula *non intellexistis me pecunia non egere?* Fam. IX. 24. *Vereor ne obliviscare* coenulas *facere.*

COENUM, stercus. Tusc. IV. 24. *Stoici ita disserunt, sic se dicere omnes stultos insanire, ut male olere omne* coenum. cf. Att. II. 21. 2. Est convicium in hominem impurum ac sordidum. Dom. 18. 2. O coenum, *o portentum, o scelus!* Sext. 8. *habeo quem opponam labi illi atque* coeno.

COEO. Fam. V. 19. Phil. II. 10. coire *societatem.* Sen. p. R. 7. *quum hoc tu* coire, scil. societatem de re mala. Cluent. 54. *qui eorum* coiit, coierit, *quo quis iudicio publico condemnaretur.* *Coire* hic dicuntur, qui conveniunt ut iudices vel pecunia, vel consilio impellant, ut reum aliquem condemnent. N. D. II. 48. *Pina cum parva squilla quasi societatem* coit *comparandi cibi.*

COEPI, instituo, decerno. Verr. II. 38. coepit *vendere, et vendidisset.* Rab. Post. 2. *ut magis poeniteret* coepisse (sc. regi Ptolemaeo pecuniam credere) *quam liceret* desistere. Orat. I. 37. *ante petitum esse pecuniam, quam esset* coepta *deberi.* Cornel. fr. coeptum *per eos qui agi volebant, desitum per hunc qui decessit.*

COEPTARE. Fin. V. 9. *animal* coeptat *et ea, quae naturae apta sentit, appetere et propulsare contraria.*

COERATOR. Leg. III. 4. pro curator antique. Male laudat Nizolius coerarius; quae vox nihili est. Ibidem est coerare pro curare.

COERCERE. 1. Cingere, continere. N. D. II. 22. *Mundus omnia complexu suo* coërcet *et continet.* Ibid. 40. *ultimus et omnia cingens et* coërcens *caeli complexus.* 2. Arcere, certis finibus continere. Top. 9. de aqua pluvia: *iubetur ab arbitro* coërceri. 3. De vitiis quae refrenantur castigando et puniendo. Off. III. 3. *qui civium coniunctionem dirimunt, eos* (leges) *morte, exsilio, vinculis, damno* coërcent. 4. Cogere, inhibere. Off. II. 7. *vi oppressos imperio* coërcere. Orat. III 1. *Philippus Crassum pignoribus ablatis instituit* coërcere. 5. Reprimere, de animi vitiis. Tusc. II. 21. *quum praecipitur ut nobismet ipsi imperemus, hoc praecipitur, ut ratio* coërceat *temeritatem.* Fin. I. 16. *in quibusdam neque pecuniae modus est — nec reliquarum cupiditatum, ut* coërcendi *magis quam dedocendi esse videan-*

bem cogitur. 6. Compellere. Rab. perd. 3. *me ex comparato et constituto spatio defensionis in semihorae curriculum* coëgisti. 7. Colligere. Orat. II. 33. *Crassus pollicitus est, se ius civile, quod nunc diffusum et dissipatum est in certa genera* coacturum. 8. In dialecticis, *cogere* est ita concludere, ut persuasio necessario sequatur. N. D. III. 34. *Innumerabilia sunt ex quibus effici* cogique *possit, nihil esse, quod sensum habent, quin id intereat.* 9. Simpliciter concludere. Inv. I. 47. *Si quum aliquis dicat se* profectum *esse ad exercitum, contraque eum quis velit hac argumentatione uti: Si* venisses *ad exercitum, a tribunis militaribus visus esses: non es autem ab his visus; non es igitur* profectus *ad exercitum. Hic quum concesseris propositionem et assumptionem complexio est infirmanda. Aliud enim quam* cogebatur *illatum est.* (*Es wurde in den Schlußsatz etwas anders hineingetragen als was aus den Vordersätzen folgte*). 10. Impellere de animo. Orat. II. 29. *necesse est, ut is qui causam nobis adiudicaturus est, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione* cogatur. 11. De periodo. Orat. 68. *oratio ne infinite feratur ut flumen, — numero* coacta (*durch Rhythmus und Wohlklang beschränkt*) *debet insistere.*

COGITATIO, sensu proprio, Gedanke, Verstandesbegriff. N. D. I. 37. *dicebas speciem dei percipi* cogitatione *non sensu.* Tusc. I. 22. *quidam nequeunt qualis animus sit vacans corpore intelligere et* cogitatione *comprehendere.* Tusc. IV. 13. *In animo tantum* cogitatione *possumus morbum ab aegrotatione seiungere.* Tusc. IV. 11. *haec* cogitatione *inter se differunt, re quidem copulata sunt.* 2. Imaginatio. Mil. 29. *Fingite animis; liberae enim sunt* cogitationes *nostrae et quae volunt sic intuentur, ut ea cernimus, quae videmus; fingite igitur* cogitatione *imaginem* etc. N. D. I. 15. *Chrysippus congregat turbam ignotorum deorum atque ita ignotorum, ut eos ne coniectura quidem informare possimus, quum mens nostra quidvis videntur* cogitatione *posse depingere.* N. D. III. 18. *omnia, quae* cogitatione *nobis aut ipsi possumus fingere.* Her. III. 19. Cogitatio *enim quamvis regionem potest amplecti et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari et architectari.* 3. Meditatio s. commentatio. Orat. I. 33. *subitam et fortuitam orationem commentatio et* cogitatio

facile vincit. Orat. I. 34. *in quotidianis* cogitationibus *equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime.* Hortens. fr. *congruere cum* cogitatione *magna voluptas corporis non potest.* 4. Conscientia. Rosc. Am. 24. *malae* cogitationes *conscientiaeque terrent.* 5. Exspectatio, s. spes. Deiot. 3. *venerunt non sine aliqua spe et* cogitatione. 5. Consilia. Phil. XII. 2. *posteriores* cogitationes, *ut aiunt, sapientiores solent esse.*

COGITATO et COGITATE. Off. I. 8. *permultum interest utrum perturbatione an consulto et* cogitato *fiat iniuria.* Arch. 8. *accurate* cogitateque (*mit Ueberlegung*) *scribere aliquid.*

COGITATUM. Brut. 72. cogitata *praeclare eloqui.* Rull. I. 1. *utrum haec esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia, et utrum* cogitata *sapientum an optata furiosorum videntur?*

COGITO, sensu proprio, denken, de mente. Tusc. V. 38. *docto et erudito homini vivere est* cogitare. Orat. I. 51. *sagaciter pervestigare quid sui cives iique qui audiunt* cogitent, *sentiant, opinentur, exspectent.* Al. pr. 11. *nihil agens ne* cogitari *quidem potest quale sit.* Leg. II. 1. *sive quid mecum ipse* cogito, *sive aliquid scribo aut lego.* 2. Imaginor. Fam. XV. 16. *si insulam Britanniam coepero* cogitare, *eius εἴδωλον mihi advolabit ad pectus.* 3. Cogitare est animatum esse. Att. XIV. 14. in epistola M. Antonii *si humaniter, et sapienter et amabiliter in me* cogitare *vis.* 4. Meditari. Att. IX. 4. *ad haec igitur* cogita *vel potius excogita.* 5. De re futura cogitare. Rab perd. 10. Itane vero? tantis in laboribus C. Marius periculisque vixisset, si nihil longius quam vitae termini postulabant, *spe atque animo de se et gloria sua* cogitasset? 6. Certa consilia agitare. Att. X. 10. *nihil me contra Caesaris rationes* cogitare.

COGNATIO. Fin. V. 1. *Cicero frater noster* cognatione *patruelis amore germanus.* Fin. V. 23. *Caritas generis humani nata a primo satu — serpit sensim foras* cognationibus *primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus.* Cluent. 6. *commune dedecus familiae* cognationis *nominis.* 2. De patria. Phil. V. 2. *an potest ulla* cognatio *propior esse, quam patriae?* 3. De cognatione inter deos et homines. N. D. I. 32. *Semina deorum decidisse* de caelo *in terras putamus,*

mus; et sic homines patrum similes exstitisse? Vellem diceretis; deorum cognationem *libenter agnoscerem.* Div. I. 30. *Posidonius tribus modis censet deorum appulsu homines somniare; uno quod praevideat animus ipse per sese, quippe qui deorum* cognatione *teneatur.* 4. De rebus quarum possessione delectamur. Sull. 20. *genus hominum — qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distrahi posse diceres. Cincius numquam sibi* cognationem *cum praediis esse existimavit suis.* In Catil. II. 8. notantur *homines, qui magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent, quarum amore adducti dissolvi nullo modo possunt.* 5. De coniunctione et nexu partium naturae. Div. II. 15. *ex* cognatione *naturae et quasi concentu atque consensu quam* συμπάθειαν *Graeci vocant.* Ibid. *distantium rerum* cognatio *naturalis.* N. D. III 11. *illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturae, quam quasi* cognatione *continuatam conspirare dicebas.* Div. II. 14. *cum rerum natura quam* cognationem *habent?* inventa scil. haruspicum, inspectis extis. 6. De coniunctione inter eos qui similia studia tractant. Verr. IV. 37. cognatio *studiorum et artium propemodum non minus est coniuncta quam ista generis et nominis,* 7. De nexu inter artes ipsas Arch. 1. *studia humanitatis quadam* cognatione *inter se continentur.*

COGNATUS. 1. Sensu proprio. Red. ad Quir. 3. cognati *et affines.* Rosc. Am. 34. *propinqui* cognatique. 2. Metaphorice. Orat. III. 51 *nihil est tam* cognatum *mentibus nostris quam numeri et voces.* Univ. 6. *deus mundo formam et maxime sibi* cognatam (h. e. aptam) *et decoram dedit.*

COGNITIO. Fin. V. 12. *In natura hominis mirabilis quaedam vis rationis et cognitionis et scientiae.* Off. I. 43. cognitio *contemplatioque* naturae, *manca quodammodo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.* Off. I. 6. *studia scientiae* cognitionisque. Ibid. I. 44. *optimo quisque ingenio totum se in* cognitione *et scientia collocaret*, ubi Heusingerus *cognitionem* in lectione et auditione, *scientiam* in mentis in rerum causis cognoscendis agitatione ponit. Leg. II. 19. *saepe quod positum est in una* cognitione *id* (iureconsulti) *in infinita dispertiuntur.* 2. Notio. N. D. I. 17. *intelligi necesse est esse deos, quoniam insitas eorum vel*

potius innatas cognitiones habemus. 3. *Cognitio est* iudicum in iudiciis ordinariis. Verr. II. 25. *amici recusare, ne quod novum iudicium, ne qua ipsius* cognitio *illo absente de existimatione eius constitueretur.* 4. Item est iudicum in iudiciis s. causis extraordinariis, Att. XVI. 16. C. Brut. 22. Rull. II. 21. 22.

COGNITOR 1. est, qui nobis testis est esse nos eos, quos dicimus esse, et confirmat nos sibi cognitos esse. Verr. I. 5. *civem Romanum, qui* cognitores *honestos daret, sublatum esse in crucem.* Verr. V. 63. cognitorem *locupletem dare.* Ibid. *homines tenues — adeunt ad ea loca quae numquam viderunt, ubi neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper cum* cognitoribus *esse possunt.* 2. inde dicuntur cognitores alicuius causae vel sententiae defensores. Cat. IV. 3. *auctor et* cognitor *sententiae.* Caecil. 4. cognitorem *iuris sui.* Harusp. resp. 21. *quum in me* cognitorem *harum rerum omnium illa flamma illorum temporum coniiciebatur.* Hinc 3. inprimis *cognitor* dicitur, qui praesentis causam in controversia civili agit, quemadmodum absentis *procurator.* Verr. II. 43. cognitorem *adscribit Sthenio,* i. e. adscribit in literis publicis, quis cognitor Sthenii fuerit, quis eius causam egerit. Caecin. 5. cognitor *viduarum.* Rosc. Com. 11. *me* cognitorem *dedisti.* Vide de hoc verbo accuratissime disputantem I. Fr. Gronovium de Sest. IV. 3. 4. Verr. III. 34. Aeschrio et Docimus mariti Pippae et Tertiae quibuscum rem Verres habebat, bona cum maritorum pace, qui uxorum nomine conduxerant decumas quarundam civitatum, *cognitores* uxorum dicuntur, scil. quia uxorum res agebant, earumque nomine decumas exigebant, ideoque *cognitor* dicitur etiam, cuius opera in rebus nostris quibuscunque utimur. Eodem modo, ibid. 60. Apronius *cognitor* Verris dicitur, quia quas decumas redemerat, Verri redemerat, et eius nomine exigebat. *Ern.*

COGNITUS. Orat. I. 22. *Artem negabat esse ullam, nisi quae* cognitis *penitusque perspectis — et numquam fallentibus rebus contineretur.* Fin. V 26. *an quisquam potest probare, quod perceptum, quod comprehensum, quod* cognitum *non habet.* 2. Spectatus. Caecin. 36. *homo in utraque fortuna* cognitus. 3. De re in foro iudicata. Verr. II. 47. *ut aliquando de rebus ab isto* cognitis *iudicatisque dicere desistamus.* 4. Brut.

25. *homo per se* cognitus *est homo novus*; *opponitur* nobili.

COGNOMEN, saepius apud Ciceronem dicitur pro agnomine. Att. II. 13. (Pompeius) *noster amicus* Magnus, *cuius* cognomen *cum Crassi* Divitis cognomine consenescit. Somn. 1. *eritque* cognomen (Africani) id tibi per te partum quod habes ex nobis adhuc haereditarium. Sic Lael. 2. Off. III. 31. Mur. 14.

COGNOMENTUM, item sicut cognomen pro agnomine. Mil. 18. Fin II. 5.

COGNOMINATUS. Partit. 18. *verba* cognominata sunt συνωνυμα. *Brutus legendum putabat* coagmentata. Sed verum est vulgatum.

COGNOSCO. 1. Sensu proprio, intelligo. Orat. 1. *Nihil certum sciri*, *nihil plane* cognosci *ac percipi potest*. 2. Specto. Fam. I. 9. *fidem* cognovi *hominum non ita magna mercede*; ut *cognitus* saepe est *spectatus*. 3. *Cognoscere* dicitur de eo qui dicit se scire quis sit aliquis eumque esse quem se esse dicat; de cognitore. Verr. I. 5. *quum eum Syracusis amplius centum cives* Rom. cognoscerent. 4. *Cognoscere artem*. Orat. II. 41. sentire artem esse adhibitam. 5. *Cognoscere causam*, dicitur orator Orat. II. 24. quum omnia quae ad eam agendam pertinent sibi cognita reddit. 6. Cognoscere causam dicitur iudex, quum eam ab utraque parte actorum explicari audit. Verr. II. 10. item magistratus, qui in quamcumque rem inquirit. Att. XVI. 17. Phil. V. 19. 7. Her IV. 18. *homo* sui cognoscens *dicitur*, qui sibi non nimium arrogat, modestus.

COHAERENTIA. N. D. II. 62. *ad mundi* cohaerentiam *pertinent*, sc. quod sine iis mundus consistere non potest.

COHAERERE, consistere. 1. Tusc. V. 28. *virtutes sine beata vita* cohaerere *non possunt*, *nec sine virtute vita beata*. Har. resp. 27. *si undique fulciamus*, cohaerebunt. Tusc. III. 25. *fulciendi sunt*, *qui ruunt*, *nec possunt* cohaerere *propter magnitudinem aegritudinis*. Saepe sic cohaerere est ap. Cic. Pro eo est iunctum esse. N. D. II. 28. 2. Leg. I. 8. *alia quibus* cohaerent *homines*: partes quibus constant. 3. Caecin. 18. *sermo familiaris et quotidianus non* cohaerebit. Cael. 7. *vix* cohaerebat *oratio*, h. e. vix sibi constabat. 4. Orat. III. 43. cohaerens *oratio*, quae oritur e compositione apta verborum: opponitur hiulcae. *Ern.*

COHORTICULA, parva cohors. Fam. VIII. 6.

COINQUINARE, violare, de stupro. N. D. II. 27. *matres* coinquinari *regum;* ex poeta tragico.

COITIO. Q. Fr. II. 15. coitio *Memmii.* Ibid. III. 1. *in candidatorum consularium* coitione. Haec est illa *coitio*, propter quam de ambitu condemnatus exsulavit Memmius. Fam. XIII. 1. Est enim *coitio* quum homines congregantur rei malae perficiendae, tamquam tribuum corrumpendarum, causa. cf. Harusp. 26. *Ern.*

COLEI. Div. IX. 22. testiculi. Nam sic est ap. Petron. 44. ubi vid. Scheff. Colei autem erat et nomen familiae *Lanuvinae*, unde *Colei Lanuvini* honeste dicebantur, turpiter autem *Cliternini.* Nam ibi nulla familia Coleorum, ut iis memoratis, ad aliud potius obscoenum vocabulum alludi videretur, ut ad κλειτορίδα, aut simile. *Ern.*

COLERE. Att. XIII. 30. a te colendus est. Istae autem κολακίαι longe absunt a scelere. Fam. VI. 12. amor cultus a te diligentissime. Leg. II. 16. dii ritibus patriis colantur. Sic Virg. de more. N. D. I. 41. Dii dicuntur colere homines, i. e. iis consulere, benefacere, ubi vid. Dav. *Ern.*

COLLATIO. 1. Comparatio. Inv. I. 30. collatio *est oratio rem cum re ex similitudine conferens.* Fin. IV. 27. N. D. III. 28. *quae est in* collatione *ista similitudo?* (cf. Div. II. 17.) Tusc. IV. 38. philosophia ex rationum collatione constat. 2. Orat. I. 48. signorum collationes.

COLLECTA, Graec. ἔρανος. Orat. II. 57. collectam *exigere.*

COLLECTIO. Brut. 18. *Attulerat duas res, quas nemo alius: partitiones, de quibus dicturus esset, et* collectiones, *memor et quae essent dicta contra, et quae ipse dixisset:* sunt ἀνακεφαλαιώσεις.

COLLECTITIUS. Fam. V. 3. *miles tiro et* collectitius, *h. e.* non dilectus, sed raptim et promiscue coactus.

COLLEGIUM, p. Red. in S. 13. *servos simulatione* collegiorum *nominatim esse conscriptos.* Collegia erant ex instituto Numae Pompilii, sodalitates plebis, in quas ea descripta erat, de quibus v. Sigon. A. F. C. R. II. 12. et Manut. ad Or. pro Sextio 15. ubi eorundem collegiorum mentio. Sed deinde etiam de honestioribus dicitur. ut Collegium Consulum, Praetorum etc. Frag-

sipatas animi partes rursum in suum locum cogere? Quint. 16. *aliquid loci rationi et consilio dedisses: tu te collegisses* (*hättest dich besonnen*). Tusc. I. 24. *animus quum se* collegit *atque recreavit.* Div. I. 27. *primo perterritum somnio surrexisse, deinde quum se* collegisset *idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse.*

COLLINEARE. 1. Dirigere ad scopum. Fin. III. 6. *ut si cui propositum sit* collineare *hastam aliquo aut sagittam.* 2. Scopum ferire. Div II 59. *quis est enim qui totum diem iaculans, non aliquando* collineet.

COLLIQUEFACTUS. Cluent. 62. *Venenum* colliquefactum *in potione.*

COLLOCARE. 1. In loco aliquo ponere. Tusc. II. 17. collocare *in cubili.* Sext. 38. clari viri *quos a maioribus nostris morte obita positos in illo loco atque in Rostris collocatos videtis.* Brut. 75. *tabulas bene pictas* collocare *in bono lumine.* Orat. I. 35. *tabula et signa propalam* collocata. Q. Fr. III. 1. *columnas neque rectas neque e regione Diphilus* collocarat. Fam. XII. 23. *legiones ad urbem adducere cogitat, easque in cervicibus nostris* collocare. 2. Deponere. Phil. V. 6. lecticae collocabantur. 3. De puellis quae nuptum dantur. Brut. 26. *P. Crassus Galbae filio filiam suam* collocaverat. Div. I. 46. *sororis filiam in matrimonium* collocare. 4. De domicilio alicubi constituto. Fin. V. 1. *Ita se Athenis collocavit* (Atticus) *ut sit paene unus ex Atticis.* Phil. II. 39. *mimos dico et mimas in agro Campano collocatos.* 5. De hospitio. Verr. I. 24. *comites eius item apud ceteros hospites* collocantur, (*wurden einquartirt*), 6. *Collocare pecuniam* dicuntur, qui eam fundo aut metallis emendis impendunt vel foenori dant (Geld anlegen). Manil. 7. *in ea provincia pecunias magnas* collocatas *habent.* Caecin. 4. *Fulcinius quum uteretur dote uxoris numerata, quo mulieri esset res cautior, curavit ut in eo fundo dos* collocaretur. Inde transfertur ad alia, quae cum fructu impenduntur. Sic Fam. XIII. 28. *Bene* collocare *beneficium.* Phil. III. 2. *non effudit patrimonium sed in salute rei publ.* collocavit. Verr. V. 14. *aedilitas recte* collocata. 7. Transfertur ad animi studia. Tusc. V. 1. *totos se in optimo vitae statu* collocarent. Q Fr. I. 1. *qui omne studium suum in doctrina et sapientia* collocassent. Quint. 26. *concedas necesse est ita te caecum cupiditate et avaritia*

Curione filio colloquentem *facit.* Fam. I. 9. *cum ipsa quasi re publica* collocutus *sum.*

COLLUCEO. 1. De sole. N. D. II. 15. *sol in immenso mundo longe lateque* collucet. 2. De corporibus a sole illuminatis. Ac. pr. II. 33. *mare, quia a sole* collucet, *albescit et vibrat.* 3. De alio corporum splendore. Verr. IV. 32. *fulgore candelabri* collucere *atque illustrari* Iovis O. M. templum *oportebat.* Verr. I. 22. *Vidi* collucere *omnia furtis tuis*, h. e. signis et tabulis pictis, quibus Verres provincias spoliaverat in foro expositis.

COLLUDERE; clam cum aliquo fraudis vel furti societatem inire. Verr. II. 24. *nisi tecum* collusisset (*wenn er nicht mit dir unter Einer Decke gespielt hätte*).

COLLUM. Verr. V. 42. *parentes vinctos aspiciunt catenis liberos suos, quum istius avaritiae poenam* collo *et cervicibus suis sustinerent.* Phil. II. 31. *quum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit — in* collum *invasit* (*fiel ihr um den Hals*). N. D. II. 47. *anseres, cygni, grues, cameli adiuvantur* (in cibo capiendo) *proceritate* collorum. Ac. pr. II. 7. columbae collum. Vid. COLUMBA. Brut. 91. *procerum et tenue* collum.

COLLUSIO. Verr. III. 13. *comitum tuorum, hominum nequissimorum* collusio *cum decumanis sociis tuis*, h. e. clandestina et dissimulata societas in fraude et furto. Vid. COLLUDO.

COLLUSOR, qui cum altero alea ludere solet: Phil. II. 23. *Licinium Denticulam de alea condemnatum* collusorem *suum restituit.* Ibid. 39. *agrum Campanum tu compransoribus tuis et* collusoribus *dividebas.* Ibid. V. 5. *cum Curio, consessore eodem et* collusore.

COLLUSTRO. 1. De sole. N. D. II. 36. *Sol omnia clarissima luce* collustrans. Div. II. 43. *Luna distat a sole, cuius lumine* collustrari *putatur.* 2. *Picturae dicuntur* collustratae (*von glänzendem Colorit.*) Orat. 11. quae splendidis coloribus perfectae sunt, ut in iis plus lucis quam umbrarum sit. Itaque opponuntur *opacis.* 3. Perlustro. Tusc. V. 23. *quum omnia* collustrarem *oculis.*

COLLUVIES, de coetu hominum sordidorum. Att. IX. 10. ex epistola Attici: *ut te in certamine vinci*

cum illo (Pompeio) *facilius patiaris, quam cum hoc* (Caesare) *in ea quae perspicitur futura*, colluvie *regnare*. Scil. quia Caesar videbatur braccatas et Transalpinas nationes in urbem recepturus.

COLLUVIO, coetus hominum sordidorum et illiberalium. Sen. 23. *o praeclarum diem quum ad illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar, quumque ex hac turba et* colluvione *discedam*. Vatin. 9. *Drusi colluvio*, hominum grex a M. Livio Druso trib. pl. largitionibus corruptorum. 2. De vitiorum et scelerum multitudine, Sext. 7. *ille nefarius* (Clodius) *ex omnium scelerum* colluvione *natus*. Harusp. 26. de Clodii consiliis, quum in concione dixisset iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli, dicitur: *nisi forte existimatis hanc tantam* colluvionem *in mentem subito venire potuisse*.

COLLYBUS, est permutatio nummorum diversi generis, itemque pecunia quae solvitur argentario pro permutatione (das Aufgeld, das Agio). Att. XII. 6. *in* collybo *est detrimenti satis*. Verr. III. 78. collybus *esse qui potest, quum omnes utantur eodem genere nummorum*.

COLO. 1. Sensu proprio de agris arboribus, plantis. Tusc. II. 5. *agri non omnes frugiferi sunt qui* coluntur. Rosc. Am. 17. *praedia studiose* colere. Fin. IV. 38. *quae ad* colendam *vitem attinebant*. 2. De habitatione. Verr. IV. 53. coliturque *ea pars urbis et habitatur frequentissime*. 3. Metaphorice de vita, studiis, virtutibus, officiis, muneribus. Her. IV. 14. colere *vitam cum virtute*. Att. XII. 27. *nunc plane nec victum nec vitam ullam* colere *possum*. Brut. 91. *studium philosophiae* cultum. Off. I. 41. *conciliationem communem et consociationem generis humani* colere. Leg. I. 16. *cuius muneris* colendi *causa nati sumus*. Fin. II. 26. Quint. 26. *amicitias* colere. Inv. I. 3. *fidem* colere. Off. I. 2. *iustitiam et liberalitatem* colere. Verr. III. 95. *pudorem et pudicitiam* colere. Arch. 16. *ad percipiendam* colendamque *virtutem literis adiuvari*. 4. Observare, revereri. Phil. II. 99. *omnibus eum contumeliis ornasti, quem patris loco, si ulla pietas in te esset*, colere *debebas*. Fam. IV. 4. *observantia summa* colere. N. D. I. 42. *deos* colere, *precari, venerari*. N. D. I. 20. *pie sancteque* colimus (deorum) *naturam excellentem atque praestantem*. Leg. III. 2. *nec vero*

solum ut obtemperent atque obediant magistratibus, sed etiam ut eos colant *diligantque praescribimus.* 5. Curam alicuius genere, benefacere. N. D. I. 41. *quum dii non modo homines non* colant, *sed omnino nihil curent.*

COLONIA est oppidum in quod deducti sunt cives Romani, vel emeriti milites. Gellius N. A. XVI. 13. ubi differentiam municipiorum et coloniarum exponit *Coloniarum*, inquit, *alia necessitudo est; non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatae sunt et iura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii habent. Quae tamen conditio quum sit magis obnoxia et minus libera, potior tamen et praestabilior existimatur propter amplitudinem maiestatemque populi Romani, cuius istae coloniae, quasi effigies parvae simulacraque esse quaedam videntur.* Phil. II. 40. *Deduxisti* coloniam *Casilinum, quo Caesar ante deduxerat. Consuluisti me per literas de Capua tu quidem; (sed idem de Casilino respondissem) possesne ubi* colonia *esset, eo* coloniam *novam iure deducere. Negavi in eam* coloniam, *quae esset auspicato deducta, dum esset incolumis,* coloniam *novam iure deduci;* colonos *ascribi posse* (scil. si forte agri superessent nondum occupati) *rescripsi. Tu autem insolentia elatus omni auspiciorum iure turbato, Casilinum* coloniam *deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum tolleres,* (vid. *Vexillum*) *et aratrum circumduceres* (vid. *Aratrum*) *cuius quidem vomere portas Capuae paene perstrinxisti, ut florentis* coloniae *territorium minueretur.* Significat Antonium partem territorii Capuae eripuisse Casilinoque attribuisse. Brut. 20. Q. Fulvius *Nobilior Q. Ennium civitate donavit, quum triumvir* coloniam *deduxisset.* Rull. II. 34. Capuae L. Considius et Sext. Saltius, qui eo coloniam deduxerunt — *quum ceteris in* coloniis *duumviri appellentur, hi se praetores appellari volebant.* Div. I. 45 *In lustranda* colonia *ab eo qui eam deduceret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur.* Caecin. 33. *in* colonias *Latinas saepe cives nostri profecti sunt aut sua voluntate, aut legis multa,* scil. ut multam sibi impositam effugerent. Sull. 21. *Sulla patronus, defensor, custos* coloniae *Pompeianae.*

COLONUS. 1. Agricola. Orat. II. 71. *optimus* colonus, *parcissimus, frugalissimus.* 2. Coloniae ad oppidum deductae adscriptus. Rull. I. 7. deducant

populi pervenerat. Intelligitur columna Maenia in foro Romano, ubi fures et servi nequam a Triumviris capitalibus puniri solebant. Sext. 8. *ne Scyllaeo illo aeris alieni in freto ad* columnam *adhaeresceret, in tribunatus portum perfugerat;* elegantissima metaphora dictum, columnam Maeniam, scil. ad quam debitores deducebantur, comparando cum scopulis in freto Scyllaeo, ad quos saepe naves illisae frangebantur.

COLUMNARIUM. Att. XIII. 6. columnarium *vide ne nullum debeamus, quamquam mihi videor audisse a Camillo, commutatam esse legem.* Est autem vectigal quod solvitur pro columnis singulis, institutum, ut videtur, lege sumptuaria Caesaris, quod nimii sumptus in columnis fierent. Vid. Burmannum de vectig. R. p. 203. *Ern.*

COLUMNARIUS. Fam. VIII. 9. *Nolo te putare Favonium a* columnariis *praeteritum esse. Optimus quisque eum non fecit.* Apparet fuisse de plebe homines nullius pretii, iique aut propterea *columnarii* dicti quod ibi rei essent. (Vid. *Columna*) ut videtur Manutio ad h. l. aliisque, aut quod potius crediderim, quia circa eam columnam otii fallendi causa versarentur, similes subrostranis et subbasilicanis, quos et ipsos inde dictos scimus, quod pro rostris et ad basilicas esse solerent. Comprehenduntur turba forensi, plebe urbana, de qua saepe Cicero. *Ern.*

COLUS. Orat. II. 69. *quid tu Egilia mea? quando ad me venis cum tua* colu *et lana.* De hoc Opimii dicto, vid. MOLLIS.

COMA. Sext. 8. *calamistrata* coma, p. Red. in Sen. 6. *processit madenti* coma, *composito capillo.*

COMATUS. Phil. VIII. 9. *Galliam,* (inquit Antonius) *togatam* (h. e. *Cisalpinam*) *remitto,* comatam (h. e. *Transalpinam*) *postulo.*

COMBIBERE, de artibus. Fin. III. 2. *iam infici debet* (puer Lucullus) *iis artibus, quas si dum tener est, combiberit ad maiora veniet paratior.*

COMBIBO. Fam. IX. 25. *cum tuis* combibonibus *Epicureis.*

COMBURO. 1. De sole. N. D. II. 15. *is eius tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etiam saepe* comburat. 2. De igne, quo vel vivi vel mortui homines comburuntur. Tusc. II. 22. Calanus Indus — sua voluntate vivus combustus est. Q. Fr. I. 2. Fam. IV. 12.

COMICUS. Rosc. Com. 10. *Nemo illum* (histrionem) *ex trunco corporis, sed ex artificio* comico *spectabat.* Orat. 20. *poeta* comicus. Sen. 36. *quos ait Caecilius* comicos *stultos senes, hos significat credulos, obliviosos.* Dicuntur *comici*, quia in comoediis inducebantur, cf. Lael. 26.

COMINUS, sensu proprio. Sen. 6. *nec* eminus *hastis, aut* cominus *gladiis uteretur.* Att. II. 2. *qui me epistola petivit, ad te, ut video* cominus *accessit.* cf. Caecin. 15. Tusc. IV. 22. 2. Metaphorice de disputatione. Div. II. 10. *Sed haec fuerit nobis tamquam levis armaturae prima orationis excursio, nunc* cominus *agamus experiamurque si possimus cornua commovere disputationis tuae.*

COMIS, gefällig. Balb. 16. Comes benigni faciles suaves homines esse dicuntur; „*qui erranti* comiter *monstrat viam*" *benigne et non gravate.* Mur. 31. *quis Laelio* comior? *quis iucundior*, ibid. *Quemquamne existimas Catone proavo tuo commodiorem*, comiorem, *moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis?*

COMISSATIO, convivium in multam noctem productum saepe cum vagatione nocturna, cum cantu et symphonia coniunctum. Cael. 15. *Libidines, amores, adulteria, convivia*, comissationes, *cantus, symphoniae.* Mur. 13. turpe convivium, amor, comissatio. Catil. II. 5. *quod si in vino et alea* comissationes *solum et scorta quaererent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi.* Orat. III. 41. *Nolo* (verbum translatum) *esse aut maius quam res postulet:* Tempestas comissationis (*der Sturm der Nachtschwärmerey*) *aut minus:* comissatio *tempestatis.* (*die Nachtschwärmerey des Sturms*).

COMITAS, cernitur facilitate obsequendi cum affabilitate et sermonis iucunditate coniuncta. Att. VI. 6. *Mulieres intelligo delectari obsequio et* comitate *adolescentis.* Att. II. 14. *difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum* comitas *affabilitasque sermonis.* Brut. 40. *Crassus in summa* comitate *habebat etiam severitatis satis, Scaevolae multa in severitate non deerat tamen* comitas. Mur. 31. *Si illius* (Catonis *censorii*) comitatem *et facilitatem tuae gravitati severitatique adsperseris, non ista quidem erunt meliora quae nunc sunt optima, sed certe condita iucundius.* Orat. II. 43. *verborum* comitas: *si quid persequare acrius, ut invitus*

Phil.

Phil. XI. 8. *quae igitur haec* comitia? *aut quam ambitionem constantissimus et gravissimus civis L. Caesar in senatum introduxit? clarissimo viro atque innocentissimo decrevit imperium* (P. Servilio) *privato tamen. In quo maximum nobis* (senatoribus) *onus imposuit. Assensus ero* (h. e. si assensus ero), *ambitionem induxero in curiam. Negaro; videbor suffragio meo*, *tamquam* comitiis, *honorem homini amicissimo denegasse. Quod si* comitia *placet in senatu habere, petamus, ambiamus. Tabella modo detur nobis, sicut populo data est. Cur committis Caesar, ut aut praestantissimus vir, si tibi non sit assensum, repulsam tulisse videatur, aut unusquisque nostrum praeteritus, si quum pari dignitate simus, eodem honore digni non putemur.* Verr. I. 7. comitia *mea in quibus petitor fui.*

COMITIALIS. Q. Fr. II. 2. *dies* comitiales, *per quos senatus haberi non poterat.* Verr. II. 52. *mensis* comitialis.

COMITIATUS. Leg. III. 4. *per maximum* comitiatum, *i. e.* per comitia centuriata, in quibus omnes populi ordines suffragia ferebant, quum in tributis plebs tantum ferret. Leg. II. 12. *de iure augurum quid maius est, si de iure quaerimus, quam posse a summis imperiis et summis potestatibus* comitiatus *et concilia vel instituta dimittere vel habita rescindere* Leg. III. 12. *magistratibus auspicia data, ut multos inutiles* comitiatus *probabiles impedirent morae. Saepe enim populi impetum iniustum auspiciis dii immortales represserunt.*

COMITIUM, locus foro Romano contiguus, unde aditus in Curiam. Ibi comitia curiata habebantur; eoque litium minorum et leviorum causa conveniebant. Sext. 35. *forum,* comitium, *curiam quum privatis hominibus occupavissent.* Verr. I. 22. *Vidi — forum* comitiumque *adornatum.* Brut. 84. *Si anguste et exiliter dicere est Atticorum, sint sane Attici, sed in* comitium *veniant, ad stantem iudicem dicant,* (h. e. ad arbitrum privatim sumptum, vel iudicem in levioribus causis). *Subsellia* (iudicum in iudiciis proprie sic dictis) *grandiorem et pleniorem vocem desiderant.*

COMITOR cum dativo. Tusc. V. 35. *cetera quae* comitantur *huic vitae.* Ibid. 24. *tardis mentibus virtus non facile* comitatur.

COMMACULO. Cael. 7. *numquam Caelius tam amens fuisset, ut si se isto infinito ambitu* commaculasset, *ambitus alterum accusaret.*

COMMEARE. Manil. 18 *Insula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus* commeabant. Att. VIII. 9. *Crebro illius literae ab aliis ad eos* commeant. N. D. II. 19. *siderum genus ab ortu ad occasum* commeans. N. D. I. 11. *Pythagoras censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum et* commeantem. Cael. 16. *mulier cuius in hortos iure suo libidines omnium* commearent.

COMMEATUS. 1. Zufuhr, Proviant. Manil. 17. *ex omnibus provinciis* commeatu *et publico et privato prohibebamur.* Att. VII. 9. *ille a* commeatu *et reliquis copiis intercludendus.* 2. Literae quae potestatem dant abeundi, (Urlaubspaſs) vel ipsa ea venia. Verr. V. 43. *cum* commeatu *Syracusis remansit.* Her. I. 14. *qui ad diem* commeatus *non venit* (am Tage da der Urlaub abgelaufen war). 3. Venia per literas data diutius manendi. Att. XIII. 41. *cras igitur;* (ad te proficiscar) *nisi quid a te* commeatus, h. e. nisi tu mihi per literas significaveris, posse me hic manere.

COMMEDITARI, diligenter memoriae mandare saepius cogitando. Her. III. 18. *Locos quos assumpserimus egregie* commeditari *oportet, ut perpetuo nobis haerere possint.*

COMMEMINI. Tusc. I. 6. *ego non* commemini, *antequam sum natus, me miserum. Tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordere.*

COMMEMORABILIS, memoria vel attentione dignus. N. D. II. 52. *multa alia in aliis locis* commemorabilia *proferre possum.* 2. Insignis, praeclarus. Marcell. 4. *Vir* commemorabili *pietate ac virtute praeditus.*

COMMEMORARE 1. Reminisci. Sen. 11. *quid quoque die audierim, dixerim, egerim* commemoro *vesperi.* 2. Mentionem facere. Lael. 20. *Beneficia meminisse debet is in quem collata sunt, non* commemorare *qui contulit.* Q. Fr. I. 1. *omnes de tua virtute* commemorant. Planc. 40. *Nihil ex meis est temporibus, quod minus mea celebratione* commemoratum *sit.*

COMMEMORATIO. Q. Fr. I. 1. virtutis. Verr. I. 39. *Verres in assidua* commemoratione *omnibus omnium flagitiorum fuit.* Orat. 34. commemoratio

antiquitatis; exemplorum prolatio. Arch. 11. *Virtus admonet, non cum vitae tempore esse dimittendam* commemorationem *nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam.* Fam. V. 12. *me* commemoratio *posteritatis* (h. e. sperata posterorum memoria) *ad spem quandam immortalitatis rapit.*

COMMENDATIO, sensu proprio, Empfehlung. Att. VIII. 4. de Dionysio Attici liberto, qui se in Ciceronis fortuna superbum praebuerat, *cui qui noster honos, quod obsequium, quae etiam ad ceteros contempti hominis* commendatio *defuit.* Orat. 36. *principia verecunda — acuta, sententiis vel ad offensionem adversarii vel ad* commendationem *sui.* 2. De rebus quae laudem aut dignitatem, aut favorem pariunt. Brut. 67. *C. Macri si vita, si mores, si metus denique non omnem* commendationem *ingenii evertisset, maius nomen in patronis fuisset.* Fam. I. 7. *magna* commendatio *liberalitatis.* Off. II 13. *Prima* commendatio *proficiscitur a modestia.* Deiot. 1. *qui* commendationem *ineuntis aetatis ab impietate et scelere duxerit,* de Castore adolescente qui nepos avum in discrimen capitis adduxerat, scil. servum ad accusandum dominum impellendo. Pis. 1. *obrepere ad honores errore hominum,* commendatione *fumosarum imaginum,* h. e. nobilitatis maiorum. Off. II. 13. *Prima est adolescenti* commendatio *ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest.* Orat. I. 26. *probitatis* commendatio. Planc. 13. pater (in defendendo filio) apud iudices valeret — *dulcissima* commendatione *naturae.* 3. De primo bono, quod omnes natura appetunt. Fin. II. 12. Epicurus *quum in prima* commendatione *voluptatem dixisset, si eam, quam Aristippus, idem tenere debuit ultimum bonorum quod ille.* 4. De sensuum impulsione. Orat. II. 87. *Simonides vidit acerrimum ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi; quare facillime animo teneri posse ea, quae perciperentur auribus aut cogitatione, si etiam oculorum* commendatione *animis traderentur.*

COMMENDATITIUS. Fam. V. 5. literae commendatitiae. Verr. IV. 66. *intellexi multum apud illum recentes nuntios, multum tabulas non* commendatitias *sed tributarias valuisse;* h. e. Metellum non literis adductum esse, quae Verrem commendarent, sed quibus ipsi munera promitterentur, vel una cum literis tribuerentur.

COMMENDATRIX. Leg. I. 22. *Vitiorum emendatricem legem esse oportet* commendatricemque *virtutum.*

COMMENDATUS. 1. Sensu proprio. Fam. XII. 16. matrem meosque tibi commendatos habe. Balb. 18. *quis nostrum est, cui non illa civitas sit huius studio, cura, diligentia* commendatior. Sext. 9. *Piso erat opinioni hominum nobilitate ipsa, blanda conciliatricula* commendatus. 2. Traditus, commissus, depositus. Leg. II. 9. *Sacrum sacrove* commendatum *qui clepserit, parricida esto.* Cluent. 12. *Magii uxor spem illam quam in alvo* commendatam *a viro continebat victa avaritia sceleri Oppianici vendidit*, h. e. partum sibi medicamentis abegit, pecunia (quae paullo ante *merces abortionis* vocatur,) corrupta. 3. Memoriae traditus. Phil. IX. 5. *Vita Scr. Sulpicii multis erit praeclarisque monumentis ad omnem memoriam* commendata. Phil. II. 13. *quae res unquam gloriosior? quae* commendatior *hominum memoriae sempiternae?*

COMMENDO. 1. Sensu proprio. Fam. I. 3 commendo *tibi eius omnia negotia, liberos, procuratores, familiam.* Fam. VII. 29. *successori nos de meliore nota* commenda. 2. Laudem affero, plausibile aliquid reddo. Orat. I. 59. *Vox quae una maxime eloquentiam vel* commendat *vel sustinet.* Brut. 59. *In Curione iudicari potest nulla re una magis oratorem* commendari *quam splendore verborum et copia.* Att. XIII 19. *Ligarianam orationem praeclare auctoritas tua* commendavit. 3. De memoria ad posteritatem. Fam. V. 12. *Cupio res nostras quam celerrime monumentis* commendari *tuis.* Ibid. *sempiternae gloriae per eum* commendari *nolim, qui non ipse quoque in me* commendando *propriam ingenii gloriam consequatur.* 4. Trado, committo. Fin. III. 5. *placet — simulatque natum sit animal, ipsum sibi conciliari et* commendari *ad se conservandum.* Fam. XV. 20. *Oratorem meum Sabino* commendavi, h. e. tradidi tibi perferendum. 5. Memoriae commendo *est* edisco. Fin. III. 9. *Attendo te studiose et quaecunque rebus his — nomina imponis*, memoriae commendo.

COMMENTARII, libri historici, praesertim ii, qui de rebus ab uno aliquo gestis conscribuntur, Gallis Mémoires Brut. 75. *Caesar scripsit* commentarios *quosdam rerum suarum.* Fam. V. 12. *si enim suscipis causam* (historiam consulatus mei) *conficiam* commen-

tarios *rerum omnium*. Rab. perd. 5. *suppliciorum et verborum acerbitates ex annalium monumentis atque ex regum* commentariis *conquirere*. Brut. 14. *pontificum* commentarii. 2. Alii libri ut philosophici. Off. III. 2. *locum miror a Posidonio breviter tractatum in quibusdam* commentariis. Fin. III. 3. commentarios *quosdam Aristotelios veni ut auferrem*. Orat. II. 55. Bruti patris *publici commentarii* sunt tres eius libri *de iure civili*. 3. Libri memoriales ad usum privatum. Phil. II. 14.

COMMENTARIOLUM. 1. Libellus in quo dictata praeceptorum, vel alia exercendi ingenii aut stili causa conscribuntur. Fin. IV. 4. *quae quidem res* (scil. Topica) *efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque a* commentariolis *suis discedere*. Orat. I. 2. *quae pueris nobis ex* commentariolis *nostris inchoata ac rudia exciderunt* (de libris Rhetoricis, s. de Inventione). 2. Brevis dissertatio Pet. cons. 14. *Volo hoc* commentariolum *petitionis* (i. e. brevem libellum de petitione consulatus) *haberi omni ratione perfectum*. 3. Liber memorialis. Phil. I. 7. *an in* commentariolis, *et chirographis et libellis — acta Caesaris firma erunt?*

COMMENTATIO, meditatio, praesertim de orationibus. Orat. I. 33. *Subitam et fortuitam orationem* commentatio *et cogitatio facile vincit*. Orat. II. 27. *quos locos multa* commentatione *atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis*. Orat. I. 60. *subitae ad propositas causas exercitationes et accuratae et meditatae* commentationes. Ibid. I. 34. commentatio *inclusa in veritatis lucem proferenda est*, h. e. post exercitia domestica verae causae in foro agendae sunt. Fam. XII. 1. *quae in lustris et in vino* commentatio *potuit esse?* 2. Aliarum quoque rerum meditatio *commentatio* dicitur. Tusc. I. 30. *Tota philosophorum vita* commentatio *mortis est*. Tusc. II. 18. *de exercitatione et consuetudine* et commentatione (ferendi doloris) *dixi*. (*Von der Uebung, der Gewohnheit und der Vorbereitung in Ertragung der Schmerzen*). *Agesis nunc de ratione* (*von der Theorie und den Grundsätzen*) *videamus*. Tusc. III. 34. *nihil est quod tam obtundat levetque aegritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit; quam meditatio conditionis humanae, quam vitae lex* commentatioque *parendi*.

tani ius habent emendi vel conducendi. Verr. II. 50. de loco Senatorio quem Verres vendiderat: *ut iste intelligeret, se ei locum vendidisse, cui ne* commercium *quidem esse oporteret*, i. e. *cui ne ius quidem esset ad istum locum aspirandi, nedum eum a praetore emendi.* Verr. IV. 59. *nulla umquam civitas tota Asia et Graecia signum ullum, ullam tabulam — sua voluntate cuiquam vendidit. Nisi forte — arbitramini L. Crasso Q. Scaevolae C Claudio potentissimis hominibus* commercium *istarum rerum cum Graecis hominibus non fuisse*, h. e. *potestatem eius generis ornamenta a Graecis emendi haud fuisse.* 2. Generatim quaevis societas vel mutua consuetudo. Sen. 12. *nec habet voluptas ullum cum virtute* commercium. Tusc. V. 23. *qui modo cum Musis id est cum humanitate et doctrina habeat aliquod* commercium.

COMMEREO. Orat. I. 54. *Athenis interrogabatur reus quam quasi aestimationem* (poenae) commeruisse *se maxime confiteretur*

COMMETIOR. Univ. 9. *ceterorum siderum ambitus ignorantes homines, neque nomen appellant, neque inter se numero* commetiuntur. Inv. I. 27. *Saepe oportet* commetiri *cum tempore negotium, et videre potueritne aut magnitudo negotii, aut multitudo rerum in eo transigi tempore.*

COMMIGRO. Q. Fr. II. 3. *domus tibi conducta est, sed brevi in tuam* commigrabis (*einziehen*).

COMMILITO. Deiot. 10. *adolescens qui meus in Cilicia* (quum ibi proconsule essem) *miles; in Graecia* (quum castra Pompeii secutus essem) commilito *fuit.*

COMMINATIO. Orat. III. 54. *Orationis ipsius* (h. e. verborum) *tanquam armorum est vel ad usum* comminatio *et quasi petitio; vel ad venustatem apta tractatio*, h. e. figurae quaedam verborum utiliter adhiberi possunt, ut adversario tamquam armis comminemur, vel adeo eum adoriamur.

COMMINISCOR, confingo. N. D. II. 23. *Epicurus monogrammos deos et nihil agentes* commentus *est.* Fin IV. 16 *Aristo occurrentia nescio quae* comminiscebatur. Att. VI. 1. *nec me hoc* commentum *putes.*

COMMINUO sensu proprio *confringo*. Pison. 38. *illi statuam deturbant, affligunt*, comminuunt, *dissipant.* Verr. IV. 25. *L. Pisonis — quum esset in Hispa-*

sit? *quid non mecum communicavit?* Verr. V. 14. *magistratus sic accepi, ut me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer. Ita quaestor sum factus, ut mihi honorem illum tum non solum datum sed etiam creditum ac* commissum *putarem.* Verr. I. 52. committere *incommoda sua legibus et iudiciis, quam dolori suo permittere* (scil. ut ipsi iniurias ulciscerentur) *maluerunt.* Att. I. 13. *Satius est in infamiae sordibus relinqui quam infirmo iudicio* committi. Att. IV. 1. *sunt quaedam domestica quae literis non* committo. 2. Negotium inire cum periculo coniunctum, (sich woran wagen.) Att. XV. 11. *auctor non sum, ut te urbi* committas. Fam. XVI. 4. *quare te neque navigationi neque viae* committas. Manil. 11. *quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo* committeret, *quum aut hieme, aut referto praedonum mari navigaret?* Acad. pr. II. 21. *ita finitima sunt falsa veris — ut tam praecipitem in locum non debeat sapiens se* committere. Rosc. Am. 23. committere *se in conclave.* Sext. 54. *se theatro populoque Romano* commiserit. Verr. II. 4. committere *se in conspectum populi.* 3. Perpetrare inprimis de flagitiis et sceleribus. Verr. I. 2. *Verres multa in deos nefarie* commisit. Mil. 23. *Magna vis est conscientiae, ut neque timeant, qui nihil* commiserint, *et poenam semper ante oculos versari putent qui peccarint.* Brut. 61. *tantamne fuisse* (in Curione) *oblivionem, in scripto praesertim, ut ne legens quidem umquam senserit, quantum flagitii commisisset;* de turpi anachronismo quem admiserat. 4. Admittere in se aliquid, quod eum erroris, aut imprudentiae, aut negligentiae convincat. Fam. V. 5. *non* committam *ut tibi insanire videar.* Fam. III. 7. *non est meum* committere *ut negligens fuisse videar.* Leg. I. 13. *vereor* committere *ut non bene provisa et diligenter explorata principia ponantur.* Verr. I. 43. *nemo enim* committeret; *h. e.* nemo adeo imprudens esset, ut contra edictum tuum veniret. 5. Inde *multam committere* est, i. q. aliquid committere multa dignum. Cluent. 37. *Sic poenam octupli* commissam *persequi.* Verr. III. 12. 6. Sic hereditas *dicitur* commissa (*verfallen*) quam propter neglectum aliquod officium heres perdit, ut ad alium transeat. Verr. II. 14. *quum Heraclio magna hereditas venisset, Verrem affines admonent esse in eo testamento, quo ille heres esset, scriptum, ut statuas in palaestra deberet ponere; se facturos ut pa-*

laestritae negent ex testamento esse positas, petantque hereditatem quod eam palaestrae commissam *esse dicant.* Verr. I. 10. *calumniatores ex sinu suo apposuit, qui hereditatem Veneri Erycinae* commissam *esse dicerent.* Flacc. 21. commissa *fiducia (ein verfallenes Pfand).* Fam. XIII. 56. *hypothecae* commissae. Paullo duriore metaphora Dom. 57. *dicitur devotio convicta et commissa,* quum contigit id quod voto suscepto a diis petitum erat. 7. Facere s. instituere. Mur. 15. *Quid? illam pugnam mediocri certamine et parva dimicatione* commissam *arbitraris?* Fam. X. 33. *praelium Pansa* commisit. Rosc. Am. 5. *Longo intervallo iudicium inter sicarios hoc primum* committitur. Q. Fr. III. 4. *quo die ludi* committebantur.

COMMODE. 1. Bequem. Att. XVI. 6. *magis* commode *quam strenue navigavi.* Fam. XI. 16. *ille cui mandari satis scite et* commode *tempus ad te cepit adeundi.* 2. Scite, venuste. Lael. 1. *multa breviter et* commode *dicta.* Orat. I. 53. *haec quum a te divinitus ego dicta arbitrarer* P. Rutilius — *non modo parum* commode *sed etiam turpiter et flagitiose dicta esse dicebat.* 3. *Opportune.* Att. II. 7. *quod literas quibus putas opus esse, curas dandas, facis* commode. Att. X. 3. *feceris igitur* commode *mihique gratum, si me de his rebus feceris certiorem.*

COMMODITAS. 1. Utilitas. Inv. II. 12. *in occasione* commoditas *ad faciendam idonea.* Off. II. 4. *qui ex bestiis fructus, aut quae* commoditas, *nisi homines adiuvarent percipi posset?* Lael. 7. *plurimas et maximas* commoditates *amicitia continet.* N. D. III. 36. *omnes mortales sic habent, externas* commoditates *vineta, segetes, oliveta — omnem denique* commoditatem *prosperitatemque vitae a diis se habere.* 2. Habilitas. Inv. I. 25. *corporis* commoditas *non natura data sed studio industriaque parta.* 3. Venustas; elegantia. Her. I. 1. *copia dicendi et* commoditas *orationis.* Off. I. 39. *ad usum accommodanda est aedificandi descriptio, et tamen adhibenda dignitatis* commoditatisque *diligentia.*

COMMODO. 1. Utendum do. Her. IV. 51. *ait se aedes cuidam ad nuptias* commodasse. Verr. IV. 42. *nomen suum alicui ad translationem criminis* commodare. Marcell. 6. *haec a virtute donata, cetera a fortuna* commodata *esse videntur.* 2. Benefacio. Fam.

XIII. 48. *quibus tu quaecunque* commodaveris *erunt mihi gratissima.* Ibid. 54. *a te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius his* commodes. Ibid. 55. *peto abs te ut omnibus rebus — ei* commodes. Off. I. 16.

COMMODUM, adv. de tempore, *modo, so eben;* Att. X. 18. commodum *ad te dederam literas.* Ibid. XIII. 9. commodum *discesseras heri quum Trebatius venit.*

COMMODUM, quicquid alicui utile est; Vortheil. Orat. II. 82. *qui utilitatem defendet, enumerabit* commoda *pacis, opum, potentiae, pecuniae, vectigalium, praesidii militum, ceterarum rerum quarum fructum utilitate metimur itemque incommoda contrariorum.* N. D. I. 9. *ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes* commodorum *compensatione leniant.* Acad. fr. *ipsam honestatem suo splendore in se animos ducere nullo prorsus* commodo *extrinsecus posito, et quasi lenocinante mercede.* 2. *Prima naturae commoda.* Fin. V. 21. sunt prima naturae humanae studia, s. propensiones, ut cupiditas aliquid agendi, cognoscendi, spectandi. 3. Praemium. Fam. XI. 2. *quod de* commodis *veteranorum* (militum) *laturus esset.* 4. Commodatum. Verr. IV. 3. *qui forum* commodis *hospitum* (h. e. statuis aliisque commentis commodatis) *non furtis nocentium ornarent.* 5. Opportunitas. Att. XVI. 2. commodum *nostrum exspectare debet.* Verr. Act. I. 18. *si spatium ad dicendum nostro* commodo (*nach meiner Bequemlichkeit*) *vacuosque dies habuissemus.* Att. XIV. 18. *quod* commodo *tuo fiat.*

COMMODUS. 1. Opportunus. Att. IX. 5. *si* commodius *anni tempus esset.* Ibid. XIII. 16. *nihil geri potest nec* commodius *nec aptius.* Caecin. 5. *potuisti ad tuum ius faciliore ac* commodiore *iudicio pervenire.* 2. Iucundus, laetus. Q. Fr. III. 1. *literae quas ego accepi satis* commodas *de Britannicis rebus.* Att. VIII. 13. *ea quae in agro Piceno gesta erant cognovi* commodiora *esse multo, quam ut erat nobis nuntiatum.* 3. Qui se mitem et facilem aliis praebet. Muren. 31. *quemquamne existimas Catone proavo tuo* commodiorem *comiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis?* Q. Fr. I. 1. *in hoc genere multo te esse iam* commodiorem (mitigata scil. iracundia) *mitioremque nuntiant.* Lael. 15. *Videre licet eos qui antea* commodis

fuerunt moribus imperio, potestate, prosperis rebus immutari. Her. IV. 18. *qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum,— videre in potestate, quis speret?* 4. *res commodae* sunt i. q. commoda. Partit. 22. *temperantia duobus modis in rebus* commodis *discernitur, et ea quae absunt non expetendo, et ab iis, quae in potestate sunt abstinendo.*

COMMONEFACIO. Her. IV. 24. *quum ipse te veteris amicitiae* commonefaceret; *commotus es?* Fam. XIII. 72. *procuratores scripserunt te propter magnitudinem provinciae multitudinemque negotiorum etiam atque etiam esse* commonefaciendum. Verr. IV. 64. *docent eiusmodi sese fecisse laudationem, ut omnes intelligere possent, non laudationem sed potius irrisionem esse illam, quae* commonefaceret *istius turpem calamitosamque praeturam.*

COMMONEFIO. Verr. V. 43. *nemo est quin tui sceleris ex illa oratione* commonefiat.

COMMONEO. Verr. IV. 26. *hoc me* commonuit *Pisonis annulus quod totum effluxerat.* Her. IV. 33. *non illae te nuptiales tibiae eius matrimonii* commonebant? Fin. III. 1. *ut* commoneri *nos satis sit, nihil attineat doceri.*

COMMONSTRO. Orat. I. 46. commonstrare *viam.* Orat. II. 39. *sedes et tamquam domicilia omnium argumentorum* commonstrare.

COMMORATIO. 1. Mora. Q. Fr. III. 1. *multas dies hanc epistolam in manibus habuit propter* commorationem *tabellariorum.* 2. Diuturnior in aliquo loco conversatio. Fam. VI. 19. *villa et amoenitas illa* commorationis *est, non diversorii.* 3. Est figura rhetorica. Her. IV. 45. Commoratio est, *quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius et eodem saepius reditur.* Orat. III. 52.

COMMOROR, sensu proprio, *sich aufhalten.* Att. V. 12. *quoniam Romae* commoraris. Verr. V. 36. *unam illam solam noctem praedones ad Pelorum* commorata. Fam. XV. 4. *quum ad Cybistra quinque dies essem* commoratus. Att. VIII. 19. *si Caesar circum illa loca* commorabitur. Cluent. 13. *quum esset adolescens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, et ibi diem posterum* commoraretur. 2. *Sich verweilen.* Mil. 10. *Milo — paullisper dum se uxor (ut fit) comparat,* commoratus *est.* 3. Permanere de statu aliquo,

vel vita. Q. Fr. I. 3. *illud fieri non potest, me diutius, quam firma spes postulabit, in tam misera vita* commorari. Fam. VI. 10. *consilium tuum diutius in armis civilibus* commorandi. Sen. 23. commorandi *natura deversorium nobis, non habitandi dedit.* 4. De oratione, ubi in loco aliquo tractando diutius versamur. Orat. 40. *Sic igitur dicet ille quem expetimus, ut verset saepe multis modis eandem et unam rem: ut haereat in eadem* commoreturque *sententia.* Orat. II. 72. *mea ratio in dicendo haec esse solet, ut boni quod habeat* (causa) *id amplectar, exornem, exaggerem; ibi* commorer, *ibi habitem, ibi haeream.*

COMMOTIO. 1. Motus in corpore. Fin. II. 13. *Huic verbo* (voluptatis) *omnes qui Latine sciunt duas res subiiciunt, laetitiam in animo,* commotionem *suavem iucunditatis in corpore.* 2. Affectus. Tusc. IV. 28. *Inter omnes convenire oportet,* commotiones *animorum a recta ratione aversas esse vitiosas.* Tusc. III. 4. *quid? tibi omnisne animi* commotio *videtur insania?* Ibid. V. 14. *Temperantia moderatrix omnium* commotionum.

COMMOTIUNCULA, de levi febricula. Att. XII. 2. *Atticae hilaritatem libenter audio* commotiunculis *συμπάσχω.*

COMMOTUS, de animo. Att. VI. 1. magna animi perturbatione commotus. Off. I. 29. *libidine aliqua aut metu* commoti. 2. De oratione, affectus plena. Brut. 34. *C. Fimbria — genere toto paullo fervidior atque* commotior.

COMMOVERE. 1. Sensu proprio, *locum mutare.* Att. III. 13. *non* commovi *me adhuc Thessalonica,* 2. Excitare de perturbationibus animi. Verr. IV. 21. *acerbum dolorem* commovent. Inv. I. 59. commovere *indignationem et concitare odium.* Phil. III. 7. *invidiam* commovere. Orat. II. 47. *non prius sum conatus misericordiam aliis* commovere, *quam misericordia sum ipse captus.* 3. De aliis animi affectionibus vel studiis. Orat. II. 5. *Haec porticus et tot locis sessiones Graecarum disputationum memoriam nobis* commovent. Muren. 19. commovebar *ludis Antonii;* h. e. metuebam ne mihi nocerent in petitione. 4. De philosophis, qui nova quaedam comminiscuntur. Acad. IV. 6. *Philo nova quaedam* commovet. 5. De sententia, quam impugnamus. Orat. II. 51. *si convellere adoriamur, ea*

communi mente *quasi impressum sit*, est notio confusa, quam omnes habent, et quam evolvit philosophus. Pis. 38 communis *salutatio*: h. e. qua in omnes utimur, etiam ignotos. Orat. II. 77. commune *exordium*, quod multis orationibus praemitti potest, et est in vitio. Ibid. 17. communes *literae*, sunt artes liberales, quibus omnes operam dare solent. Orat. III. 27 *locus communis* dicitur a rhetoribus, qui rem omnem ad genus refert, adeoque ad omnes formas pertinet. Verr. II. 46. est *locus publicus*, ut forum, theatrum, porticus etc. Phil. II. 4. *homo vitae* communis *ignarus*, ein Mensch, der nicht zu leben weifs, ut nos dicimus, qui nescit, quae omnibus, etiam inimicis, officia tribuenda sint, et vulgo tribuantur. Orat. I. 49. *versatus in causis forensibus atque* communibus. Tironum causa monendum est, *communia* dici posse etiam quae vulgaria alias dicuntur, ut supra notamus. Quid enim sunt communia praecepta, a quibus Ciceronis de Oratore libri abhorrent, nisi vulgaria, quae in vulgaribus rhetoricis libellis occurrunt? Est tamen etiam aliquid inter *vulgaria* et *communia* discriminis. *Vulgaria* dicimus, quae communia sunt omnibus, sed ita, ut hoc ipso verbo contemptum eorum significemus. *Communia* autem et ipsa ad plures, atque adeo ad omnes pertinent, sed sine contemptu. Sic dicimus *communem sensum*, *communem rationem*, *communia praecepta*, *communia mala*, *vitium commune*, sed simpliciter respicimus ad id, quod ad plures aut ad omnes pertinet. 3. *Communia omnia* habent significationem amicitiae. Fam. V. 21. *nam tecum mihi esse* communia *omnia, ita quae opto contingunt, ut vehementer velim*: ita locum bene constituit Graevius. Sed sensus est: *tibi amicissimus et familiarissimus esse cupio*. 4. Verr. II. 46. 63. *Commune Siciliae*, i. e. universam Siciliam. Verr. I. 38. *Commune Milyadum*. Vid. de hac forma Heins. ad Ovid. Met. XII. 7. *Ern.*

COMMUNITAS Off. I. 7. *Ea ratio*, *qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi* communitas *continetur*. Fin. IV. 2. *homines nati ad congregationem hominum*, *et ad societatem* communitatemque *generis humani*. Fam. IX. 24. communitas *vitae atque virtus*. Fin. III. 20. *Natura ad civilem* communitatem *coniuncti et consociati sumus*. Off. I. 44. *Eloqui copiose modo prudenter*, *melius est*, *quam vel acutissime sine eloquentia*

cogitare; quod cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia complectitur eos, quibuscum communitate *iuncti sumus.* Phil. VI. 2. *quae vobis potest cum hoc gladiatore* (Antonio) *conditionis, aequitatis legationis esse* communitas? Off. I. 43. *Quum omnis honestas manet a partibus quatuor, quarum una sit cognitionis, altera* communitatis, *tertia magnanimitatis, quarta moderationis, hae in deligendo officio saepe inter se comparentur necesse est. Placet igitur aptiora esse naturae ea officia, quae ex* communitate, *quam ea quae ex cognitione ducantur.* Acad. pr. II. 11. *in eo viso, si erit* communitas *cum falso nullum erit iudicium, quia proprium in communi signo notari non potest.* Idem paullo ante sic effertur: *non potest is cui est visio veri falsique communis ullum habere iudicium, aut ullam omnino veritatis notam.* Topic. 6. de definitionibus: *Sic veteres praecipiunt: quum sumpseris ea, quae sint ei rei, quam definire velis cum aliis* communia *usque eo persequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit; ut hoc:* Hereditas est pecunia *Commune adhuc; multa enim genera sunt pecuniae. Adde quod sequitur:* quae morte alicuius ad quempiam pervenit. *Nondum est definitio. — Unum adde verbum: Iure. Iam a* communitate *res disiuncta videbitur,* i. e. *Nun scheint der Begriff aus dem Allgemeinen herausgehoben und hinlanglich bestimmt zu seyn.*

COMMUNITER. 1. In Gemeinschaft. N. D. II. 48. *dissimillimis bestiolis* communiter *cibus quaeritur.* Rosc. Am. 37. *reliqua Roscius omnia cum Chrysogono* communiter *possidet.* Off. III. 20. *Marius Gratidianus eiusque collegae in praetura conscripserunt* communiter *edictum* (quum essent a tribunis adhibiti ut res numaria de communi sententia constitueretur) *constitueruntque ut omnes simul in Rostra post meridiem escenderent; et ceteri quidem alius alio; Marius a subselliis in Rostra recta, idque quod* communiter *compositum erat solus edixit.* 2. Generatim, *im Allgemeinen.* Inv. II. 4. *quum* communiter *quaedam de omnibus praecipi possint, separatim quoque aliae sunt cuiusque generis et diversae praeceptiones.* Inv. II. 49. *considerandum utra lex* communiter *in plures, utra in aliquam certam rem scripta videatur.*

COMMURMUROR. Pis. 25. inducitur Piso de rationibus suis ad aerarium relatis sic loquens: *ita sunt per-*

perscriptae scite et literate, ut scriba ad aerarium, qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse, caput sinistra perfricans, commurmuratus *sit:* „Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται." Versiculo scil. utebatur scriba ex Plauti Trinummo, ut significaret Pisonem quidem rationes reddidisse, magnam tamen partem pecuniae intervertisse.

COMMUTABILIS. N. D. III. 12. *ut si omnis cera* commutabilis *esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset,* *item nihil* (quod commutari non posset) *argenteum, nihil aeneum, si* commutabilis *esset natura argenti et aeris.* Mil. 26. *varia vitae* commutabilisque *ratio.* Lael. 25. de assentatore: *animus varius,* commutabilis, *multiplex.* Inv. I. 18. commutabile *exordium* (orationis) *est, quod ab adversario potest leviter mutatum ex contraria parte dici.* Quintil. Inst. orat. IV. 1, 71.

COMMUTATIO. Div. II. 42. *caeli conversiones* commutationesque. Inv. I. 34. *annuae* commutationes (*Wechsel der Iahreszeiten*) *non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad utilitates quoque rerum omnium sunt accommodatae.* Att. I. 14. commutatio *voluntatis* (*Aenderung der Gesinnung*). Lael. 21. *morum aut studiorum* commutatio. Fat. 9. *ita fit, ut* commutatio *ex vero in falsum ne in futuro quidem ulla fieri possit.* 2. In arte rhetorica *commutatio* (Gr. ἀντιμεταβολή.) Her. IV. 28. *est figura quo duae sententiae inter se discrepantes ex transiectione ita efferuntur, ut a priore posterior, contraria priori proficiscatur, hoc modo:* Esse oportet at vivas, non vivere, ut edas.

COMMUTO. 1. Muto; a) de rebus corporeis. Fin. V. 25. *fures earum rerum, quas ceperunt signa* commutant. Petit. cons. 11. *cuius et frons et vultus et sermo ad eorum quoscunque convenerit sensum et voluntatem* commutandus *est* b) De animo. Orat. II. 52. *pars orationis, quae suscipitur ab oratore ad* commutandos *animos, atque omni ratione flectendos, intenta ac vehemens esse debet.* Att. XVI. 5. *Quintus praeceptis meis* commutatus *est totus.* 2. De actionibus, institutis, rerum statu. Off. I, 10. *Incidunt saepe tempora, quum ea quae maxime videntur digna esse iusto homine, eoque quem virum bonum dicimus,* commutantur, *fiuntque contraria.* Verr. III. 20. *Quis umquam conatus*

ra, adiuncta materia, temperatione trium partium proportione compactus.

COMPAGES, vincula. Sen. 21. *dum sumus in his inclusi* compagibus *corporis.*

COMPAR, figura rhetorica graece ἰσόκωλος. Her. IV. 20. Compar *appellatur quod habet in se membra orationis quae constent ex pari fere numero syllabarum — hoc modo: In praelio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat.* Apud Ciceronem sunt *paria paribus relata.* Orat. III. 54. Orat. 12.

COMPARABILIS. Inv. I. 30. Comparabile (*in argumentatione probabili*) *est quod in rebus, diversis similem aliquam rationem continet;* cuius generis partes sunt *imago, collatio, exemplum.* Ibid. 28. *Simile ex specie* comparabili — *iudicatur.*

COMPARARE. 1. Parare (*erwerben*). Fam. II. 4. comparare *laudem bonis artibus.* Off. II. 13. *prima adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus* comparari *potest.* Quint. 1. *quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam* comparavi. Oecon. 1. *labore et industria victum* comparare. Rosc. Am. 38. *iccirco amicitiae* comparatur, *ut commune commodum mutuis officiis gubernetur.* 2. Emptione acquirere (anschaffen). Oecon. 1. *mundus muliebris, qui ad dies festos* comparatur. Verr. II. 34. *studiosius* comparare *supellectilem ex aere elegantiorem, tabulas pictas etc.* 3. Apparare. Verr V. 10. *temporibus hibernis ad magnitudinem frigorum — praeclarum sibi hoc remedium* comparat. Verr. I. 26. *magnifice et ornate convivium* comparat. Fam. VII. 1. *reliquas partes dici tu consumebas his delectationibus, quas tibi ipse ad arbitrium tuum* compararas. 4. *Se comparare* est, quae alicui negotio *apta* sunt, parare (*sich worauf einrichten, Anstalten treffen*). Q. Fr. II. 3. *Pompeius se* comparat, *homines ex agris arcessit.* Fam. XVI. 10. *omnino ex hac quoque parte diligentissime* comparatur. Q. Fr. I. 1. *moneo ut te ante* compares. N. D. III. 7. *eas rationes tu ita refellis, ut quum me interrogaturus esse videare, et ego me ad respondendum* compararim, *repente avertas orationem, nec des respondendi locum.* 5. Praeparare. Verr. I. 1. *accusationem* comparare, *h. e.* omnia praeparare, conquirere, quae ad accusationem pertinent. Inv. I. 15. *animum auditoris idonee* comparare *ad reliquam dictionem.* Her. III. 3. *iisdem locis et ad suadendum et ad*

dissuadendum erimus comparati. 6. Instituere, statuere. Quins. 16. *maiores nostri raro id accidere voluerunt;* (ut bona alicuius ex edicto possiderentur et sub praecone venderentur), *praetores ut considerate fieret*, comparaverunt. Her. IV. 16. *Bene maiores hoc* comparaverunt, *ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent.* 7. Conferre cum aliquo, ut quae sit similitudo vel differentia, vel proportio intelligatur. Off. I. 4. *Homo quod rationis est particeps — similitudines* comparat. Orat. 12. *elaboratur — ut crebra conferantur pugnantia* comparen urque *contraria.* Orat. II. 40. *maiora et minora et paria* comparare. Orat. I. 3. *in hoc ipso numero* (poetarum) *si diligenter et ex nostrorum et ex Graecorum copia* comparare *voles, multo tamen pauciores oratores, quam* poetae *boni reperientur.* Dom. 51. *hominem cum homine, et tempus eum tempore, et rem cum re* comparare. Off. II. 6. *quae si longior fuerit oratio cum magnitudine utilitatis* comparetur. 8. Coaequare. Fam. XII 30 *honore digni cum ignominia dignis non erant* comparandi (*nicht auf gleichen Fuss zu behandeln.*) 9. Componere. Quint. 1. *ut ego cum patrono disertissimo* comparer. *Scil.* sicut gladiatores dicuntur *componi*, sic h. l. causarum patroni *comparari.*

COMPARATE. Top. 22. *quum quaeritur quale quid sit: aut simpliciter quaeritur, aut* comparate. *Simpliciter: Expetendane sit gloria?* Comparati: *praeponendam sit divitiis gloria.*

COMPARATIO. 1. *Vergleichung.* Top. 18. Comparatio *maiorum, minorum, parium.* ibid. *Parium* comparatio *nec elationem habet nec submissionem.* Fam X. 5. *ex literis tuis cepi fructum duplicem, mihique in* comparatione *difficilem ad iudicandum, amoremne erga me tuum, an animum in rem publ. pluris aestimandum putarem.* Off. I. 43. *eorum quae honesta sunt potest incidere saepe contentio et* comparatio, *de duobus honestis utrum honestius.* 2. *Verhältniss.* N. D. II. 20. *quum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se* comparationem, *confectis omnium spatiis, est facta conversio.* 3. Praeparatio, apparatus. Mur. 21. comparatio *testium.* Brut. 76. *ipsa* comparatio *disciplinaque dicendi.* Manil. 4. *Mithridates omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad* comparationem *novi contulit.* 4. Cautio. Q. Fr. I. 2. *quibus*

ego ita credo, ut nihil de comparatione *mea* (*Sicherstellung*) *diminuam.* 5. In Rhetorica *Comparatio* est pars constitutionis iuridicialis assumptivae. Inv. I. 11. comparatio *est, quum aliud aliquod alicuius factum rectum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum,* Ibid. II. 24. comparatio est, *quum aliquod factum, quod per se non sit probandum ex eo, cuius id causa factum est, defenditur.*

COMPARATIVUS. Inv. II. 25. *iudicatio comparativa,* est iudicatio in ea parte constitutionis iuridicialis assumptivae, quae comparatione continetur. Vid. COMPARATIO.

COMPARERE. Sull. 26. virtutibus Sullae enumeratis additur: *quae ita a fortuna deformata sunt, ut tamen a natura inchoata* compareant. Orat. 71. *in Thucydide orbem modo orationis desidero,* ornamenta *comparent.* Brut. 52. *Fulvii oratio de incestu nobis pueris omnium optima putabatur, quae vix iam* comparet *in hac turba novorum voluminum.*

COMPASCO, simul cum aliis pasco. Top. 3.

COMPASCUUS ager est, ubi vicinis communiter pascere ius est. Top. 3.

COMPEDES, soleae ligneae quibus pedes captivorum constringuntur. Rab. Perd. 7. *ille ex* compedibus *atque ergastulo Gracchus.* 2. De corpore quo animus quasi vinculis constrictus tenetur. Tusc. I, 31. *nam qui in* compedibus *corporis semper fuerunt, etiam quum soluti sunt tardius ingrediuntur.* 3. Tropice de quovis impedimento. Att. VIII. 3. *Age iam' has* compedes, *fasces inquam hos laureatos, haec ex Italia ferre quam molestum est.*

COMPELLARE, severius aliquem alloqui. Divin. I. 20. compellare *pater me voce videtur.* 2. Ignominiae causa nominare. Her. I. 14. *Mimus quidem* Attium *poetam* compellavit *in scena.* 3. Obiurgare, accusare, interdum etiam nomen deferre. Att. II. 2. *Nigidius minatur in concione, se iudicem, qui non affuerit,* compellaturum. Phil. III. 7. *idem Q. Ciceronem* compellat *edicto.* Fam. VIII. 12. *quum parum procederet, ut ulla lege mihi acsusatorem ponerent,* compellari *ea lege me voluerunt.*

COMPELLATIO 1. Allocutio. Her. IV. 15. *per hominis aut urbis, aut loci, aut rei cuiuspiam* compellationem *hoc modo: Te nunc alloquer Africane. — Item:*

man beym Ankauf sehr entfernter Grundstücke gewinnt, das läuft man sich wieder an den Schuhen ab. Font. 1. *Socii Gallicorum bellorum pericula populo Romano coriis remisque (scil.* contributis) compensarunt. Verr. V. 13. de Verris adolescentia *multa eius damna* (aleatoria) *proferentur, quae ab isto aetatis fructu* (h. e. corpore aliorum libidini ad Venerem praeposteram prostituendo) *dissoluta et* compensata *sunt.*

COMPENSATIO. Her. IV. 25. *fortitudo est contemptio laboris et periculi cum ratione utilitatis et* compensatione *commodorum.* Tusc. V. 33. *Epicurus dicit hac usurum* compensatione (*Ausgleichung*) *sapientem, ut voluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit.* N. D. I. 9. *Ita multa sunt incommoda in vita ut ea sapientes commodorum* compensatione *leniant,* (*indem sie die Güter gegen die Uebel aufrechnen*).

COMPERENDINARE. Verr. Act. I. 11. est reum et accusatorem, causa iam semel cognita, iubere iterum ad diem perendinum adesse; causam iterum acturos. Verr. I. 9. ut opinor (C. Servilius) *Glaucia primus tulit ut* comperendinaretur *reus.*

COMPERENDINATUS, mos et ius comperendinandi. Verr. I. 9. *adimo enim* comperendinatum Brut. 22. *unum quasi* comperendinatus *medium diem fuisse.* Verr. I. 7. *nemo istum* (Verrem) comperendinatum *sed* condemnatum *iudicaret.*

COMPERIRE. Brut. 80. *quum indicia mortis se* comperisse *manifesto et manu tenere diceret.* Cluent. 15. *facinus manifesto* compertum *atque deprehensum.* Ibid. 47. *probavissem ipsos nihil habuisse cogniti nihil* comperti. Cicero quum in coniuratione Catilinaria saepe hoc vocabulo usus esset, ut diceret *se omnia comperisse*, locum dedit aliorum dicteriis. Inde Att. I. 14. *Clodius — me tantum* comperisse omnia *criminabatur.* Fam. V. 5. *Ex multis audivi; nam* comperisse *me non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam quod abs te aiunt* salse (vulgo legitur *falso*) *in me solere conferri.*

COMPETITOR, qui cum alio concurrit in petendis honoribus Off. I. 12. *quum civiliter contendimus aliter si est inimicus, aliter si* competitor, *cum altero certamen honoris et dignitatis, cum altero capitis et famae.*

COMPETITRIX. Muren. 19. *nos quoque scenam habuimus* competitricem. *Quod si ego qui trinos ludos* (aedilis) *feceram, tamen Antonii ludis commovebar,* (qui scenam in circo argento praetexuerat, omninoque ludos magnificentissimos ediderat) *tibi* (Sulpicium alloquitur) *qui casu nullos feceras,* (scil. quia in praetura non Sulpicio sed Murenae sors evenerat Apollinarium ludorum) *nihil huius* (Murenae) *istam ipsam, quam irrides, argenteam scenam adversatam putas?* Cicero igitur innuit se timuisse ne in petendo consulatu sibi memoria ludorum quas Antonius fecerat, noceret; hoc eleganter sic effert: *habuimus scenam competitricem.*

COMPILATIO. Fam. II. 8. *Quid tu me* hoc *tibi mandasse existimas ut mihi — Chresti* compilationem *mitteres.* Vulgo interpretantur *res furto ablatas.* Inepte. Nam Cicero respondet Caelii epistolae quae est Fam. VIII. 1. ubi Caelius se excusat, quod laborem res Romae absente Cicerone gestas perscribendi alteri delegaverit, et sic pergit; *Sed id ipsum* volumen, *quod tibi misi facile, ut ego arbitror, me excusat. Nescio cuius otii esset, non modo perscribere haec, sed omnino animadvertere, omnia enim ibi sunt SCtas, edicta, fabulae, rumores etc.* Ergo *Chresti compilatio* est illud ipsum volumen, cuius conscribendi negotium Caelius Chresto, librario vel scribae, demandaverat.

COMPILO. 1. De furtis proprie sic dictis. N. D. I. 31. *fana* compilare. 2. De pecunia fraude ablata. Vat. 2. *aerarium exhaurire, rem publ.* compilare. Orat. 66. *quum C. Fabricio P. Cornelius homo, ut existimabatur, avarus et furax, sed egregie fortis et bonus imperator gratias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset* (scil. A. U. C. 476.) *bello praesertim magno et gravi* (quod tum contra Pyrrhum gerebatur): *Nihil est quo mihi gratias agas,* inquit, *si malui* compilari *quam venire,* h. e. si malui consulem habere bonum imperatorem, quamvis furacem, quam minus fortem et bonum, sub quo fieri posset, ut captivus ab hostibus sub corona venderer. 3. De furto literario. Mur. 11. *Inventus est scriba quidam Cn. Flavius — qui ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam* compilavit.

COMPINGO, includo. Att. VIII. 8. *Pompeius in Apuliam se* compegerat. 2. Tropice. Orat. I. 11. *ora-*

torem tantum in iudicia et conciunculas tamquam in aliquod pistrinum *detrudi et* compingi *videbam.*

COMPITA, quadrivia, etiam urbana. Rull. I. 3. *hoc etiam nequissimi homines — faciunt, ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis aut* compitis *auctionentur.*

COMPITALIA, festum Laribus ibi ubi viae competebant et in compitis institutum. Att. II. 3. fuerunt e feriis conceptivis, quae quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur; nec certum aut statum diem habebant.

COMPITALICIUS. Att. VII. 7. *quoniam IV. Non. Ian.* compitalicius *dies est, nolo eo die in Albanum venire ne molestus sim familiae*, h. e. servis, qui compitaliis ferias agere et epulari solebant. Att. II. 3. *ambulationes* compitaliciae sunt, quae compitaliis peraguntur. Pison. 4. *ludi* compitalicii.

COMPLANARE. Dom. 33. Sp. Melii *regnum appetentis domus est* complanata (*dem Erdboden gleich gemacht*). *Locus* ipse Aequimelium *dictus*; quod scil. domus solo aequata est, non ut auctor orationis pro domo dicit, quia populus Romanus aequum accidisse Melio iudicavit.

COMPLECTOR. 1. Sensu proprio brachia circumdo. Orat. I. 57. *pater* complexus *filium.* Att. XVI. 5. complecti *et osculari.* Div. I. 28. *nosque inter nos esse* complexos. 2. Aliquem amice et benevole tracto carum habeo; faveo; eius partes sequor. Marcell. 4. complecti *aliquem benivolentia.* Prov. cons. 16. *honoribus et beneficiis* complecti. Att. XVI. 14. *Quum Oppius me hortaretur, ut adolescentem* complecterer. Fam. II. 6. *polliceor te maioris benivolentiae erga te, si* complecti *hominem volueris, habiturum esse neminem.* Ibid. II. 8. *quare da te homini;* complectetur, *mihi crede.* Lael. 15. *quos fortuna* complexa *est.* Phil. V. 16. causam *eam* complexus *est.* 3. Rei cuidam studeo. Att. II. 6. *sic* complexus *sum otium ut ab eo divelli non possim.* 4. De animo et mente. Fam. V. 17. *nec minus nostra sunt, quae animo* complectimur, *quam quae oculis intuemur.* Fam. III. 11. complexus *sum cogitatione te absentem.* Tusc. I. 22. *deum cogitatione* complecti *non possumus.* Fin. II. 34. *Vir sapiens — omne caelum totamque cum universo mari terram mente* complexus. Orat. 2. de idea pulchri; *quod neque oculis neque auri-*

COMPLETUS. Ac. pr. II. 40. *Tune inane quidquam putes esse, quum ita* completa *et confecta sint omnia, ut et quod movebitur corporum cedat, et qua quodque cesserit aliud illico subsequatur.* Tusc. I. 12. *totum prope caelum nonne humano genere* completum *est.* Verr. V. 57. completus *mercatorum carcer.* Div. II. 58. *censent — animorum consentientium multitudine* completum *esse mundum.* 2. De sensibus. Rull. III. 3. completi *sunt animi auresque vestrae — me gratificantem septem tyrannis agrariae legi obsistere.* 3. De periodo absoluta. Orat 50. *meae quidem aures perfecto* completoque *verborum ambitu gaudent.*

COMPLEXIO. 1. Compositio. Fin. I. 6. *Epicurus dixit declinare atomum perpaullulum — ita effici* complexiones, *et copulationes, et adhaesitationes atomorum inter se.* Phil. II. 37. *modo aequum sibi videri* (scripsit) *modo non iniquum. Mira verborum* complexio. 2. Periodus Orat. III. 47. *Longissima est* complexio *verborum, quae volvi uno spiritu potest.* Or. 25 *nec acervatim multa frequentans una* complexione *devinciet;* de figura coacervationis, quae graece συναθροισμὸς dicitur. 3. Conclusio in syllogismo. Inv. I 47. *hic quum concesseris propositionem et assumptionem* complexio *est infirmanda Aliud enim quam cogebatur illatum est.* Ibid. 37. Complexio, per quam id quod conficitur ex argumentatione breviter exponitur. 4. Dilemma. Inv. I. 29. Complexio *est in qua utrum concesseris reprehenditur ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris; si probus cur accusas?* 5. Figura rhetorica, quae et repetitionem et conversionem complectitur ut et repetatur idem verbum saepius et crebro ad idem postremum revertamur. Eius exemplum est Her. IV. 14.

COMPLEXUS, sensu proprio, Umarmung. Phil. II. 25. *venisti in sinum et* complexum *tuae mimulae.* Phil. XI. 2. complexus, *summae benivolentiae falsi indices, extiterunt in amore simulato.* 2. Coitus, Div. II. 69. *Dicitur quidam quum in somnis* complexu Venereo *iungeretur, calculos eiecisse* 3. Metaphorice de patria. Phil. XIII. 15. *res publica illum sinu* complexuque *recipiet.* 4. Ambitus. N. D. II. 22. *mundus omnia* complexu *suo coërcet et continet.* Ibid. 40. *Restat ultimus et omnia cingens et coërcens coeli* complexus.

Orat. I. 48. *Res quae essent propriae belli administrandi, quarum qui essent animo et scientia* compotes, *eos esse imperatores dicerem.* Sext. 69. *qui me huius urbis* compotem *fecerunt;* h. e. reditum ab exsilio confecerunt.

COMPOSITE. 1. De bona oratoris dispositione. Orat. I. 11. composite, *ornate, copiose, eloqui.* 2. De numero oratorio. Orat. 71. composite *et apte, sine sententiis, dicere insania est; sententiose autem sine verborum et ordine et modo infantia.*

COMPOSITIO. 1. Proprie de rebus corporeis. N. D. II. 58. compositiones *unguentorum.* Ibid. I. 18. compositio *membrorum, conformatio lineamentorum.* Tusc. I. 18. *sonorum varia* compositio. 2. De ordine tum universe, tum inprimis disciplinae. Off. I. 40. ordo est compositio rerum aptis et accommodatis locis. Fin. III. 22. *admirabilis* compositio *disciplinae incredibilisque rerum ordo.* 3. De collocatione verborum, inprimis numerosa. Orat. 54. compositio — *tota servit gravitati vocum aut suavitati.* Orat. III. 52. *orator verbis ad aptam* compositionem *et decentiam utatur.* 4. De adornatione artis libro comprehensae. Leg. II. 22. *tota huius iuris* compositio *pontificalis magnam religionem — declarat.* 5. Pax inter litigantes vel dissentientes conciliata, (der Vergleich.) Rosc. Am. 12. *per* compositionem *servare suos cives.* Att. IX. 4. *spes* compositionis *me fefellit.* Phil. II. 10. *pacis, concordiae,* compositionis *auctor esse non destiti.* 6. Constitutio s. descriptio ordinum. Leg. III. 5. *Sic habetote magistratibus contineri rem publicam et ex eorum* compositione, *quod cuiusque rei publ. genus sit, intelligi.* 7. Commissio, de gladiatoribus qui ut inter se pugnent deliguntur, ut pares paribus componantur. Fam. II. 8. *gladiatorum* compositiones.

COMPOSITOR, qui disponit. Orat. 19. *oratorem hoc uno excellere id est oratione — indicat nomen ipsum.* Non *enim* inventor *aut* compositor *aut* actor *haec complexus est omnia.* Leg. II. 12. compositor *anni.*

COMPOSITUS. 1. Instructus, adornatus, paratus. Her. IV. 46. *neque equus indomitus, quamvis natura bene* compositus *sit, idoneus esse potest;* sic de rationibus philosophicis. Leg. I. 13. *haec quae satis scite nobis instructa et* composita *esse videntur.* Verr.

Act. I. 11. *perficiam ut nemo umquam — paratior, vigilantior*, compositior *ad iudicium venisse videntur.* 2. De oratione. Orat. … 12. composita *oratio* (wohlangelegte Rede) *et ornata et artificio quodam et expolitione distincta.* Her. I. 7. *exordium nimis apparatis verbis* compositum. Orat. 61. *auditor, qui non vereatur, ne* compositae *orationis insidiis sua fides attentetur.* 3. Orat. 70. compositus *orator*, i. e. *numerosus* opponitur *incondito.* Illi tribuitur *bene structa collocatio verborum.* 4. De conclusione s. syllogismo. Ac. pr. II. 10. composita *ea conclusio sic est.* 5. De libris conscriptis. Att. I. 16. *commentarius consulatus mei Graece* compositus. Rull. II. 20. *literarum exemplum ab istis* compositum. Caecil. 14. *si ab isto libro quem tibi magister ludi nescio qui, ex alienis orationibus* compositum dedit *verbo uno discesseris.* 6. Fictus. Verr. III. 61. compositum *crimen.*

COMPOTATIO. Sen. 13. *Graeci convivium* compotationem (*συμπόσιον*) *vocant.*

COMPOTOR. Phil. II. 17. *adhibet ioci causa magistrum, suffragio tuo et* compotorum *tuorum rhetorem.*

COMPRANSOR. Phil. II. 39. *agrum Campanum tu* compransoribus *tuis et collusoribus dividebas.*

COMPREHENDO. 1. Capio. Q. Fr. I. 2. *is hominem* comprehendit *et in custodiam Ephesi tradidit.* Catil. II. 1. *quod tam capitalem hostem non* comprehenderim *potius quam emiserim.* 2. Arripere. N. D. II. 32. *natura concipiens et* comprehendens *semen.* Ibid. I. 33. *quid pedibus opus est sine ingressu, quid manibus si nihil* comprehendendum? 3. De facinore, quod deprehenditur. Cluent. 16. *quo facilius* comprehenderetur *res eius indicio.* Mil. 27. de Clodio: *cuius nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis* (Bonae Deae) *nobilissimae feminae* (virgines Vestales aliaeque matronae) comprehenderunt. 4. De oratione et verbis quibus aliquid explicamus. Orat. I. 8. *Ac ne plura consecter*, comprehendam *brevi.* Rosc. Com. 16. *ex pactione verborum, quibus iusiurandum* comprehenditur. Att. XII. 22. *Cato verbis luculentioribus et pluribus rem* comprehenderat. Brut. 8. *ipsa natura circumscriptione quadam verborum* comprehendit *concluditque sententiam.* 5. Continere. Off. III. 16. *huius modi reticentiae iure civili omnes* comprehendi *non possunt.* Rosc.

Com. 5. *Perinde ac si in hanc formulam — omnia officia domestica conclusa* comprehensa *sint.* 6. Percipere, intelligere. N. D. III. 25. *istam intelligentiam aut maris aut terrae non modo* comprehendere *animo, sed ne suspicione quidem possum attingere.* Flacc. 27. *Vestrum est omnia quae dici possunt in hominum levitatem — vestris animis et cogitatione* comprehendere. Leg. II. 9. *quid verius quam neminem esse oportere tam stulte arrogantem — ut ea quae vix summa ingenii ratione* comprehendat, *nulla ratione moveri putet.* Fin. V. 10. *est infixum in ipsa natura (omne animal se ipsum diligere)* comprehenditur *suis cuiusque sensibus.* 7. In animum inducere. Cluent. 2. *Si quam opinionem iam mentibus vestris* comprehendistis (wenn ihr bereits eine vorgefaſste Meinung habt). Balb. 1. *ut verum videatur esse quod nonnulli quasi quiddam incredibile dicere putabantur, eum qui omnes animo virtutes penitus* comprehendisset, *omnia quam facillime tractare.* 8. Complecti, sich verbindlich machen. Cael. 6. comprehendere *multos amicitia.* Fam. XIII. 15. *gratum mihi feceris si hunc adolescentem humanitate tua* comprehenderis. Planc. 19. *quod omnibus officiis totam Atinatem praefecturam* comprehenderit.

COMPREHENSIBILE. Sic Cicero Ac. post. I. 11. latine vertit Graecum καταληπτόν.

COMPREHENSIO. 1. Apprehensio. N. D. I. 34. *si impetraritis ut concedamus eandem esse hominum et deorum figuram, omnis vultus et curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quae adhibetur homini, ingressus, cursus — sessio,* comprehensio, h. e. *ut quaedam manibus apprehendere possit.* 2. Prehensio eorum qui in custodiam tradendi sunt. Phil. II. 8. comprehensio *sontium mea, animadversio senatus fuit.* 3. Notio, s. intelligentia graec. κατάληψις. Ac. pr. II. 10. Ac. post. I. 11. Zeno visum, *quum acceptum iam et approbatum esset,* comprehensionem *appellabat.* Ibid. 32. *ex uno Epicuri capite altero vestro perceptio et* comprehensio *tollitur.* Fin. III. 15. *cognitiones* comprehensionesque *rerum, e quibus efficiuntur artis.* 5. In Rhetoricis est periodus. Brut. 44. comprehensio *et ambitus ille verborum si sic periodum appellare placet.* Ibid. 8. *spiritu, quasi necessitate aliqua verborum* comprehensio *terminatur.* Orat. 44. *ut* comprehensio *numerose et apte cadat.*

COMPROBARE, approbare. Manil. 24. *istam tuam legem et voluntatem et sententiam laudo vehementissimeque* comprobo. Caecin. 25. *crede huic testi;* has comproba *tabulas.* 2. Assensu suo probare, credere. N. D. II. 3. *ne domesticis quidem exemplis docti numen deorum* comprobabimus, (*wollen wir nicht an den Einfluſs der Götter glauben*). 3. Confirmare. Verr. II. 48. *meministis rem totam hominis certissimi testimonio* comprobari. Cael. 24. *perceleri* (servi) *interitu esse ab hoc* comprobatum *venenum.*

COMPROBATIO. Fin. V. 22. *quis est qui non moveatur et offensione turpitudinis et* comprobatione *honestatis*, h. e. si quis actionibus suis honestatem ei comprobaverit.

COMPROBATOR. Inv. I. 28. *eius facti qui sint principes et inventores, qui denique auctoritatis eius et inventionis* comprobatores *atque aemuli.*

COMPROMISSUM est, quum utraque litigantium pars promittit, se arbitri sumti sententia staturam, ni fecerit, certam pecuniam, ut in sponsione, amissuram. vid. *compromittere.* Rosc. Com. 4. *quid ita de hac pecunia — — de tuarum tabularum fide* compromissum *feceris, arbitrum sumseris* etc. Verr. II. 27. *iudicium de* compromisso. Verr. II. 27. *poenis*, compromissisque *interpositis HS. CCC. extorquenda curavit: quodque iudicium secundum Heraclium de* compromissis *factum erat* etc. Sed quoniam illud genus compromissi inde dicitur, ut ex notatione intelligitur, quod uterque promittit et inter eos de re convenit, compromissum in genere dicitur omne id, de quo inter duas partes convenit. Sic Fam. XII. 30. *Sed a magistris* (auctionis) *quum contenderem de proferendo die, probaverunt mihi, sese, quo minus id facerent, et* compromisso *et iure iurando impediri. Ern.*

COMPROMITTERE, dicuntur, inter quos de re quacumque convenit, quique aliquid de communi sententia statuunt se facturos, interposita arbitraria poena. Q. Fr. II. 15. tribunicii candidati compromiserunt, HS. quingenis in singulos apud M. Catonem depositis, petere eius arbitratu, ut qui contra fecisset ab eo condemnaretur.

COMPTUS. Pis. 11. compti capilli. Sen. 9. *diserti senis* compta *et mitis oratio.*

COMPUNGERE. 1. Sensu proprio. Off. II. 7. *Barbarus* compunctus *notis Threiciis*, 2. metaphorice de subtilioribus argumentis in disputando. Orat. II. 38. *dialectici ipsi se* compungunt *suis acuminibus*.

COMPUTARE, rationes subducere. Phil. II. 37. *Caesar compellarat hospitem* (Deiotarum) *praesens*, computarat, *pecuniam imperarat*.

CONARI, tentare aliquid s audere Orat. 30. *Vides Demosthenem multa perficere nos multa* conari. Rosc. Am. 19. *quod planum facere non modo non possis, verum ne* conari *quidem*. Quint. 24. *dixi* (Roscio Comoedo) *mihi videri ore durissimo esse, qui praesente eo gestum agere* conaretur. Caecil. 14. *numquam* (Hortensius) *ingenio me suo labefactare atque infirmare* conabitur. Deiot. 6. *quod et occultius* conari *et efficere cautius potuit*.

CONATUS. 1. Actus aliquid suscipiendi vel tentandi. Orat. 29. *Nulla est laus oratoris cuius in nostris orationibus non sit aliqua si non perfectio, at* conatus *tamen et adumbratio*. Orat. 11. *hac ego religione non sum ab hoc* conatu *repulsus*. Catil. I. 5. *comprimere nefarios* conatus. Phil. X. 15. conatus *exercitus comparandi*. 2. Vis et studium in agendo. Quint. 14. *quo maiore* conatu *studioque aguntur, eo leviora infirmioraque existimo*. 3. Vis et impetus ad aliquid agendum. N. D. II. 47. *Natura dedit beluis et sensum et appetitum, ut altero* (*appetitu*) conatum *haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera a salutaribus*

CONCALEFACIO. 1. Sensu proprio. Orat. II. 78. quum brachium concalefecerit. Tusc. I. 18. Democritus individuorum corporum (atomorum) concursionem — concalefactam et spirabilem esse voluit. 2. Metaphorice de perturbatione animi. Fragm. Epp. ad Pans. *Ventidianis rumoribus* concalefecimus.

CONCALESCO. Tusc. I. 18. *corpora nostra amore animi* concalescunt.

CONCALLEO. N. D. III. 20. Callidos *appello, quorum, tamquam manus opere sic animus usu* concalluit. Att. IV. 16. *Locus ille animi nostri, stomachus ubi, habitabat olim* concalluit; i. e. ita obduratus est ut irasci amplius nequeam.

CONCAVUS. N. D. II. 39. *speluncarum* concavae *altitudines.* Fat. 7. *Zopyrus Socratem stupidum esse dixit, quod iugula* concava *non haberet.*

CONCEDO, a) significatione neutrali. 1. *Abeo.* Catil. I. 17. *ab eorum oculis aliquo* concederes. Div. II. 19. *caeli distributio docet unde fulmen venerit, quo* concesserit. 2. *Transeo.* Acad. fragm. *Academicus utrosque audiat trahentes se ad suas partes. Sed si in illos aut in istos* concesserit, *ab eis quos deserit, insanus, imperitus temerariusque clamabitur.* 3. cedo alicui; *vincor.* Pis. 30. *intelligi volui bellum ac tumultum paci atque otio* concessurum. Ibid. concedat *laurea laudi.* Tusc. III. 29. naturae vim attulimus *ut magnitudini medicinae doloris magnitudo* concederet. Att. XII. 46. *de cupiditate nemini* concedam. Fam. X. 3. *nemini* concedo, *qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse.* Fam. IV. 3. *nemini* concedo *qui maiorem ex rei publ. pernicie molestiam traxerit.* Rosc. Am. 40. *num videtur iste discipulus magistro tantulum de arte* concedere? Caecin. 35. *suum ius non deseruit, nec quicquam illius audaciae petulantiaeque* concessit. Att. XIV. 18. *neque ei quidquam in desperatione* concedo. Cat. I. 9. in multis edd. legebatur: *at temporibus rei publ.* concedas; verius tamen nunc legitur *cedas.* 4. *Obtempero.* Caecin. 24. *Mirum videri solet nec iurisconsultis* concedi, *nec ius civile in causis semper valere oportere.* b) Significatione activa. 1. Permitto, tribuo. Agr. I. 1. *agros* concedere. Rosc. Com. 6. *crimen gratiae* concedebas, *h. e.* criminabare gratiae a Fannio ineundae causa. Verr. I. 12. *vos quaeso ante hoc et* concedite *pudori meo.* Quint 30. *artes, quibus tu magnus es tibi* concedit. Lael. 11. *si rectum statuerimus vel* concedere *amicis, quidquid velint, vel impetrare ab iis, quidquid velimus.* Off. I. 35. *nec vero histrionibus oratoribusque* concedendum *est, ut iis haec apta sint, nobis dissoluta.* Orat. I. 13. *quibus ego, ut de his rebus omnibus in angulis — disserant, quum* concessero, *illud tamen oratori tribuam et dabo.* 2. Remitto aliquid in alterius gratiam. Prov. cons. 18. *si non licet per aliquos ita gloriari me dolorem atque inimicitias meas rei publ.* concessisse. Phil. II. 12. *petitionem alicui* concedere, est *abstinere a petendo honore alterius causa.* 3. *Ignosco,* condono. Tusc. II. 7. *ei* concedendum *est parenti.* Verr. I. 49. *quid est aliud peccata* concedere *omnibus.*

uxor, et iam appropinquare partus videretur, mulierem veneno interfecit (Oppianicus), *ut una illa et quod erat ex fratre* conceptum, *necaretur.* 3. Metaphorice *exortus.* Muraen. 39. *ego — hoc quod* conceptum *res publ. periculum parturit consilio discutiam et comprimam.* N. D. III. 36. conceptus *a se ipse dolor* opponitur *divinitus immisso.* 4. Illatus. Verr. Act. I. 16. concepta *huic ordini turpitudo atque infamia.* 5. Contractus. Rosc. Am. 24. *magnam possidet religionem maternus paternusque sanguis, ex quo si qua macula* concepta *est — elui non potest.* Tusc. IV. 9. *Discordia ira acerbior intimo — corde* concepta. 6. Meditatus, excogitatus. Sull. 24. *furorem biennio ante* conceptum *erupisse in meo consulatu scripsi.* Post Red. ad Quir. 1. *odium* conceptum *iam diu.* 7. Perpetratus. Verr. IV. 32. *hoc nefario scelere* concepto. 8. Cognitus, perceptus. Fin. II. 2. *nisi mihi viderer habere bene cognitam voluptatem et satis firme* conceptam *animo et comprehensam.* 9. Cluent. 48. *verbis* conceptis *peierare,* est iuramentum, quod certis verbis conceptum erat violare.

CONCEPTUS. conceptio. Div. I. 42. *ex hominum pecudumve* conceptu *et satu.* Univ. 11. *Caeli satu Terraeque* conceptu.

CONCERPO. 1. Sensu proprio. Att. X. 14. *epistolas* concerpito. 2. *Metaphorice* conviciis incesso. Fam. VIII. 6. *quod tibi scripsi Curionem frigere; iam calet; nam ferventissime* concerpitur.

CONCERTATIO, de disputatione acriore. Div. I. 30. *Carneades* concertationis *studio, modo ait hoc modo illud.* Orat. I. 45. concertationum *plenae disputationes.* Fin. I. 8. concertationes *in disputando pertinaces.* Orat. II. 17. *ieiuna* concertatio *verborum.*

CONCERTATORIUS. Brut. 83. *Thucydides hoc forense,* concertatorium, *iudiciale non tractavit genus.*

CONCERTO. Manil. 10. *Pompeius saepius cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico* concertavit. Att. III. 12. *nunquam accidit ut cum eo verbo uno* concertarim.

CONCESSIO. Att. III. 24. *quum* (tribuni plebis) *nostra* concessione, (*h. e. quod consensu senatus designatis coss. provincias decreverant, tribunis plebis praeteritis*) *omnem vim iuris sui amiserint;* (*quia scil. res confecta erat, antequam novi tribuni magistratum ingressi essent*). 2. Concessiones *agrorum.* Agr. III. 3.

quibus agri publicati privatis tribuuntur. 3. Tog. Cand. I. concessione *competitorum*, h. e. quod competitores tui ut tibi gratificarentur a petitione abstinebant. 4. In arte rhetorica *Concessio* est pars assumptivae constitutionis. Inv. II. 31. *per quam non factum ipsum probatur ab reo, sed ut ignoscatur id petitur;* seu Her. I. 14. qua reus postulat sibi ignosci; eaque dividitur in *purgationem* et *deprecationem*.

CONCESSUS. 1. Venia. Cael. 12. *datur enim* concessu *omnium huic aliquis ludus aetati.* 2. Munus, beneficium. Univ. 44. *philosophia data est nobis deorum* concessu *ac munere.* Fam. IV. 6. *illius* concessu *ac beneficio.*

CONCHA. Orat. II. 6. conchas *et umbilicos legere.* N. D. II. 48. *pina duabus grandibus patula* conchis.

CONCHYLIATUS, purpureus. Phil. II. 27. conchyliata *peristromata.*

CONCHYLIUM. Div. II. 14. *ostreis et* conchyliis *omnibus contingere (dicitur) ut cum luna pariter crescant, pariterque decrescant.* Pis. 27. *exstructa mensa non* conchyliis *aut piscibus sed multa carne subrancida.* 2. De colore purpureo. Verr. IV. 26. *Mulier Segestana — per triennium (Verri) plena domo telarum stragulam vestem confecit; nihil nisi* conchylio *tinctum.*

CONCIDO (penultima brevi.) 1. Cado. Somn. 8. *vel* concidat *omne caelum.* Orat. II. 86. *conclave* concidit. Div. I. 35. *equus (C. Flaminii) sine causa repente* concidit. Brut. 11. *Themistoclem aiunt, quum taurum immolavisset excepisse sanguinem patera, eoque poto, mortuum* concidisse. Tusc. I. 37. *Mors si timeretur non L. Brutus — in praelio* concidisset. 2. De animo vires suas vel earum usum amittente. Div. II. 58. *contrahi animum Zeno et quasi labi putat atque* concidere *et id ipsum esse dormire.* Dom. 52. *mentem debilitatam metu* concidisse. Att. I. 16. *ne patres conscripti una plaga accepta* conciderent, *ne deficerent.* 3. De fortuna afflicta. Att. III. 10. *quis umquam ex tam amplo statu* concidit? p. Red. in Sen. 7. *quum ego una cum re publica non tribunicio sed consulari ictu* concidissem. 4. De imminuta rerum existimatione vel auctoritate. Ac. pr. II. 47. *artificia* concidere *dicebas*, h. e. se tueri non posse. Verr. IV. 6. *Iuvat me haec praeclu-*

ra nomina artificum — Verris aestimatione sic concidisse, Orat. 43. *quum meae forenses artes et actiones publicae* concidissent, i. e. nullus earum usus amplius esset. Manil. 7. *Quum in Asia res magnas permulti amiserant, scimus Romae solutione impedita fidem* concidisse. Ibid. *Ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefactata motu* concidant.

CONCIDO (penultima longa). 1. Caedo verbero. Verr. I. 47. *virgis* concidere. Flacc. 30. *digitos quos confugit, nervos quos* concidit, *restituere non potest.* Att. XVI. 1. *Agripetas Buthroti* concisos *audio.* 2. Caedere hostes in praelio. Prov. cons. 4. concisae *sunt optimae cohortes.* 3. Aliquem oratione, iudicio, decreto frangere Q. Fr. II. 4. *Vatinium a quo palam oppugnabatur* (Sextius) *arbitratu nostro* concidimus. Phil. XII. 5. (*Antonius*) *nondum erat vestris tam gravissimis tamque multis iudiciis ignominiisque* concisus. Phil. V. 11. *decretis vestris eum* (Antonium) concidistis. Q. Fr. II. 6. *consolantur quotidianae damnationes inimicorum; in quibus me lubente Servius allisus est, ceteri* conciduntur, h. e. ille vix evasit, ceteri damnantur. N. D. I. 33. *quum Epicurus — Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret totis voluminibus* conciderit. 4. De divisione logica. Acad. pr. II. 13. *haec universa* concidunt *etiam minutius.* Et paullo post: *in singulis rebus quas in minima dispertiunt.* 5. De numeris in oratione minutis. Orat. 69. *nec minutos numeros sequens*, concidat *delumbetque sententias.*

CONCILIARE, parare, acquirere. Orat. 49. *aut negligenda nobis fuit voluptas eorum, quibus probari volebamus aut ars eius* conciliandae *reperienda.* 2. Pecunia dicitur *conciliari*, quum iniustis modis cogitur aliisque eripitur. Verr. III. 94. *quum iudices sitis de pecunia capta*, conciliata. cf. Verr. II. 58. *pecuniae* conciliatae *adversum leges, adversum rem publ.* Verr. III. 84. 3. Inprimis refertur ad amorem, benivolentiam, amicitiam, fidem parandam. Orat. II. 51. Arch. 8. conciliare *sibi amorem.* Deiot. 14. amicitiam cum aliquo. Fam. IV. 13. *benivolentiam.* Fin. I. 5. *caritatem.* Fam. III. 10. *coniunctionem.* Part. 5. fidem. Mur. 20. *gloriam.* Manil. 24. *gratiam.* Fam. X. 27. *pacem inter cives.* Att. I. 1 *ad eorum voluntatem mihi* conciliandam *maximo te mihi usui fore video.* Orat. II. 43. *valet multum ad vincendum — animos eorum apud quos*

coetum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere.

CONCINNE. Rosc. Com. 17. rogare *coepit blande et* concinne *scilicet* (*höflich und mit guter Manier.*) 2. De partibus orationum Rhetoricorum more distributis. Orat. II. 19. *sunt* concinne *distributa, sed tamen id quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis non perite;* notatur distributio, quae etsi apte sit et ordine dialectico facta, tamen redoleat homines, qui usum iudiciorum non habeant, nec sint in causis versati. 3. Facete. N. D. II. 27. concinne, *ut multa, Timaeus.*

CONCINNITAS, est virtus orationis qua singula periodorum membra apte inter se composita orbem conficiunt, numerumque oratorium. Orat. 44. 24. Transfertur etiam ad orationem sententiarum ornamentis illustratam. Orat. 25. *in quo cavendum est oratori potissimum in tenui orationis genere versanti, ne elaborata* concinnitas *et quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat.*

CONCINNITUDO, i. q. concinnitas. Inv. I. 18.

CONCINNO, compono. Fam. XII 16. concinnari *tibi munusculum ex instituto meo.* Trebonius nimirum dictum aliquod Ciceronis (fortasse in M. Antonium) versiculis incluserat.

CONCINNUS, aptus et elegans. Q. Fr. III. 1. *mihi erit curae, tectorium ut* concinnum *sit.* Manutius malebat *continuum*. i. e. ita factum ne rimas agat. Sed vulgatam mutare nihil opus est. Vid. *Tectorium.* Pis. 10. *nec tam* concinnus *helluo*, h. e. non ita elegans in luxuria. 2. Idoneus. Pis. 25. *es homo facetus, ad persuadendum* concinnus. 3. De sententiis, *witzig.* Orat. 19. *Sophistae* concinnas *magis sententias exquirunt, quam probabiles.* Brut. 78. concinnae *acutaeque sententiae.* Ibid. 95. *Asiaticae dictionis unum genus, sententiosum et argutum, sententiis non tam gravibus et severis, quam* concinnis *et venustis.* 4. De oratione. Orat. III. 25. concinna, *distincta, ornata, festiva oratio.* Orat. 6. *alii in eadem ieiunitate* concinniores, *id est, faceti, florentes etiam et leviter ornati.* Orat. III. 53. *reditus ad rem aptus et* concinnus (*ein schicklicher und geschmeidiger Rückgang*).

CONCINO, de cantu choricorum consentiente. Oecon. 1. *ubi verbis numeris ac pedibus facta conspira-*

dissequorum nostrorum (h. e. infimae plebis plausu et approbatione) *esse peritura.*

CONCIPIO. 1. Accipio. Orat. II. 45. *nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quae nisi admoto igni, ignem* concipere *possit.* N. D. II. 55. *quae spiritu in pulmones anima ducitur — ex ea pars redditur respirando, pars* concipitur *cordis parte quadam.* 2. De semine terra concepto. N. D. II. 10. *omnia quae terra* concipiat *semina.* 3. De utero gravidato. Div. II. 22. *utrum quum* concepit *mula, an quum peperit ostentum est?* Cluent. 12. *Magius moriens petivit ab uxore ut apud Dineam — quoad pareret, habitaret, diligentiamque adhiberet, ut id quod* conceperat *servaret, ut salvum parere posset.* 4. *Comprehendo*, capio, de animo ac mente. Leg. I. 22. *adumbratas intelligentias animo ac mente* concipere. Hortens. fr. *ad sapientiam* concipiendam *imbui et praeparari.* Div. II. 39. *quid mirum si imbecilli animi superstitiosa ista* concipiant? Verr. IV. 45. *id adamasti, quod antea non aspexeras, auribus tantam cupiditatem* concepisti. 5. *Admitto,* de vitiis et facinoribus. Catil. II. 4. concipere *scelus.* Sull. 5. flagitium. Tusc. I. 30. *qui re publica violanda fraudes inexpiabiles* concepissent. 6. De formula iuramenti vel vadimonii verbis expressa. Q. Fr. II. 15. *negat Trebatius — quemquam fuisse qui vadimonium* concipere *posset.* Off. III. 29. *quod ex animi tui sententia iuraveris, sicut verbis* concipitur.

CONCISIO. Part. 6. *aut intermissione aut* concisione *verborum;* h. e. aut membratim aut caesim (per *κόμματα*) dicendo. cf. Orat. 66.

CONCISUS. 1. Brevis. Orat. II. 14. *Philosophi angustis et* concisis *disputationibus illigati.* Brut. 17. *Philisti et Thucydidis* concisis *sententiis, interdum etiam non satis apertis tum brevitate tum nimio acumine officit Theopompus.* 2. De minutis orationis numeris, quae incisa vel *κόμματα* dicuntur. Orat. 13. concisus *minutis numeris* (*in kleine Sätze zerhackt*). Orat. II. 30. *quamquam hoc ipsum „Effertur; imus“* concisum *est.*

CONCITARE. 1. Commovere. Orat. I. 53. concitare *misericordiam*, II. 58. *risum.* Inv. I. 54. *odium.* Ibid. 53. *gravem offensionem.* Fam. II. 1. *exspectationem.* Verr. V. 8. *invidiam in aliquem.* Mur. 31. *animi impetu* concitatus. Scaur. fr. *uxor pellicatus dolore*

argumento colligere. Orat. 35. *sua confirmare, adversaria evertere, eaque efficere singulis argumentationibus ita* concludendis, *ut efficiatur quod sit consequens iis, quae sumuntur ad quamque rem confirmandam.* Div. II. 49. *o acutos homines! — ea sumunt ad* concludendum *quorum iis nihil conceditur.* Orat. II. 53 *demonstrare quod* concludere *illi* (adversarii) *velint non effici ex propositis nec esse consequens.* Fin. II. 1. *commodius arbitror et rebus concessis* concludi *quod velis.* Ac. pr. II. 9. *si omnia visa eiusmodi essent — quo modo quempiam aut* conclusisse *aliquid aut invenisse diceremus? aut quae esset* conclusi *argumenti fides?* 6. De numero oratorio. Brut. 8. *ipsa natura circumscriptione quadam verborum comprehendit* concluditque *sententiam.*

CONCLUSE. Orat. 53. concluse *apteque dicere* de numerosa oratione. Ibid. 51. *novi nonnullos, quorum propemodum absolute* concluderetur *oratio*, h. e. propemodum plane esset numerosa.

CONCLUSIO. 1. Extrema pars rei. Q. Fr. I. 1. *in extrema parte et* conclusione *numeris ac negotii tui diligentissimus sis.* 2. Extrema pars orationis. Inv. I. 52. Conclusio *est exitus et determinatio totius orationis.* Orat. II. 19. Her. II. 30. 3. De parte syllogismi, quae efficitur ex propositis. Her. IV. 30. Conclusio *est quae brevi argumentatione ex iis, quae ante dicta sunt, aut facta, conficit id quod necessario consequatur.* Div. II. 49. conclusio *rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur.* Inv. I. 29 *simplex* conclusio, (quae opponitur demonstrationi per complexionem et enumerationem) *ex necessaria consecutione efficitur.* 4. Orat. II. 8. *artificiosa* conclusio *verborum* est periodus numerose structa et finita. Orat. 51. conclusio *sententiarum* est sententiarum apta et numerosa compositio, praesertim in periodis.

CONCLUSIUNCULA. Acad. pr. II. 24. conclusiunculae *fallaces.* Tusc. II. 18. conclusiunculae *contortae et minutae.*

CONCLUSUS. 1. Clausus. N. D. II. 7. conclusa *aqua facile corrumpitur.* 2. Finitus. Verr. II. 82. *facinus crudelitate perfectum et* conclusum. 3. Collectus et ordine compositus. Orat. I. 42. *omnia quae sunt* conclusa *nunc artibus* (*in Systeme gebracht*) *dispersa et dissipata quondam fuerunt.* Rosc. Com. 5 *perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia*

fr. ap. Colum. XII. 2. *ex vocum* concordia — *amicum quiddam et dulce resonat.* 4. De tranquillitate animi e temperantia coorta. Fin. I. 14. *ne temperantiam quidem propter se expetendam esse dicemus, sed quia pacem animis afferat et eos quasi* concordia *quadam placet ac leniat.* 5. De consensu virtutum in rebus agendis. Fin. III. 6. *simul homo cepit intelligentiam viditque rerum agendarum ordinem, et, ut ita dicam,* concordiam.

CONCORDITER. Rab. Perd. 5. *quicum* concordissime *vixerat.*

CONCORDO. Tusc. IV. 13. *Sanitas animi dicitur, quum eius iudicia opinionesque* concordant.

CONCORS. 1. Sensu proprio. Lig. 2. concordissimi *fratres.* 2. De pace inter cives. Leg. III. 12. *moderatus* concors *civitatis status.* 3. De συμπαθείᾳ rerum in universo. Univ. 10. *Mundus ipse se* concordi *quadam amicitia et caritate complectitur.*

CONCREDERE. Quint. 20. *cui tu et rem et famam tuam commendare et* concredere *solebas.* Rosc. Am. 39. *cui fama mortui, fortunae vivi* commendatae *sunt atque* concreditae.

CONCREPARE. 1. De strepitu corporum collisorum. Cael. 27. *scabilla* concrepant. Off. III. 19. *si digitis* concrepuerit; (*wenn er ein Schnippchen schlüge.*) 2. Tropice. Rull. II 29. *Simulac decemviri* concrepuerint.

CONCRESCO, de corporibus frigore conglaciatis. N. D. II. 10. *aqua neque conglaciaret frigoribus neque nive pruinaque* concresceret.

CONCRETIO, compositio partium quibus corpora constant. N. D. I. 24. *Epicurus corporum* concretionem *fugit.* Tusc. I. 27. *Deum esse mentem solutam quandam et liberam, segregatam ab omni* concretione *mortali.* 2. Soliditas corporum naturae fluidorum opposita. Univ. 6. *Causae quae vim habeant caloris et frigoris,* concretionis *et liquoris.*

CONCRETUS, compositus. Tusc. V. 24. *Indagatio initiorum, unde omnia orta, generata,* concreta *sint.* Ibid. I. 24. *sanguinem, bilem — omnem denique membrorum et totius corporis figuram videor posse dicere unde* concreta — *sint.* Tusc. I. 27. *nihil est in animis mixtum atque* concretum. Ibid. 20. *foramina illa quae patent ad animum a corpore — terrenis* concretisque

temere concurrerent. Fin. V. 10. *qui potest intelligi aut cogitari esse animal quod se oderit. Res enim* concurrent *contrariae.* (*Es mußten Erfolge zusammentreffen, die einander widersprechen*). 4. De verbis aut literis proxime inter se coniunctis. Orat. III. 43. *verba extrema cum consequentibus primis ita iungatis, ut ne aspere* concurrant. Orat. 45. CUM NOBIS *non dicitur — quia si ita diceretur obscenius* concurrerent *literae*, scil. quia CUM NO · *fere sic sonat ut* cunno. 5. De solutione pecuniae nobis debitae, ad diem, quo nos ipsi aliis solvere debemus, quadrante. Att. XVI. 3. *si non* concurrerent *nomina.* 6. In mentem venire. Orat. 59. *confestimque verba* concurrunt. 7. Communibus opibus contendere. Phil. XIII. 18.

CONCURSARE. 1. De compluribus vel concurrentibus vel huc illuc discurrentibus. Rosc. Am. 29. *qui armati dies noctesque* concursabant. Att. I. 13. concursabant *barbatuli iuvenes.* 2. De singulis. Verr. V. 31. *praetores obire provinciam et* concursare *consueverunt.* Ibid. 12. *quum* concursant *ceteri praetores*, i. e. peragrant provinciam. Fam. VII. 1. *ut nostras villas obire et mecum simul lectica* concursare *possis.* Div. II. 63. *utrum sit probabilius deosne immortales —* concursare *omnium mortalium, qui ubique sunt, non modo lectos, verum etiam grabatos.* 3 De atomis. N. D. II. 44. *haec omnis descriptio siderum — ex corporibus huc et illuc casu et temere* concursantibus *potuisse effici, cuiquam sano videri potest?*

CONCURSATIO. 1. Sensu proprio, concursio. Brut. 69. *Cosconius — verborum copiam praebebat populo cum multa* concursatione *et clamore*, h. e. ut multi ad eum audiendum concurrerent et clamore eum sibi placere significarent. 2. Peragratio. Agr. I. 3. concursatio *decemviralis*, h. e. peragratio provinciarum a decemviris suscipienda. 3. Tumultus, *Auflauf.* Dom. 6. concursatio *puerorum nocturna.* 4. Frequens discursatio contentionis alicuius causa suscepta. Sull. 23. *eius adspectus*, concursatio, *stipatio.* Fam. I. 1. *Libonis et Hypsaei non obscura* concursatio, *et contentio.* 5. De somniis. Div. II. 71. *cedo qui sit ordo aut quae* concursatio *somniorum.*

CONCURSIO. Ac. post. I. 3. *corpusculorum* concursio *fortuita.* Fin. I. 6. *Democritus atomos*, i. e. *corpora individua censet in infinito inani ita ferri, ut con-*

cursionibus *inter se cohaerescant.* Top. 20. concursio fortuitorum. 2. De vocalibus. Orat. 44. *crebra vocum* concursio. Her. IV. 12. *fugiemus crebras vocalium* concursiones. 3. Figura rhetorica Orat. III. 54. quae sic describitur: *in eadem verba impetus et concursio.* Eadem est, quae Her. IV. 15. *conversio* dicitur; ut quum dicimus: *ex quo tempore concordia de civitate* sublata est, *libertas* sublata est, *fides* sublata est, *amicitia* sublata est, *res publ.* sublata est.

CONCURSUS. 1. Sensu proprio. Att. V. 16. concursus *fiunt ex agris et vicis.* Pis. 22. *quid dicam effusiones hominum ex oppidis — quid* concursum *ex agris patrum familias.* 2. Coniunctio adversariorum et communis oppugnatio. Ac. pr. II. 22. *videtur non potuisse sustinere* concursum *omnium philosophorum.* 3. Aliarum rerum coniunctio. Fam. V. 13. *cogitatio vi tempestatum et* concursu *calamitatum labefactata.* N. D. I. 24. concursu (*atomorum*) *fortuito.* Brut. 7. *quinque artium* concursus *maximarum.* 4. Contentio. Part. 30. *ex rationis et ex firmamenti conflictione et quasi* concursu *quaestio exoritur.* 5. De verbis et literis coeuntibus. Orat. III. 43. *ponere verba sic, ut neve asper earum* concursus, *neve hiulcus sit.* Sic Orat. 44.

CONCUTIO. 1. Sensu proprio. Tusc. IV. 8. *Terrorem definiunt metum* concutientem, *ex quo fit ut terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur.* 2. Metaphorice. Phil. II. 42. *rem publicam* concutere.

CONDEMNO. 1. Proprie de reis in iudicio. Verr. II. 8. *hunc hominem Veneri absolvit, sibi* condemnat, h. e. iudicat eum Veneri nihil debere, sibi tamen istam pecuniam aufert. Caecin. 31. condemnari *sponsionis.* Vid. *Sponsio.* Contrarium est *vincere sponsionem.* 2. Facere ut aliquis condemnetur, de accusatore. Verr. V. 69. *omnium mortalium sententiis* condemnari. Caecil. 10. *Ego hoc uno crimine illum* condemnem *necesse est.* 3. Significat etiam factum aliquod improbare, itemque exprobrare extra iudicium. Pis. 17. *an amici tui silentio suo temeritatem atque audaciam tuam* condemnarint. Ibid. *factum* — condemnatum *iudicio amicorum.* Prov. cons. 10. *Gabinii literas insigni quadam nota atque ignominia* condemnastis.

CONDICERE, promittere s. ultro denuntiare se ad cenam venturum. Fam. I. 9. *quum mihi* condixisset, *cenavit apud me*.

CONDIMENTUM, sensu proprio, Würze. Fin. II. 28. Socrates dixit *cibi* condimentum *esse famem, potionis sitim*. 2. Metaphorice. Lael. 18. *suavitas sermonum atque morum haud mediocre* condimentum *amicitiae*. Q. Fr. I. 1. *severitatem acerbam multis* condimentis *humanitatis mitigare*.

CONDIRE. 1. Sensu proprio, würzen, zurichten. Fam. VII. 26. *isti herbas omnes ita* condiunt, *ut nihil possit esse iucundius*. 2. De cadaveribus, quae adversus putredinem praeparantur, *einbalsamiren*. Tusc. I. 45. condiunt *Aegyptii mortuos, et eos domi servant*. 3. Metaphorice. Orat. II. 53. *oratio — in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate* conditur. Cluent. 26. *qui esset totus ex fraude et mendacio factus, quique ea vitia, quae a natura habebat, etiam studio quodam et artificio malitiae* condivisset. Att. XII. 39. *hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum* condiebamus, *amisi*.

CONDISCIPULUS. Att. V. 19. *Tui* condiscipuli, *scil.* Epicurei. Qu. Gall. fr. *multos* condiscipulos *habet in theatro, qui simul literas non didicerunt*.

CONDISCO, i. e. disco. Quint. 3. Planc. 5.

CONDITIO (antepenultima longa). N. D. II. 58. *compositiones unguentorum, ciborum* conditiones.

CONDITIO (antepenultima brevi) Div. I. 51. *natura divina — nec fruges terrae bacasve arborum eum utilitate ulla generi humano dedisset, nisi earnm cultus et* conditiones (condendi modos) *tradidisset*. Ernestius intelligebat *varios condiendi modos* (a condire), Sed aptius est, h. l. illud *conditiones* de variis fruges et bacas condendi s. asservandi rationibus accipere.

CONDITIO. 1. Status et natura rei aut personae (die Lage, der Zustand). Tusc. I. 8. *ecqui intelligis, quantum mali de humana* conditione *deieceris?* Off. I. 13. *infima* conditio *et fortuna servorum*. Catil. IV. 8. *servus qui modo tolerabili* conditione *sit servitutis*. Sen. 19. *Senex est eo meliore* conditione, *quam adolescens quum id, quod ille sperat, hic iam consecutus est*. 2. Possibilitas (*der mögliche Fall*). Rab. perd. 5. *harum rerum* (ut poenae crucis) *non solum eventus atque*

perpessio, sed etiam conditio, *exspectatio, mentio ipsa denique indigna cive Romano atque homine libero est;* i. e. indignum est cive et libero vel cogitari fieri posse ut aliquando in crucem agatur. Paullo ante dixerat: *nomen crucis absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a* cogitatione, *oculis, auribus.* 3. *Bedingung.* Fam. V. 18. *qua* conditione *omnes homines et quibus temporibus nati simus cogites.* Fam. VIII. 14. *Caesar fert illam* conditionem, *ut ambo exercitus tradant.* Catil. II. 7. o conditionem *miseram, non modo administrandae verum etiam conservandae rei publicae.* Mur. 28. *miseram* conditionem *instituet periculis hominum, si existimabit iudicium accusatoris in reum pro aliquo praeiudicio valere oportere,* (*er bringt Leute, die in einen Anklageproceſs verwickelt worden, in eine traurige Lage, unter schmäliche Bedingungen*). 4. *Vorschlag.* Verr. III. 62. *venire ad* conditiones *alicuius.* Att. IX. 15. *utar* conditione *Caesaris* Quint. 6. *perduceret illum ad suas* conditiones. 5. Emolumentum quod offertur, *angebotener Vortheil.* Q. Fr. I. 1. *nullius pecuniae* conditione *ab integritate deduci.* Manil. 23. *quibus* conditionibus, *quibus iacturis homines in provincias proficiscantur.* 6. Transactio, *Vergleich.* Fam. VI. 2. *armis* conditione *positis.* Off. I. 7. *Sunt privata nulla natura, sed aut veteri occupatione, aut lege, pactione,* conditione, *sorte.* Quint. 22. *Quintio nec magistratus aequus inventus est; non iudicium redditum est usitatum; non* conditio (*man hat ihm keinen Vergleich angeboten*) *non sponsio.* 7. Ius, itemque commoda ex iure provenientia. Quint. 28. conditione *pari uti.* Verr. I. 54. *in praedibus praediisque vendendis consuetudo, ut* optima conditione *sit is,* (*daſs der ein Vorrecht hat*) *cuia res sit, cuium periculum.* Agr. III. 2. *optimo iure ea sunt profecto praedia,* quae optima conditione *sunt. Libera meliore iure sunt quam serva. — Soluta meliore in causa, quam obligata — Immunia* commodiore conditione, *quam illa quae pensitant.* 8. De nuptiis quae proponuntur vel quaeruntur (*Heirathsvorschlag, Partie.*) Lael. 10. uxoria conditio. Phil. II. 38. *filiam eius, sororem tuam eiecisti, alia* conditione *quaesita.* Inde transfertur ad amores turpes. Cael. 15. sermone ad Clodiam converso: *habes hortos ad Tiberim — quo omnis iuventus natandi causa venit. Hinc licet*

conditiones *quotidie legas: (da kannst du dir alle Tage neue Galone aussuchen).*

CONDITOR, p. Red. in Sen. 6. *hi sunt* conditores instructoresque convivii. 2. Metaphorice. Cluent. 26. *ipse* conditor *totius negotii Guttam aspergit huic Bulbo*, ubi facete luditur haec duo nomina ad significationem appellativorum revocando; quasi ageretur de *bulbo* olere, cui condiendo *gutta* quaedam aspersa sit.

CONDITUS, (penultima longa). 1. Sensu proprio. Orat. III. 25. *Licet videre — unguentis minus diu nos delectari, summa et acerrima suavitate* conditis, *quam his moderatis*. Sen. 16. conditiora *facit haec — aucupium atque venatio*. 2. De animo ad urbanitatem comitatem, et humanitatem composito. Sen. 4. *erat in illo viro (Q. Maximo) comitate* condita *gravitas*. Mur. 31. ubi Cicero Catonem alloquitur: *Si illius* (proavi tui, Catonis censorii) *comitatem et facilitatem tuae gravitati severitatique asperseris, non ista quidem erunt meliora, quae nunc sunt optima, sed certe* condita *iucundius*. 3. De oratione et de orationibus. Brut. 29. *nisi id quod dicitur, sit voce, vultu motuque* conditius. Ibid. *nemo umquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate* conditior. Orat. II. 55. *nulla oratio umquam fuit lepore et festivitate* conditior.

CONDITUS, (penultima brevi). 1. Aedificatus. Tusc. I. 2. *Homerus fuit ante Romam* conditam. Verr. IV. 52. *ab illo* (Marcello) *qui cepit* conditas, *ab hoc (Verre), qui constitutas accepit captas dicetis Syracusas*. 2. Sepultus. Leg. II. 22. *Siti dicuntur, ii qui* conditi *sunt*. 3. Latens, absconditus. Div. I. 56. *in causis* conditae *sunt res futurae*. Ibid. II. 54. *Sibyllam sepositam et* conditam *habeamus*.

CONDO. 1. Aedifico. Catil. III. 1. *Romulus qui hanc urbem* condidit. 2. Facio, compono. Tusc. IV. 41 condere *carmen*. Att. I. 16. condere *poëma*. 3. Constituo. Dom. 36. *rem publicam* condere *meo discessu, quam omnium interitu occidere malui*. 4. Repono, abscondo. N. D. II. 63. *neque homines murium ac formicarum causa frumentum* condunt. Cluent. 26. *qui illi pecuniae, quam* condiderat, *spe iam atque animo incubaret*. Rull. II. 26. *ut liceat illi invidiam* (ex occupatis agris) *deponere, pecuniam* condere. Verr. IV. 63. *literas publicas, quas in aerario sanctiore* conditas *habebant, proferunt*. 5. In aliqua re ponere, sensu philo-

sophico. Tusc. V. 9. *Tu Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque* condideris. 6. Concludo. Orat. II. 66. *lustrum condere*, quod fiebat solenni suovetaurilium sacrificio. Liv. I. 44.

CONDOCEFACIO. 1. Doceo. Tusc. V. 31. *qui* (animum) condocefaciat, *ut ea quae bona malave videantur, possit contemnere.* 2. De beluis. N. D. II. 64. *ut utamur* (beluis) *domitis et* condocefactis (*abgerichtet*) *ut elephantis.*

CONDOLEO. 1. De membris dolore affectis. Orat. III. 2. *latus ei dicenti* condoluisse *audiebamus.* Tusc. II. 22. *Nos si pes* condoluit, *si dens, si tactum dolore corpus, ferre non possumus.*

CONDOLESCERE. Ac. post. I. 10.

CONDONARE. 1. Donare, tradere in potestatem alterius. Dom. 23. *quum alteri totam Achaiam — bona ei civium* condonares. Agr. II. 15. *regna decemvirorum ditioni iudicio potestatique* condonata *esse dico.* Ibid. 6. condonari *certis hominibus omnia.* Phil. II. 27. condonabantur *apothecae hominibus nequissimis.* Phil. V. 3. *agitur utrum M. Antonio facultas detur — agrorum suis latronibus* condonandi; ad q. l. Ferrarius idoneis auctoritatibus hoc genus loquendi: *agrorum condonandi* pro *condonandorum* defendit. Cf. Drakenborch ad Liv. XXV. 23. 2. Hinc ducitur elegans ratio, quum *condonare* dicitur, v. c. pro condemnare in alterius gratiam, vel omnino pro omni actione, qua quis homo aut res aliqua in potestatem alterius venit. Verr. I. 41. condonare *alicui hereditatem,* de praetore qui alicui hereditatem decernit praeter ius. Cael. 1. *ne patiamini M. Caelium libidini mulieri* condonatum, *i. e.* damnatum in mulieris gratiam. Fr. or. pro Scaur. *ut M. Aemilius vanissimae genti et prope dicam pellitis testibus* condonetur, vid. Gronov. Sest. IV. 9. extr. 3. Sed etiam in bonam partem dicitur pro *absolvere in alterius gratiam.* Cluent. 39. *non sibi ac defensioni suae* condonatum *esse Oppianiorum.* 4. *Condonare aliquem alicui* est ignoscere alicui in alterius gratiam, ut *concedere.* Ligar. 12. condonare *aliquem rei publicae.* Phil. V. 18. *inimicitias rei publ.* condonare, *pro* omittere inimicitias, quia salus rei publ. ita postulat. *Ern.*

CONDONATIO, *Verschenkung.* Verr. Act. I. 4. *in iure dicundo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio atque* condonatio.

CONDUCERE. 1. Congregare. Inv. II. 1. *virgines unum in locum* conduxerunt. 2. Coniungere (de partibus syllogismi). Inv. I. 40. *ita complectemur ut in unum* conducamus, *propositionem et assumptionem.* 3. *Miethen.* Cael. 7. conduxit *in Palatio, non magno, domum.* Q. Fr. III. 3. *Tuam domum in Carinis mundi habitatores* conduxerunt. 4. Pachten. Inv. I. 30. *Si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est* conducere. Att. I. 17. *Asiani* (publicani) *qui de censoribus* (*vectigalia*) conduxerant, questi sunt — *se nimium magno conduxisse.* 5. Opus aliquod faciendum redimere. Div. II. 21. *redemptor qui columnam illam* conduxerat *faciendam.* 6. Pretio ad facinus adducere. Prov. Cons. 4. de Gabinio Syriae procos. *cuius iter in provinciam fuit eiusmodi, ut rex Ariobarzanes consulem vestrum ad caedem faciendam* — conduceret.

CONDUCTIO, *Miethcontract, Pachtcontract.* Caecin 32. *qui colonus habuit* conductum — *fundum, quum idem ex eadem* conductione *fuerit in fundo.* 2. Inv. I. 40. *ex* conductionibus *complecti* est ita complecti, ut propositio et assumptio in unum conducantur.

CONDUCTOR, redemptor operis. Q. Fr. III. 1. *is respondit — se eius operis* HS XVI. conductorem *fuisse.*

CONDUCTUS. 1. *Gepachtet.* Caecin. 32. conductum *habuit de Caesennia fundum.* Verr. III. 21. *Nympho quum arationes magnas* conductas *haberet.* 2. Pretio ad aliquid adductus. Inv. II. 1. *Zeuxim* (*pictorem*) *magno pretio* conductum *adhibuerunt.* Muren. 32. *si mercede corrupti obviam candidatis issent, si* conducti *sectarentur.* Sext. 17. *erat mihi contentio cum operis* conductis, *et ad diripiendam urbem concitatis.*

CONDUPLICATIO. Her. IV. 28. est figura elocutionis, scil. cum ratione amplificationis aut commiserationis eiusdem unius aut plurium verborum iteratio. Graece ἐπαναδίπλωσις.

CONDUPLICO. Div. I. 14. Orat. III. 39. *tenebrae* *conduplicantur;* ex Pacuvio.

CONFATALIS; res eiusdem fati necessitate cum altera copulata. Graece συνειμαρμένη. Fat. 13. *si fatum sit:* Nascetur Oedipus Laio: *confatale est concubiturum cum uxore Laium et Oedipum procreaturum.*

meam contulisset. Phil. XII. 3. *qui se totos et animis et corporibus in salutem rei publ.* contulerunt. 4. Dirigere. Att. III. 4. *iter Brundusium* contulit. Fam. XI. 13. *meum iter eo* contuli. 5. Alieni aliquid tribuere. Off. I. 15. *in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia* conferre. Ibid. 16. *ut quisque erit coniunctissimus, in eum benignitatis plurimum* conferetur. 6. In primis culpam, causam, dictum alicui tribuere. Att. XII. 30. *quum in filium causam* conferret. Orat, III. 22. *Scitum est causam* conferre *in tempus.* Att. IX. 2. *solet, quum se purgat, in me* conferre *omnem illorum temporum culpam.* Planc. 14. *Permulta in Plancium quae ab eo numquam dicta sunt,* conferuntur. Ibid. *stomachor quum aliorum (dicta) non me digna in me* conferuntur. Fam. VII. 32. *ais omnia omnium dicta — in me* conferri. Fam. V. 5. *ne id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt in me solere* conferri. 7. Impendere. Fam. IV. 3. *omnem meam curam atque operam ad Philosophiam* contuli. Arch. 9. *quum omne olim studium atque omne ingenium* contulerit *Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam.* Fam. X. 1. *ut omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam* conferamus. Verr. V. 30. *supplicia -- ad tuum non ad populi Romani tempus* conferes? Manil. 4. *Mithridates reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit.* 8. Convertere. Lig. 1. *orationem ad misericordiam* conferre. Sull. 14. *vos me ab omnibus cogitationibus ad salutem rei publ.* contulistis. Marcell. 6. *dii spem salutis ad clementiam victoris et sapientiam* contulerunt. Off. III. 20. *ex homine se* conferret *in beluam.* 9. Comparare. Inv. II. 50. *contra (collationem) qui dicet similitudinem infirmare debebit, quod faciet, si demonstrabit illud quod* conferatur *ab eo cui* conferatur *diversum esse.* Orat. 4. *Parva magnis saepe rectissime* conferuntur. Ac. pr. II. 23. *quem cum eo* (Democrito) *conferre possumus non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi.* Rosc. Com. 7. *vitam inter se utriusque* conferre. 10. Communicare. Att. I. 17. *coram inter nos* conferemus. Off. II. 11. *ut habeas quibus cum possis familiares* conferre *sermones.* Fam. VI. 21. *inter nos conferre* solicitudines *nostras.* Fin. IV. 27. conferam *tecum, quam cuique verbo rem subiicias, nulla erit controversia.*

conficiamus *hortos*, i. e. negotium de hortis. 6. Interficio. Mil. 14. *sica illius me paene* confecit. 7. Definio. Quint. 15. *praeconis vox praedicat et pretium* conficit, (*rerum in auctione vendilarum*). 8. *Confici aliquid* dicitur in conclusione syllogismi. Inv. I. 46. in exemplo bipartitae argumentationis: „Si peperit virgo non est; peperit autem." Hic satis esse dicunt proponere et assumere, quoniam perspicuum sit, quod conficiatur complexionis rem non indigere. (*Hier sey es genug am Obersatze und Untersatze, und weil die Schlussfolge deutlich sey, bedurfe es des Schlussatzes nicht.*)

CONFICTIO, criminis. Rosc. Am. 13.

CONFIDENS. Tusc. III. 7. *Qui fortis est, idem est fidens; quoniam* confidens *mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a* confidendo *quod laudis est.* Sic in malam partem Caecin. 10. Phil. XI. 7.

CONFIDENTER, *dreist*, in bonam partem. Or. II. 7. *et eo quidem loquar* confidentius. 2. In malam partem. Herenn. I. 5. *aliquid* confidenter, *malitiose, flagitiose factum.*

CONFIDO. Tusc. III. 7. *discrepat a timendo* confidere. Att. IX. 4. *optimatibus tuis nihil* confido. Att. XVI. 16. *accusator ab eo quod parum constantiae suae* confiderem. Tusc. V. 13. *quid deest ad beate vivendum ei, qui* confidit *suis bonis? aut qui diffidit beatus esse qui potest? At diffidat necesse est qui bona dividit tripartito. Qui enim poterit corporis firmitate aut fortunae stabilitate* confidere? Att. VI. 7. confido rem, *ut volumus esse.*

CONFIDENTIA, in malam partem, *unverschämte Dreistigkeit.* Flacc. 10. *Videte quo vultu, qua* confidentia *dicant, tum intelligetis, qua religione dicant.* Phil. II. 40. *quid satis potest dici de tanta impudentia? Remove gladios — iam intelliges — aliam causam esse hastae Caesaris, aliam* confidentiae *et temeritatis tuae.*

CONFIGO. 1. Sensu proprio. Ac. pr. II. 28. *Hercules ut Eurysthei filios ita suos* configebat *sagittis.* Mur. 11. *inventus est scriba — qui corniculum oculos* confixerit. Vid CORNIX. 2. Metaphorice. Phil. XII. 7. *meminerant eius sententiis* confixum *Antonium*. Harusp. 5. *concio risit hominem ducentis* confixum *SCtis.*

causa consistere. Lael. 20. *amicitiae corroboratis iam* confirmatisque *et ingeniis et aetatibus iudicandae sunt.* Verr. III. 1. *cura, quam sibi nondum* confirmato *consilio sed ineunte aetate susceperat.* Fam. I. 8. *difficile est sensum in rep. praesertim rectum et* confirmatum *deponere.*

CONFISIO. Tusc. IV. 37. *fidentia id est firma animi* confisio.

CONFIT, CONFIERI. Att. IX. 10. VIII. 24. Fam. IV. 5.

CONFITERI. Sext. 18. *tacendo loqui, non infitiando* confiteri *videbantur.* Rosc. Am. 41. *de maleficio* confiteri. Fam. V. 2. *me abs te cupisse laudari aperte atque ingenue* confitebar. Caecin. 9. *Ita libenter* confitetur, *ut non solum* fateri *sed etiam* profiteri *videatur.* Leg. II. 12. *Plures autem deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes, et respondendi iuris et* confitendarum *religionum facultatem afferunt.* H. l. optime sic interpretatus est Goerenzius: „*ut verba* respondendi iuris *ad* plures, *ita* confitendarum religionum *ad* singuli *referuntur.* Iam dicuntur saepe *susceptae* religiones eae quae *acceptae* sunt; *confitendae* igitur sunt, quas *vita, ritibus et reliquo cultu* quasi *fatendas,* i. e. *praestandas* habeo."

CONFIXUM. Orat. II. 62. laudatur ut exemplum ioci ex ambiguo illud Africani apud Lucilium: *Quid? Decius, Nuculam an confixum vis facere inquit;* quibus in verbis Heusingerus arbitratur respici ad ludum illum qui nucibus ludebatur, cuius mentionem facit auctor elegiae, quae *Nux* inscribitur v. 73.

Has puer aut rectus certo dilaminat ictu,
Aut pronus digito bisve semelve petit.

Ernestius confixum putabat esse edulii genus, minutal aliquod, nostris *cui Fricassé.* Res tamen manet obscura, nisi forte obsceni hic aliquid latet.

CONFLAGRARE. N. D. II. 36. *Tanti ignes — si moti loco sint* conflagrare *terras necesse sit.* 2. Metaphorice. Verr. Act. I. 15. *ille miser furtorum istius invidia* conflagravit. Catil. I. 11. *tum te non existimas invidiae incendio* conflagraturum? Her. IV. 8. *urbs incendio* conflagrata.

CONFLARE. Her. II. 5. *suspicionem.* Verr. II. 29. conflare *in se crimen.* Catil. I. 9. *invidiam.* Rosc.

pleraeque confluant. Tusc. II. 2. *si ad haec studia plures* confluxerint.

CONFORMARE. 1. De rebus corporeis. N. D. III. 10. *si mundum aedificatum, non — a natura* conformatum *putarem.* 2. De animo ac mente. Arch. 6. *animum ac mentem ipsa cogitatione hominum excellentium* conformatam. Mur. 29. *consilium tuum nonnulla in re* conformare *et leviter — emendare possum.* Fin. IV. 13. *una pars philosophiae qua mores* conformari *putantur.* 3. De oratione. Arch. 1. *vox huius hortatu praeceptisque* conformata. Orat. I. 4. *oratio* conformanda *est non solum electione sed etiam constructione verborum.*

CONFORMATIO. 1. De rebus corporeis. N. D. I. 18. *compositio membrorum,* conformatio *lineamentorum.* Orat. I. 25. conformatio *quaedam et figura totius oris et corporis.* 2. De animo ac mente. Topic. 5. *Res quae tangi — non possunt — quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quaedam* conformatio *insignita et impressa in intelligentia.* Orat. II. 87. *ut res caecas et ab aspectus iudicio remotas* conformatio *quaedam — notaret.* N. D. I. 38. *omnem talem* conformationem *animi philosophi motum inanem vocant,* (*eine solche Vorstellung nennen die Ph. eine leere Einbildung*) *ut quum de Hippocentauro cogitamus.* 3 De oratione. Brut. 37. *sententiarum ornamenta et* conformationes. Orat. I. 33. *ipsa collocatio* conformatioque *verborum perficitur in scribendo.* 4. Figura rhetorica. Her. IV. 53. Conformatio *est, quum aliqua quae non adest persona confingitur quasi adsit, aut quum res muta aut informis fit eloquens et formata, et ei oratio tribuitur ad dignitatem accommodata aut actio quaedam.* Complectitur, scil. figuras duas, quae alias *prosopopoeia* et *sermocinatio* dicuntur.

CONFOSSUS, generatim, i. q. interfectus. Süll. 11. de coniuratis Catilinae: *quinque hominibus comprehensis atque* confossis. Nempe si vera est lectio. In codd. quibusdam est *confessis,* quod tamen, h. l. minus aptum esse videtur. Atqui coniurati illi non sunt gladiis confossi, sed in carcere strangulati. Itaque nisi *confossis,* h. l. generatim dicatur pro *interfectis,* videndum an Cicero metaphorice hoc verbum posuerit, eadem significatione qua Livius V. 11. dixit *iudiciis confossos praedamnatosque.* Certe de ipsa poena s. sup-

Ac-

Ac. pr. II. 37. *Anaxagoras* (statuit) *materiam infinitam, sed ex ea particulas — primum confusas postea in ordinem adductas.* 2. Coniunctus. Off. I. 27. *decorum totum illud quidem est cum virtute* confusum, *sed mente et cogitatione distinguitur.* Leg. II. fragm. *Homines inter se natura* confusi *pravitate dissentiunt.* Or. 11. *ut re distinguantur, verbis* confusa *esse videantur.* 3. Perturbatus, obscurus. Div. II. 28. *onusti cibo et vino perturbata et* confusa *cernimus*

CONFUTATIO. Her. I. 2. Confutatio *est contrariorum locorum dissolutio.*

CONFUTO. 1. Refello. N. D. II. 17. *opinionis levitas* confutata. 2. Opprimo, reprimo. Tusc. V. 31. (*Epicurus*) *maximis doloribus affectus eos ipsos inventorum suorum memoria atque recordatione* confutat. Partit. 38. *audaciam* confutare.

CONGELARE, *metaphorice.* Fam. II. 13. congelasse *amicum nostrum laetabar otio.*

CONGEMERE. Mur. 25. *Senatus* congemuit *frequens.*

CONGERERE. 1. Comportare. Div. I. 36. *Midae dormienti formicae in os tritici grana* congesserunt. 2. Colligere in libro vel in oratione. Brut. 86. congessisti *operarios omnes.* Ibid. 97. *eripias te ex ea, quam ego* congessi *in hunc sermonem turba patronorum.* 3. In aliquem conferre. Planc. 34. *hoc frequenter in me* congessisti. 4. Tribuere. Lael. 16. *ne plus aequo aliquid in amicitiam* congeratur.

CONGESTUS. Div. II. 32. *herbam credo* (exstitisse) *avium* congestu *non humano sortu.*

CONGIARIUM. Att. X. 7. vulgo dona, quae inter populum urbanum distribuuntur. Res a frumentariis largitionibus ortum traxit: de quibus vid. Spanh. de usu et pr. Num. T. II. p. 529. qui recte monet, h. l. *congiarium* dici de eo, quod postea *donativum* dictum est: quia militibus illud congiarium datum. Fam. VIII. 1. congiario donatus a Caesare. cf. Att. X. 6. Phil. II. 45 *Ern.*

CONGLACIO. 1. Sensu proprio. N. D. II. 10. *aqua neque* conglaciaret *frigoribus.* 2. Metaphorice. Fam. VIII. 6. *Curioni tribunatus* conglaciat; h. e. nil in tribunatu agit.

riri. 3. De bestiis. N. D. II. 48. *in quo admirandum est,* congressu *aliquo inter se, an iam inde ab ortu naturae congregatae sint.*

CONGRUENS. 1. Consentiens, conveniens. Brut. 31. *Tubero vita severus et* congruens *cum ea disciplina* (Stoicorum) *quam colebat.* Fin. II. 14. *Ratio fecit hominem hominum appetentem, cumque his natura et sermone et usu* congruentem. Leg. I. 10. *Oratio verbis discrepans, sententiis* congruens. Brut. 38. *gestus non verba exprimens, sed cum sententiis* congruens. Acad. pr. II. 14. *haec duo pro* congruentibus *sumunt vehementer repugnantia.* 2. Aptus, accommodatus. Fam. VII. 27. *aptum erat bibliothecae studiisque nostris* congruens. Orat. III. 14. *genus dicendi aptum et* congruens.

CONGRUENTER, apte ad rem et causam. Orat. III. 10. congruenter *dicere.*

CONGRUERE. 1. Consentire. Lael. 9. congruere *cum alicuius natura et moribus.* Verr. II. 52. *dies mensesque* congruere *volunt cum solis lunaeque ratione.* Att. VII. 13. *Reliqua patebant, et cum Terentiae summa* congruebant. Fin. III. 6. *principiis* congruere *debent quae sequuntur.* Tusc. IV. 13. *corporis temperatio quum ea* congruant *inter se, e quibus constamus.* 2. Aptum esse Orat. III. 55. *perspicuum est non omni causae nec auditori, neque personae neque tempori* congruere *orationis unum genus.*

CONIECTIO. 1. Sensu proprio. Caecin. 15. coniectio telorum. 3. de interpretatione coniecturali. Div. II. 63. *Idem somniorum* coniectionem *definit, hoc modo,* esse vim cernentem et explanantem, quae a diis hominibus significentur in somniis.

CONIECTOR, interpres ex coniectura, praesertim somniorum. Div. II. 60. 65. Ibid. 28. coniector *et interpres portentorum.*

CONIECTURA, probabilis aut incerta opinio, *Vermuthung, Muthmaßung.* Inv. II. 5 omnis ex causa ex persona ex facto ipso coniectura capienda est. Div. II. 72. *neque* coniectura, *quae in varias partes duci potest, nonnumquam etiam in contrarias, quidquam incertius.* Div. II. 59. *ex ebriorum* visis *innumerabilia* coniectura *trahi possunt, quae futura videantur.* Div. I. 14. *artes quae* coniectura *continentur et sunt opinabiles.* N. D. I. 15. *Chrysippus magnam turbam congregat deorum ita ignotorum, ut eos ne* coniectura

trius Periclem vituperat, quod tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit. 8. Coniectura indagare. Div. II. 5. *num quae tempestas impendeat vates melius* coniiciet, *quam gubernator?* Brut. 14. *ex oraculo acute arguteque* coniicere. 9. Breviter exponere. Her. II. 13. coniicere *causam.*

CONISCO; proprie est arietum aut agnorum quum se capitibus petunt (*sich stutzen.*) Idem teste Quintiliano Inst. or. VIII. 3. 21. Cicero dixit in Pisonem: *Caput opponis cum eo* coniscans.

CONIUGATA. Top. 3. Coniugata *dicuntur, quae sunt ex verbis generis eiusdem, ut sapiens, sapienter, sapientia* Ibid. 9. coniugata *verba* pluvia *et* pluendo.

CONIUGATIO, *Verwandtschaft der Wörter.* Top. 9. *Locus primus ex* coniugatione quam Graeci *συζυγίαν* vocant.

CONIUGIUM, matrimonium, connubium. Off. I. 17. *quum sit hoc natura commune animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso* coniugio *est.* Oecon. I. 1. *maritale* coniugium.

CONIUGO, coniungo, consocio. Off. I. 17. *est ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum* coniugavit.

CONIUNCTE, simul. Orat. II, 61. *si quando risus* coniuncte *re verboque moveatur.* Fam. V. 12. coniunctene *malis cum ceteris rebus nostra contexere an separare.* 2. De amicitia. Lael. 1. coniunctissime *et amicissime vivere cum aliquo.* 3. De syllogismo hypothetico. Orat. II. 38. *Si simpliciter* (kategorisch) *dictum sit, suscipiunt dialectici ut iudicent verumne sit an falsum, et si* coniuncte *sit elatum* (*wenn der Satz hypothetisch ist*) et adiuncta sint alia, iudicent recte ne adiuncta sint, (*ob die Consequenz ihre Richtigkeit hat*).

CONIUNCTIM, i. e. coniuncte. Inv. I. 7. *ne mihi videtur* coniunctim *agendum de materia et partibus.* Fam. VIII. 8. *ne* coniunctim *referretur.*

CONIUNCTIO. 1. De societate humana. Fin. III. 20. *intelligitur nos ad* coniunctionem, *congregationemque hominum et ad naturalem communitatem esse natos.* 2. De affinitate. Fam. I. 7. *Spero nobis hanc* coniunctionem (*e filia Crassipedi desponsata*) voluptati fore. 3. De amicitia et familiaritate. Phil. XIII. 4. *hanc mihi dispensationem pro paterna necessitudine et*

respondent. Orat. III. 59. *Verba neminem movent, nisi eum, qui eiusdem linguae societate coniunctus est.* 4. De rebus inter se coniunctis. Orat. III. 67. *Philosophia oratori* coniuncta *maxime;* h. e. cum eloquentia coniuncta. Orat. II. 81. *Haec et natura, et utilitate et tractatione* coniuncta *sunt.* Off. II. 9. *Intelligentiae iustitia* coniuncta.

CONIUNGERE. 1. De rebus. Fam. VII. 30. *eam epistolam cum hac* coniunxi. Orat. II. 76. *neque tanti est illud, quod videtur prodesse, ut cum aliquo malo* coniungatur. Q. Fr. I. 1. *difficile est ea quae commodis, utilitate et prope natura diversa sunt, voluntate* coniungere. ad Quir. P. R. 7. *causam meam cum communi salute* coniunxit, i. e. salutem communem a mea pendere dixit. Manil. 9. *bellum coniungere* dicuntur qui foedus ineunt belli gerendi causa. Brut. 31. *in* (Academicorum) *doctrina atque praeceptis disserendi ratio* coniungitur *cum suavitate dicendi et copia.* Orat. 44. coniungere *vocales*, i. e. pronuntiando alteram elidere. 2. De personis. Pis. 59. *quem ego cum deorum laude* coniungo, i. e. diis similem esse puto. Q. Fr. I. 1. *hospitio et amicitia cum aliquo* coniungi.

CONIURATIO. Catil. 1. coniuratio *perditorum hominum.* Catil. IV. 3. *haberi* coniurationem *a civibus numquam putavi.* Off. III. 10. *Si omnia facienda sint quae amici velint, non amicitiae tales sed* coniurationes *putandae sint.*

CONIURATUS. 1. Sensu proprio. Catil. IV. 10. *quanta manus est* coniuratorum. 2. Metaphorice. Font. 6. *Testibus cupidis, et iratis et coniuratis et ab religione remotis iudex credere non debet.*

CONIURO. Sull. 23. *Catilina contra rem publ.* coniuravit. Fam. V. 6. *scito me tantum habere aeris alieni, ut cupiam* coniurare, *si quis me recipiat;* festive et iocose.

CONIUX. N. D. III. 27. *ille ipse* (Thyestes) — *qui non sat habuit* coniugem (Atrei) *illexisse in stuprum.*

CONNECTERE. 1. Coniungere. Fin. I. 20. *amicitia cum voluptate* connectitur. Att. XIV. 18. *ista quae tu* connecti *vis aliud quoddam separatum volumen exspectant.* 2. De allegoria. Orat. III. 41. *illud quod ex hoc genere profluit, non est in uno verbo translato, sed ex pluribus continuatis* connectitur. 3. Div. II. 54.

ea quae ἀκροστιχὶς dicitur, quum deinceps ex primis versuum literis aliquid connectitur. 4. De propositione syllogismi hypothetici Fat. 6. *Si verum est, quod ita* connectitur: „*Si quis oriente Canicula natus est, in mari non morietur;*“ *illud quoque verum est etc.*

CONNEXUS, apte coniunctus. N. D. II. 38. *qui tam certos caeli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se apta et* connexa *viderit.* Sic Fin. IV. 19. Parti. 39. 2. Continuatus. Pis. 5. *Prosequere* connexos *his funeribus dies.* 3. Acad. pr. II. 30. *didici omne quod ipsum ex se* connexum *sit verum esse; de* enuntiationibus identicis quas hodie appellant *ut quum dicitur:* Si lucet, lucet.

CONNEXUM, de syllogismo. Ac. pr. II. 30. *Ratio* connexi, *quum concesseris superius, cogit inferius concedere.* Sic Fat. 7.

CONNITI. Verr. III. 56. *nervis omnibus* conniti. Fin. V. 15. de parvulis: *quum paululum firmitatis accesserit,* connituntur, *ut se erigant.* Tusc. II. 21. *praesto est domina omnium et regina ratio, quae,* connixa *per se et progressa longius, fit perfecta virtus.*

CONNIVERE. 1. Proprie de oculis, qui se ad somnum componunt. N. D. II. 57. *palpebrae quibus et apertis oculis, si quid incideret repelleretur, et somno* conniventibus — *quiescerent.* Sic Tusc. I. 49. 2. Per translationem de iis, qui mala quaedam facinora quae exagitare aut punire debebant quasi videre se dissimulant. Cael. 24. *proh dii immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis aut* connivetis, *aut praesentis fraudis poenas in diem reservatis?* Sic Phil. I. 7. *quibusdam in rebus ipse* conniveo.

CONNUBIUM. Top. 4. *quicum* connubium *non est.* Connubium est matrimonium inter cives; inter civem autem et peregrinae conditionis hominem, aut servilis, non est connubium, sed contubernium. vid. Boëthius ad h. l. Hinc in missionibus militaribus, ap. Gruterum, Sponium, Maffeum et alios, ius connubii datur cum uxoribus, quas tunc habuissent, quum est civitas data: de quo vid. Maffeum in Antiq. Aquitan. ep. 1. *Ern.*

CONOR. 1. Audeo. Orat. II. 14. poetas non conor attingere. 2. Tento. Orat. 30. *Vides profecto illum* (Demosthenem) *multa perficere, nos multa* conari.

CONQUASSARE. 1. Proprie. Div. I. 43. *Apulia maximis terrae motibus* conquassata est. 2. Metaphorice.

Sext. 26. *exteras nationes illius anni furore* conquassatas *videbamus.*

CONQUASSATIO. Tusc. IV. 13. *morbus et aegrotatio ex totius valitudinis corporis* conquassatione *et perturbatione gignuntur.*

CONQUERI. Fam. V. 2. *nihil de tui fratris iniuria* conqueror. Verr. IV. 50. *non illi bonorum direptiones, non vim, non contumelias* — conquerebantur.

CONQUESTIO, in arte rhetorica. Her. III. 13. Conquestio *est oratio quae incommodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit.* Inv. I. 55. Conquestio *est oratio auditorum misericordiam captans.*

CONQUIESCO. 1. De quiete corporum. Rosc. Am. 26. de corporibus parricidarum in culeum insutorum, et in flumen deiectorum: *ita postremo eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui* conquiescant. 2. De animi requie. Arch. 6. (Archias) *suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessae* conquiescant. Att. I. 17. *in nostris studiis libentissime* conquiescimus. 3. De rebus quae intermittuntur s. non amplius exercentur aut coluntur. Rull. I. 7. *solum hoc vectigal, quod amissis aliis remaneat; intermissis non* conquiescat. Manil. 6. *Agricultura deseritur, mercatorum navigatio* conquiescit. Att. XII. 38. conquiescent *literae, nisi quid novi acciderit.*

CONQUIRERE, de uno. Fam. V. 9. *ut terra marique* conquireretur. cf. Verr. IV. 48. Orat. I. 46. pro *quaerere:* Agr. II. 35. *aliquid sceleris* conquirere.

CONQUISITE. Her. II. extr. conquisitissime *conscripsimus;* i. e. diligentissime, nulla re praetermissa.

CONQUISITIO. 1. De militum delectu. Prov. Cons. 2. *exercitus durissima* conquisitione *collectus.* 2. Sensu philosophico. Univ. 2. *difficillimum est in omni* conquisitione *rationis, exordium.*

CONQUISITOR. Att. VIII. 21. int. militum, *ein Werber.*

CONQUISITUS. 1. Sensu proprio. Rull. II. 35. conquisiti *atque electi coloni.* 2. Exquisitus, ideoque insignis aut pretiosus. Tusc. V. 21. *mensae* conquisitissimis *epulis exstruebantur.*

magna vis est conscientiae *in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserunt, et poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarunt.* 4. De communi inter complures rei alicuius notitia, (*Mitwissenschaft*). Catil. I. 1. *constrictam iam omnium horum* conscientia *teneri coniurationem tuam non vides?* Fin. I. 16. *quod si qui satis sibi contra hominum* conscientiam *septi esse et muniti videntur, deorum tamen horrent.* 5. Societas consciorum. Phil. II. 11. *quis nomen meum in illius gloriosissimi facti* conscientia *audivit,* h. e. quis meum nomen inter nomina eorum, qui socii essent caedis Caesaris audivit? 6. Sensu generali ponitur de certa persuasione sive scientia. Fin. II. 22. *praecipitis ut nostram stabilem* conscientiam *contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.*

CONSCINDERE. 1. Zerreifsen. Fam. VII. 18. *epistolam* conscidi *innocentem.* 2. Graviter verberare, aut vulnerare. Verr. III. 23. Conscindere *aliquem pugnis et calcibus.* 3. De probris aut conviciis. Att. II. 19. conscindere sibilis. Ibid. VIII. 16. *is me ab optimatibus ait* conscindi, *i. e.* conviciis lacerari.

CONSCISCERE. Fam. VII. 3. consciscere sibi mortem. N. D. II. 3. necem. „2. Brut. ep. 16. *ante quam illud* conscivi *facinus;* de qua forma vid. Gronov. ad Liv. XXI. 8." *Ern.*

CONSCIUS. 1. De suorum ipsius factorum conscientia. Off. III. 8. ego mihi nullius culpae conscius sum. 2. Qui aliorum statum, res gestas, negotia novit. Fam. V. 5. *homo omnium meorum in te studiorum et officiorum maxime* conscius.

CONSCRIBERE. 1. Verbum militare, quum novi milites scribuntur, et in centurias describuntur. Quir. p. R. 5. *quum homines* conscribi *centuriarique vidissem:* quamquam ibi est de iis, qui a seditiosis hominibus colliguntur, et in centurias aut decurias conscribuntur, ut iis utantur ad depugnandum contra bonos cives, sic dicitur etiam describere, de quo suo loco. Planc. 18. *haec profer, huc incumbe,* Laterensis, *decuriasse Plancium,* conscripsisse, *sequestrem fuisse* etc. hic est de alia, sed simili tamen re. Qui corrumpere populum student, eum in decurias describunt, et quid decuriis singulis daturi sint, pronunciant: illi autem, de quibus antea, in centurias describunt suos, ut pugnent. Itaque eodem loco pro *conscribere* dicitur etiam *describere.*

aram et simulacrum, templum dedicare. c. 47. si *bona civis cuiuspiam* consecrarit. c. 49 *an tu haec ita perturbas, ut quicunque velit, quod velit, quomodo velit, possit* dedicare. *Video enim esse legem veterem, tribunitiam, quae vetat iniussu plebis, aedes, terram, aram* consecrare. Vides, quod ante *dedicare* dicebatur, id statim *consecrare* dici, de iisdem rebus utrumque, aliter ac Graevio visum est. c. 52. *aedes — — dum* dedico *domum Ciceronis, ut mihi praeeatis, postemque teneatis.* c. 55. *aram* consecrare. In dedicatione, ait Graevius, postis tenebatur. Etiamne, quum ara, simulacrum dedicatur? Iam aedes Ciceronis consecratae erant, non potest negari, diserte enim traditur; et hic postis tenebatur. vid. c. 52. *Dedicatio* fiebat populi iussu; sed et *consecratio*. c. 49. Plin. Hist. Nat. VII. 35. *Sulpicia quae simulacrum Veneris dedicaret.* Valer. Max. VIII. 15. 12. *Ut Veneris Verticordiae simulacrum consecraretur.* Sed non opus in re manifesta pluribus exemplis. Sed quoniam Graevium decepisse videtur locus a nobis primo loco propositus, in quo consecratio et dedicatio distingui videntur, age eum explicabimus. Sensus autem eius hic est: an consecratio aedium, bonorum, nullum habet ius, si iniussu populi facta est, dedicatio autem s. consecratio simulacri libertatis tantam religionem affert, tantaque religione obligat aream? Scilicet Cicero non distinguit consecrationem a dedicatione in genere, sed absurdum esse dicit eiusdem rei, h. e. consecrationis s. dedicationis diversam vim statui pro diversis rebus, quum in hac ceremonia non res, in qua adhibeatur, sed ipsa consecrandi dedicandique cerimonia et sanctitas spectetur. De consecratione et dedicatione multa disputat Mazochius de Amphit. Camp. p. 79. sqq. *Ernesti.*

CONSECTARI. 1. Insequi. Att. II. 18. consectari *aliquem clamoribus et conviciis et sibilis.* Inv. II. 37. *Licinius Crassus hostes* — consectatus *est et confecit.* 2. Aliquid assequi cupere. Pis. 24. *Levitatis est inanem aucupari rumorem, et omnes umbras etiam falsae gloriae* consectari Fin. I. 10. *neque quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet,* consectetur, *adipisci velit.* Off. II. 15. *Alexander benevolentiam Macedonum largitione* consectabatur. 3. Persequi, *nachgehen.* Orat. II. 27. *tardi ingenii est rivulos* consectari, *fontes rerum non videre.* 4. Ratione persequi s. complecti.

est. Lael. 4. *voluntatum, studiorum et sententiarum summa* consensio. Att. X. 4. *quorum societas et sceleratae* consensionis *fides, quo eruperit, vides.* 2. De concentu naturae, συμπαθεία. Orat. III. 5. omnia una consensione naturae constricta esse. 3. Coitio. Planc. 15. *et per hanc* consensionem *quae honeste magis, quam vere sodalitas nominaretur.*

CONSENSUS. N. D. III. 11. Div. II. 14. 15. consensus naturae, Gr. συμπάθεια.

CONSENTANEUS. 1. Consentiens, übereinstimmend. Off. III. 4. *formula Stoicorum rationi disciplinaeque maxime* consentanea. Fam. III. 6. *quod quidem erat* consentaneum *cum iis literis, opus ego Romae acceperam.* N. D. II. 22. *Natura mundi omnes motus habet voluntarios — et appetitiones — et his* consentaneas *actiones adhibet.* Off. I. 2. *hae disciplinae si sibi* consentaneae *esse velint, de officio nihil queant dicere.* 2. Conveniens, aptus. Div. II. 65. *obscura somnia minime* consentanea *sunt maiestati deorum.* Fam. IV. 13. *triste quoddam et his temporibus* consentaneum *genus literarum.* Off. I. 27. *Decorum id esse, quod* consentaneum *sit hominis excellentiae.* Orat. 22. Decere *significat, quasi aptum esse* consentaneumque *personae et tempori.* 3. Consequens. Off. I. 20. *non est* consentaneum, *qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate.* Fin. III. 15. *quum superiora firma ac vera sint, his autem ea* consentanea *et consequentia, ne de eorum quidem veritate est dubitandum.*

CONSENTIRE. 1. De personis idem cum aliquo sentire. Lael. 23. *de amicitiae utilitate omnes uno ore* consentiunt. 2. Ad res gerendas cum aliis conspirare. Rull. I. 3. *si* consenserint *possessores non vendere, quid futurum est?* Phil. IV. 3. *omnes mortales una mente* consentiunt, *omnia arma eorum, qui haec salva velint esse contra hanc pestem capienda.* Phil. II. 7. *quum homines — confiterentur — se urbem inflammare, cives trucidare, vastare Italiam delere remp.* consensisse. 3. Congruere, consentaneum esse. Fam. XI. 5. *ut principiis* consentiant *exitus.* Off. I. 2. *hic si sibi ipse* consentiat. Part. 9. *probabilis erit narratio, si personis, si temporibus, si locis ea quae narrabuntur,* consenserint. 4. De harmonia in arte musica. Oecon. 1. *ubi chorus canentium neque certis modis neque numeris praeeuntis magistri* consensit.

sequi. N. D. I. 13, *Chrysippum Diogenes* consequens — *partum Iovis — diiungit a fabula.*

CONSERO, consevi. N. D. II. 52. *Indus — non aqua solum agros laetificat et mitigat, sed eos etiam* conserit.

CONSERO conserui. 1. Att. VII. 19. conserere *manum cum hoste* est pugnam s. praelium inire. 2. Aliud est *ex iure manu conserere.* Orat. I. 10. *ex iure manu* consertum. Muren. 14. *non ex iure manu* consertum. Est autem formula veteris iuris de vindicationibus in re praesenti, quum vi civili et festucaria utuntur: de qua vide inprimis Gell. noct. Att. XX. 10. et not. ad Muren. 14. *Ern.*

CONSERTE, coniuncte. Fat. 14. *Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione* conserte *contexteque fiunt.*

CONSERVARE. 1. De mundo. N. D. I. 20. si in ipso mundo deus inest aliquis — qui cursus astrorum, mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinesque conservet. 2. Observare, colere. Inv. II. 22. officium conservare. Off. III. 28. iusiurandum conservare. 3. Verr. I. 47. *voluntatem* conservare *mortuorum:* curare ut fiat, s. facere, quod mortui voluerunt. Balb. 16. *maiestatem pop. R. comiter* conservanto, est formula in clausulis foederum, quae indicat imperium pop. R. in socium populum. Aliud exemplum est in formula pacis cum Aetolis ap. Liv. XXXVIII. 2. ubi vid. Duker. *Ern.*

CONSERVATIO. 1. *Aufbewahrung.* Off. II. 3. *frugum fructuumque perceptio et* conservatio. 2. *Aufrechthaltung.* Off. I. 29. *via quae deducit ad convenientiam* conservationemque *naturae.* Orat. I. 42. *legitimae atque usitatae in rebus causisque civium aequabilitatis* conservatio. 3. *Beobachtung.* Off. I. 36. *decoris* conservatio.

CONSERVATOR. Att. VIII. 9. *Quid hoc miserius quam alterum* (Caesarem) *plausus in foedissima causa quaerere, alterum* (Pompeium) *offensiones in optima? alterum existimari* conservatorem *inimicorum, alterum desertorem amicorum.*

CONSERVATRIX. Fin V. 9. *non dubitem dicere omnem naturam esse* conservatricem *sui.*

tibi pater publicis commentariis consignatos *reliquit.* Leg. III. 20. *publicis literis* consignatam *memoriam nullam habemus.* Div. I. 40. *clarissimis monumentis testata* consignataque *antiquitas.* 2. Obsignare. Quint. 6. *tabulae signis* consignantur.

CONSILIARIUS. 1. Qui consilium dat. Att. III. 17. *si me a meis* consiliariis *proditum et proiectum vides.* Fam. I. 2. *non invito rege* consiliariisque *eius.* 2. Interpres consiliorum. Leg. III. 19. *Augur meminisse debet se Iovi a. n.* consiliarium *et administrum datum.*

CONSILIUM. 1. Quint. 16. extr consilium capere, cum in fin. pro gerundio: *te* consilium *cepisse, hominis fortunas funditus evertere.* 2. *Consilium* et *Concilium* differunt ita: *Concilium* dicitur de conventu hominum, qui audiendi causa conveniunt, *consilium* de eo, in quo deliberandi causa. Vid. Gronovius ad Liv. XLIV. 2. Hinc Quinct. 15. *in* consilio *adsunt.* Ibid. 10. *in* consilio *esse.* Cf. in Caecil. 4. Verr. II. 29. 3. De iudicibus, assessoribus eius, qui iudicio sive privato sive publico praeest. Hinc Praetor cum *consilio*, imperator cum *consilio* decem legatorum etc. Orat. I. 26. consilium *dimittere.* Rabir. Perd. 2. etc. consilium *publicum*, de senatu: sed Rosc. Am. 52. de iudicio dicitur. 4. Deliberatio. Verr. I. 9. Cluent. 30. *mittere in consilium*, dicitur, quum is, qui praeest iudicio, perorata causa iubet iudices sententiam ferre. Id fiebat olim post deliberationem communem, cuius vestigium reperies Verr. III. 12. cuius potestas quum fieret a praetore, *in consilium mitti* iudices dicebantur. Ipsi autem iudices dicuntur *ire in consilium.* Catil. I. 1. *publici* consilii *particeps* dicitur, qui interest deliberationibus senatus. Verr. I. 17. Cluent. 20. — 5. *Publicum consilium* est etiam decretum senatus. Verr. II. 5. *nulla alia civitas* publico consilio *laudat.* 6. Callidum inventum. N. D. II. 6. consilium *imperatorium.* Graec. στρατηγημα 7. Prudentia, ea facultas animi, cui prudentia inest. Muren. 12. *mulieres propter infirmitatem* consilii. *Ern.*

CONSIMILIS. Orat. I. 33. *causa aliqua posita* consimili *causarum earum quae in forum deferuntur.* Phil. II. 12. *quum rem gessisset* consimilem *rebus iis quas ego gesseram.*

ubi ille: *Sobrini sunt consobrinorum filii. Verum, ut alii putant de sororibus natis ut sint sobrini quasi sororini.* Alter idem ad Hec. III. 5, 9. *Sobrini sunt ex duabus sororibus, consobrini ex fratre et sorore.* Prior significatio huic loco paullo aptior est: eamque et Festus comprobat p. 182. extr. Huic adnotationi Iac. Frider. Heusinger subiecit istam: *Consobrini* et *consobrinae* proprie sunt, qui quaeve ex sororibus nati nataeve sunt quasi consororini, et *sobrini* consobrinorum dicuntur liberi. Ita Cicero de Orat. II. 1. consobrinos vocat materterae suae filios. At in eo, quem nunc explicamus, loco significatione latiore (de qua vid. Paullum I. C. Digestor. lib. XXXVIII. tit. 9. l. 10.) consobrini appellantur non sororum tantum liberi, sed fratres etiam et sorores patrueles, amitini et amitinae. Ita noster pro Ligar. c. 4. T. Brocchum qui erat avunculi Ligarii filius Ligarii *consobrinum* vocat.

CONSOCIATIO. Off. I. 41. *communem totius* generis *hominum conciliationem et* consociationem *colere, tueri, servare debemus.* Ibid. I. 44. ita fit, ut vincat *cognitionis studium* consociatio *hominum atque communitas.*

CONSOCIATUS. Phil. IV. 5. *nunquam tam vehementer cum senatu* consociati *fuistis.* Par. VI. 2. *accusatorum atque iudicum* consociatos *greges.* Fin. III. 20. *Natura ad civilem communitatem coniuncti et* consociati *sumus.*

CONSOCIO, p. Red in Sen. 7. *tune ausus es — cum Gabinio* consociare *consilia pestis meae.* Fin. III. 21. *nec vero rectum est cum amicis aut bene meritis* consociare *aut coniungere iniuriam.*

CONSOLABILIS. Fam. IV. 3. *vix* consolabilis *dolor.*

CONSOLATIO. 1. Sen. 2. *praeterita aetas quamvis longa nulla* consolatione *permulcere posset stultam senectutem.* Tusc. III. 32. *erit igitur in* consolationibus *prima medicina, docere aut nullum malum esse, aut admodum parvum.* Off. I. 14. *fuit mihi laudis nostrae gratulatio tua iucunda, et timoris* consolatio *grata.*

CONSOLATOR. Fam. VI. 4. *me ipsum* consolatorem *tuum non tantum literae, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigavit.*

CONSOLATORIUS. Att. XIII. 20. *literae* consolatoriae.

eum gladiis in conspectu senatus. 4. In conspectu ponere, lebhaft darstellen. Orat. III. 40. de metaphoris ab oculorum sensu repetitis: *illa vero oculorum multo acriora, quae ponunt paene in* conspectu *animi, quae cernere et videre non possumus.*

CONSPERGO. 1. Sensu proprio. Planc. 41. *hic in me incidit quum complexus est* conspersitque *lacrymis.* 2. Translate. Ac. post. I. 2. ubi Varro loquens inducitur: *In illis veteribus nostris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate* conspersimus. Orat. III. 25. *oratio* conspersa *sit quasi verborum sententiarumque* floribus.

CONSPICIO. 1. Sensu proprio. Mur. 41. *ut quam imaginem clarissimi viri parentis sui* (L. Murenae patris, qui de Mithridate triumphaverat) *laureatam in sua gratulatione* (quum consul designatus esset) conspexit, *eandem deformatam ignominia lugentemque videat.* 2. De statua. Catil. III. 8. *si signum illud quod videtis solis ortum* conspexerit, h. e. ad Orientem oculis conversum fuerit. 3. De mentis intentione. Cornel. fr. *ut* conspiciatis *eum mentibus vestris, quem oculis non potestis.*

CONSPICOR Her. I. 11. *Ulysses intervenit, occisum* (Aiacem) conspicatur.

CONSPIRATIO. 1. Bono sensu de concordia s. consensu hominum. Fam. XII. 15. conspiratio *et concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem.* Off. II. 16. *magnas utilitates adipiscimur* conspiratione *hominum atque consensu.* Fin. I. 20. *Epicurus — quam magnos quantaque amoris* conspiratione *consentientes tenuit amicorum greges.* 2. Sensu malo coniuratio. Fam. XI. 11. *sceleratissima* conspiratio. 3. De harmonia vocum. Oecon. 1. *ubi certis numeris ac pedibus velut facta* conspiratione *consensit atque concinuit chorus.*

CONSPIRO. 1. Consentio. Fam. X. 12. *mirabiliter omnium generum atque ordinum consensus ad liberandam remp.* conspiravit. Ligar. 12. *quis est qui horum consensum* conspirantem *et paene conflatum — non noverit.* 2. De nexu et harmonia rerum in natura. N. D. III. 11. *illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturae, quam quasi cognatione continuatam* conspirare *dicebas.*

CONSPONSOR, qui una cum alio spondet. Att. XII. 17. Fam. VI. 19.

auctoritate gratiaque constitui. 2. Aliquid ordinare, firmare, in recto statu collocare. Fin. II. 24. *si utilitas amicitiam* constituet, *tollet eadem.* Lael. 16. constituendi *sunt qui sint in amicitia fines, et quasi termini deligendi.* Orat. I. 9. *constituere rem publicam* dicuntur, qui eam bonis legibus firmant, aliisque rationibus malis rei publ. ingravescentibus medentur. Agr. II. 5. *a Gracchis video multas esse rei publ. partes* constitutas legibus iudiciariis et frumentariis latis rei publ. salutaribus. Brut. 2. *civitas bene morata et bene* constituta. Off. I. 34. *inscitia ineuntis aetatis senum* constituenda *et regenda prudentia est.* Att. IV. 1. constituere *reliquias suas.* Part. 9. *fidem* constituere, i e. facere ut fides habeatur. 3. De rebus ad iudicia pertinentibus. Caecil. 10. constituere *accusatorem.* Verr. I. 1. *in accusatione comparanda* constituendaque *elaborare.* Off. II. 12 *aequitate* constituenda *summos cum infimis pari iure retinebat.* Part. 31. *disceptatio quum est* constituta, h. e. quum definitum est, quid veniat in iudicium; (*wenn die Streitfrage festgestellt ist*) Ibid. 28. *ante iudicium de* constituendo *ipso iudicio solet esse contentio, quum aut sitne actio illi qui agit, aut iamne sit, aut num iam esse desierit, aut illane lege, hisne verbis sit actio, quaeritur* ibid. *de* constituendis *actionibus accipiendis subeundisque iudiciis.* Caecil. 4. *iudicium de pecuniis repetundis* constitutum. Verr. V. 54. *ne iudicium capitis in se* constitueretur. Caecin. 14. *Videte quod ius nobis, quam conditionem vobismetipsis, quam denique civitati legem* constituere *velitis.* Ibid. 28. *quid est Piso? placet tibi pugnare verbis? placet causam iuris et aequitatis, et non nostrae possessionis sed omnino possessionum omnium* constituere *in verbis?* Verr. Act. I. 18. *ita testes* constituam, *ut crimen totum explicem.* 4. Parare, comparare. Verr. I. 65. *non erat ignarus, quantum sibi ac liberis suis iam tum mali* constitueretur. Muren. 5. *ex Asia laus familiae* constituta *est.* 5. Constituere est statuere, decernere. Off. I. 9. *ingenii magni est praecipere cogitatione futura et aliquanto ante* constituere *quid accidere possit in utramque partem.* Fin. V. 1. constituimus *inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.* 6. Promittere aliquid alteri, s. pacisci (*zusagen*). Orat. I. 62. *Sane vellem non* constituissem *in Tusculanum me hodie venturum esse, Laelio.* Att. I. 7. Cincio HS *viginti millia* constitui *me datu-*

menticiisque constaret. 2. *Constare* dicitur pro *esse, naturam suam tueri.* Lael. 7. *quae in rerum natura totoque mundo* constarent, *quaeque moverentur.* N. D. I. 33. *qui sine manibus et pedibus* constare *deum posse decreverunt.* Orat. III. 5. *nullum est genus rerum, quod aut avulsum a ceteris per se ipsum* constare, *aut quo cetera si carerent, vim suam atque aeternitatem conservare possint.* N. D. I. 10. *si ipsa mens* constare *potest vacans corpore.* Verr. II. 76. de tabulis a Verre vitiatis: *Erant acceptae pecuniae a* C. VERRUTIO C. F. *sic tamen ut usque ad alterum R literae* constarent *integrae, reliquae omnes essent in litura.* 3. Exstare. Brut. 97. *cernimus vix singulis aetatibus binos oratores* constitisse. Fam. VII. 1. constitit *mihi fructus otii mei.* Orat. II. 22. *quorum scripta* constent, h. e. non solum exstent, sed etiam genuina. 4. *Constare* dicitur, pro notum perspicuum et certum esse. Partit. 12. *Restant, quae quum factum* constet *et nomen, qualia sint, vocatur in dubium.* Inv. I. 36. *haec propositio indiget approbationis; non enim perspicua est, neque* constat *inter omnes.* Quint. 19. constat *procuratoris diligentis officium.* Att. XIII. 16. *nunc quum de Magio* constet. N. D. III. 4. *quasi hoc perspicuum sit* constetque *inter omnes, eos esse deos.* Fam. XII. 1. *etsi non satis mihi* constiterat *cum aliquane animi mei molestia an potius libenter te Athenis visurus essem.* 4. *Constare* cum dativo personae est *secum ipso consentire.* Off. I. 33. *cura maior adhibenda, ut* constare *in vitae perpetuitate possimus nobismet ipsis nec in ullo officio claudicare.* Univ. 2. ut tota oratio sibi constet et ex omni parte secum ipsa consentiat. Cluent. 38. *suis iudiciis* constare, *i. e.* non recedere a superiori iudicio et diversum iudicare. 5. *Constare cum aliquo*, est *cum eo consentire.* Her. II. 10. *dicemus contrariam sententiam non constare cum superioribus et inferioribus sententiis.* 6. De pretio. Att. XIII. 29. *id prope dimidio minoris* constabit *illo.* Verr. V. 19. sit argumento tibi gratis constare navem, quia quid emeris, aut quid locaveris scriptum proferre non potes.

CONSTRATUS. Verr. V. 34. *navis* constrata *et ita magna, ut propugnaculo ceteris possit esse.* Opponitur *navis* aperta ibid. c. 40.

CONSTRICTUS vinctus. Phil. VII. 8 *inclusam et constrictam belluam ne dimittatis cavete.* Orat. I. 52.

CONSUASOR. Quint. 5. *auctore et* consuasore *Naevio.*

CONSUESCERE. 1. In praeterito, de eo quod facere solemus, cuius consuetudinem contraximus. Lael. 17. *in equo, nemo est qui non eo quo* consuevit *libentius utatur, quam intractato et novo.* Her. I. 1. *quod datur otii libentius in philosophia consumere* consuevimus. 2. De usu et commercio cum aliis. Verr. V. 12. *huc omnes mulieres quibus iste* consueverat, *conveniebant*, quo loco refertur ad Veneris commercium. 3. In praesenti i. q. addiscere, in aliquid se exercere. Tusc. I. 31. *disiungamus nos a corporibus, id est* consuescamus *mori.* Orat. I. 61. *Demosthenes summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare* consuescebat. 4. De vitiosa consuetudine quam contrahimus (sich angewöhnen). Orat. I. 34. *animadverti — si iisdem verbis uterer, nihil prodesse, si aliis, etiam obesse, quum minus idoneis uti* consuescerem.

CONSUETUDO. 1. Gewohnheit. Orat. I. 34. *ne mala* consuetudine *ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus.* Tusc. V. 26. *comparavit sibi — exercitationem* consuetudinemque *patiendi.* Hortens. fr. *ut ea sibi ratio vera restituat, quae* consuetudo *vitiosa detraxerit.* Inv. I. 2. *vetus* consuetudo *naturae vim obtinet.* Fin. V. 25. *Callipho et Diodorus — voluptatem primo duntaxat expeti dicunt, deinde* consuetudine *quasi alteram naturam effici.* 2. *Fertigkeit.* Orat. II. 87. *quam facultatem exercitatio dabit, ex qua* consuetudo *gignitur.* Ibid. I. 33. *qui a scribendi* consuetudine *ad dicendum venit.* 3. *Gebrauch.* Fat. 11. *communi* consuetudine *sermonis* (*Sprachgebrauch*) *abutimur, quum ita dicimus, velle aliquid quempiam aut nolle sine causa.* Orat. 48. *quodsi indocta* consuetudo (in elidendis verborum postremis consonantibus, nisi vocalis insequeretur) *tam est artifex suavitatis, quid ab ipsa tandem arte et doctrina postulari putamus?* Tusc. V. 4. *quem morem quum Carneades — tenuisset, fecimus — ut ad eam* consuetudinem *disputaremus.* Off. I. 24. *in adeundis periculis* consuetudo *imitanda medicorum est.* 4. *Oeffentliche Sitte, das Herkommen.* Font. 10. *Quis ignorat eos* (*Gallos*) *usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram* consuetudinem *hominum immolandorum.* Inv. II. 22. Consuetudinis *ius esse putatur id quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobavit.*

CONSULTRIX, Fürsorgerin. N. D. II. 22. Natura consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium.

CONSULTUM, decretum. Leg. I. 23. *facta et* consulta *fortium et sapientum.* Phil. XIV. 13. *utinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris* consultisque *possemus.*

CONSULTUS. 1. Deliberatus. Att. II. 16. *ad eum re* consulta *et explorata perscripseram.* Fin. II. 32. *Si prima quaeque bene ab ea* consulta *atque facta ipsius oblivione obruerentur.* 2. Doctus, peritus; inprimis de iuris peritia. Caecin. 27. *ita iustus et bonus vir est*, ut natura non disciplina* consultus *esse videatur.* Brut. 40. paullo ante dixi consultorum *alterum* (Scaevolam) *disertissimum, disertorum alterum* consultissimum *fuisse.* Nempe paullo ante dixerat causam M' Curii ita ab his dictam esse, *ut eloquentium iuris peritissimus Crassus, iuris peritorum eloquentissimus Scaevola putaretur.* Phil. IX. 5. *Neque enim ille* (Sulpicius) *magis iuris* consultus, *quam iustitiae fuit.*

CONSUMERE. 1. Proprie de nutrimentis, *verzehren.* N. D. I. 36. ibes — *volucres angues — interficiunt atque* consumunt. Off. II. 5. *Dicaearchus — belluarum repentinae multitudinis impetu docet quaedam hominum genera esse* consumpta. N. D. II. 60. *agri multa ferunt, quae vel statim* consumantur, *vel mandentur condita vetustati.* 2. De morbis aut senio hominem perimentibus, *aufreiben.* Planc. 37. *si me vis aliqua morbi aut natura ipsa* consumpsisset. 3. De aliis rebus quae intereunt. Marcell. 4. *nihil est opera aut manu factum, quod aliquando non conficiat et* consumat *vetustas.* 4. De rebus quae in aliquid impenduntur. Rull. I. 5. *pecunia* consumetur *in agrorum emptionibus*, ibid. 4. *Aurum in monumento* consumptum. Orat. III. 26. *in quo tanta commoveri actio non posset, si esset* consumpta *superiore motu et exhausta.* 5. De tempore, *zubringen, verbringen.* Fam. XIV. 27. *ut domum ventitares horasque multas saepe suavissimo sermone* consumeres. Att. VIII. 11. *in studiis ac literis* consumo *omne tempus.* Phil. XIII. 11. *in lustris, popinis, alea, vino, tempus aetatis omne* consumpsisses. 6. De studiis. Fam. VI. 13. *quum studium tuum* consumas *in virorum factis memoriae prodendis.* Phil. V. 18. *C. Caesar omnem vim ingenii sui — in populari levitate*

CON-

CONTAMINARE. Catil. I. 12. *Summi viri et clarissimi cives Saturnini — sanguine non modo se non* contaminarunt, *sed etiam honestarunt.* Off. III. 7. contaminare *se scelere.* Tusc. I. 30. humanis vitiis. Dom. 41. contagione praedae. Sull. 16. contaminare veritatem mendacio; 2. de probris accusatoris in reum coniectis. Her. II. 3. *quam plurimis vitiis* contaminabit *personam.*

CONTAMINATUS. Harusp. 13. *ex libris — quos tu —* contaminatis *manibus attrectas.* Prov. Cons. 6. contaminatissimus *sceleribus et flagitiis.* Phil. XII. 7. *quos nondum tantis parricidiis* contaminatos *vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles censes civitati fore?* Pis. 9. contaminatus *spiritus* (Gabinii) dicitur, fortasse cum respectu ad foedam oris libidinem. Caecil. 21. *iudicia corrupta ac* contaminata *paucorum vitio ac turpitudine.*

CONTEGO. 1. Sensu proprio. Sext. 38. *messoria se corbe* contexit. Off. I. 35. *Natura, quae partes corporis — aspectum essent deformem habiturae atque turpem, eas* contexit *atque abdidit.* 2. Translate. Prov. cons. 4. *libidines — quas* (Piso) *fronte et supercilio non pudore et temperantia* contegebat.

CONTEMNENDUS. Brut. 13. *orator non* contemnendus. Ibid. *oratio non* contemnenda *saneque tolerabilis.* Verr. III. 27. *Siculi non* contemnendi, *i. e.* honesti.

CONTEMNERE. Rull. II. 35. *Romam irridere atque* contemnere *prae Capua.* „Eleganter *contemnere aliquid* dicuntur, qui satis ab eo se tutos putant, neque metuunt ullo modo. Mil. 16. *qui ita iudicia poenamque* contempserat, *ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret.* Catil. II. 3. *exercitum illum — magnopere* contemno. Eodem modo Virgil. Georg. II. 361. *arborem* dicit *contemnere ventos* quum ita adolevit, ut satis robusta sit ad resistendum vento. Sic interpretatur etiam Bentleius illud Horatii in Epod. IV. *in quatuor decem sedilibus inprimis magnus eques Othone contempto sedet*, ubi vide ipsum. Sic Graeci Καταγελᾷν ut Lucian. Toxar. 2." *Ern.*

CONTEMPLARI. 1. De rebus visibilibus. N. D. II. 2. *quum caelum suspeximus caelestiaque* contemplati *sumus.* Ibid. I. 20. *deus terras et maria* contemplans. Ibid. II. 38. *oculis* contemplari *pulchritudinem rerum.*

tendere. Ligar. 2. *quantum potero, voce* contendam. Flacc. 16. *quantum maxime possem* contenderem. Verr. II. 21. *in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia* contendamus, (*i. e.* ne nihil praetermittere velle videamur) *ne omnia cum dolore agere videamur.* 3. Intendere. Fat. 10. contendit *omnes nervos Chrysippus, ut persuadeat etc.* Verr. Act. I. 12. *magnum onus — veruntamen dignum, in quo omnes nervos aetatis industriaeque meae* contenderem. 4. Petere, poscere, flagitare. Att. XI. 8. *per eos qui nostra causa volunt diligentissime* contendas *opus est.* Q. Fr. III. 1. *Pompeius a me valde* contendit *de reditu in gratiam.* Fam. II. 6. *verecundius a te, si qua magna res mihi petenda esset,* contenderem. Verr. II. 53. *propter magnitudinem potestatis hic magistratus a populo summa ambitione* contenditur. 5. De aemulatione licitantium, *hinaufbieten, hinauftreiben.* Verr. III. 42. *Is licere non destitit. Illis quoad videbatur aliquo modo ferri posse,* contenderunt, *postremo liceri destiterunt.* 6. Comparare, conferre. Rosc. Am. 53. *Quidquid tu contra dixeris, id cum defensione nostra* contendito. Inv. II. 49. *Primum leges oportet* contendere. N. D. III. 4. *Patere igitur rationem meam cum tua ratione* contendere. 7. Pugnare, certare. Att. VII. 9. *si exercitum adducat, necesse est armis cum eo* contendere. Rosc. Am. 47. *quis erat qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine* contendere. Phil. IX. 7. *Servius* contra *vim gravitatemque morbi* contendit. Off. I. 31. *Sic est faciendum, ut contra naturam universam nihil* contendamus. Fin. III. 20. *Tauris natura datum est, ut pro vitulis contra leones summa vi impetuque* contendant. Planc. 19. *desinamus aliquando vulgari et pervagata declamatione* contendere. Caecin. 23. *si verbis et literis, et ut dici solet summo iure* contenditur. Att. XVI. 15. *si me non improbissime tractasset Dolabella, dubitassem fortasse utrum remissior essem, an summo iure* contenderem; (de dote Tulliae mihi reddenda.) Fam. VII. 32. *nisi* (dicta quae in me conferuntur) — *arguta apparebunt, ut sacramento* contendas *mea non esse.* Orat. I. 10. *multis praeessem, qui interdicto tecum* contenderent.

CONTENTE, vehementer, cum summa contentione virium. Tusc. II. 24. contente *dicere.* Ibid. V. 34. contentius *ambulare.* Ibid. II. 24. *ut tormenta telorum*

centum servare possit, omnes aeque incontentae sint. Tusc. II. 24. *tormenta telorum* — contenta *atque adducta vehementius.* 2. De intentione virium corporis aut animi. Tusc. II. 23. *onera* contentis *corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt.* Orat. 17 contenta *voce atrociter dicere.* Mur. 15. *quum* contento *cursu classis Italiam peteret.* Sext. 6. *ad tribunatum* contento *studio cursuque veniamus.*

CONTENTUS, (a *Contineo*). Quint. 12. *mediocri quaestu* contentus *non fuit* Verr. II. 38. contentus *hac iniquitate non fuit.* Parad. VI. 3. contentum *suis rebus esse, maximae sunt certissimaeque divitiae.* Ibid. *ad liberaliter vivendum facile* contentus. Off. I. 42. *mercatura satiata quaestu, vel* contenta *potius.* Parad. VI. 1. *si animus tuus satiatus est, aut* contentus *etiam pecunia, concedo, dives es.* Brut. 35. *quum ipsum sine comparatione audires, non modo esses* contentus, *sed melius non quaereres.*

CONTERERE. 1. De victis et caesis hostibus. Prov. cons. 13. *Caesar ceteras nationes* contrivit, *compulit, domuit.* 2. Opprimere, de aliis rebus. Fam. I. 9. *ego illius gravissimas iniurias — voluntaria quadam oblivione* contriveram. 4. Refutare. Tusc. V. 30. *reliqua ex collatione facile est atque contemnere.* 3. De tempore aut studiis in aliquod negotium impensis. Leg. I. 20. *aetatem in litibus* conterere. Fin. V. 20. *in rebus quaerendis.* Ibid. I. 21. *se in musicis, geometria, numeris, astris* conterere. Orat. I. 58. *quum in causis et in negotiis et in foro* conteramur. 4. De rebus saepe commemoratis. Att. IX. 4. *quae autem sunt horum temporum ea iam* contrivimus.

CONTERREO. Orat. I. 49. *Scaurus credo huc veniat, et loquacitatem nostram vultu ipso aspectuque* conterreat.

CONTESTARI. 1. „Proprie est testem aliquem in re aliqua facere hac formula: testis esto. Unde *litem contestari* ad Att. XVI. 15. Rosc. Com. 11. est, quum adversarius uterque, qui controversiam ad praetorem detulerat, iudicio disceptandam, causa exposita breviter et narrata praetori dicebat praesentibus: *testes estote.* Vid. Macrob. Saturn. III. 9. Festus in h. v. Menardus ad Cic. pro Rosc. Com. 11." *Ernesti.* Macrobii locus non est Saturn. III. 9. sed II. 12. ubi e C. Titii, viri aetatis Lucilianae oratione, qua legem Fan-

niam suaserat locus affertur lepidissimus. „Describens enim homines prodigos, in forum ad iudicandum ebrios commeantes, quaeque soleant inter se sermocinari, sic ait: *Ludunt alea, studiose unguentis delibuti, scortis stipati; ubi horae decem sunt, iubent puerum vocari, ut comitium eat, percontatum quid in foro gestum sit, qui suaserint, qui dissuaserint, quot tribus iusserint, quot vetuerint. Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant. Dum eunt nulla est in angiporto amphora, quam non impleant; quippe qui vesicam plenam vini habeant. Veniunt in comitium tristes, iubent dicere. Quorum negotium est dicunt. Iudex testes poscit. Ipsus it minctum. Ubi redit, ait se omnia audivisse, tabulas poscit; literas inspicit. Vix prae vino sustinet palpebras. Eunt in consilium. Ibi haec oratio: Quid mihi negotii est cum istis nugacibus? quam potius potamus mulsum mixtum vino Graeco, edimus turdum pinguem, bonumque piscem, lupum germanum, qui inter duos pontes captus fuit.* Haec Titius; quem locum iam Menardus ad Rosc. Com. 11. excitaverat; ubi tamen lectionem sequitur: *quorum negotium est, narrant:* et in quibus, *inquit*, observandum est, quod ait Titius: *quorum negotium est, narrant*, quibus indicatur causae coniectio, quae narratione brevi continetur, quam subsequitur contestatio, his verbis indicata: iudex testes poscit, id est iubet litigatores contestari. Festus sic: CONTESTARI *est quum uterque reus dicit*, TESTES ESTOTE. Mox idem Festus sive Paulus: *Contestari*, inquit, *litem dicuntur, duo aut plures adversarii quod ordinato iudicio utraque pars dicere solet*, TESTES ESTOTE. Id autem, ut puto, contestabantur, petitor quidem se petere, ne actioni eius praescriptio temporalis noceret; reus vero se infitiari; et uterque se iudicium accipere, et contendere paratum esse. Nam ex litis contestatione iudicium acceptum intelligitur. Sic enim perpetuo in iure intelligendum est: *ex tempore accepti iudicii, et post acceptum iudicium;* id est ex lite contestata." Hactenus Menardus. 2. Obtestari. Verr. IV. 29. *flens ac deos hominesque* contestans. Flacc. 40. *quum ego te Flacce caelum noctemque* contestans *flens flentem obtestatur.*

CONTESTATIO, obtestatio fragm. Cornel. I. 1. *petivit a me praetore maxima* contestatione.

CONTEXERE. 1. Componere, coniungere. Orat. 34. *quid est aetas hominis nisi memoria rerum veterum cum superiorum aetate contexitur?* Fam. V. 12. *coniunctene malles cum ceteris rebus nostra* contexere. Fam. X. 13. contexere extrema cum primis. 2. Continuare. Cael. 7. *longius mihi quidem* contexere *hoc carmen liceret.* Leg. I. 3. *nec tam facile interrupta* contexo *quam absolvo instituta.* 3. Adornare, instituere. Deiot. 7. *quam festive crimen* contexitur!

CONTEXTE. Fat. 14. *omnia naturali colligatione conserte* contexteque *fieri.*

CONTEXTUS 1. Sensu proprio. N. D. II. 63. *quid oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis atque* contextis *homines vestiantur.* 2. Continuus. Tusc. V. 33. *perpetuas et* contextas *voluntates in sapiente fore semper.*

CONTEXTUS, sensu proprio. Fin. V. 11. ex Attio. *pinnarum* contextu *corpori tegumenta faciebat.* 2. Nexus. Fin. V. 28. *mirabilis est apud illos* (Stoicos) contextus *rerum.* Partit 23. *in toto quasi* contextu *orationis haec erunt illustranda maxime*

CONTICERE et CONTICESCERE. 1. De hominibus. Catil. III. 5. *recitatis literis debilitatus atque abiectus, conscientia convictus, repente* conticuit. Red. in Sen. 7. *saltem dum* conticesceret *illa lamentatio gemitusque urbis.* Pis. 11. *quum obmutuisset senatus, iudicia* conticuissent. Phil. XIV. 12. *numquam de vobis hominum gratissimus sermo* conticescet. 2. De aliis rebus. Off. II. 1. *illae literae* (scriptae orationes) conticuerunt *forenses* et *senatoriae.* Muren. 10. *simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostrae* conticescunt. Brut. 94. *perterritum armis hoc studium* (dicendi in foro) *nostrum* conticuit *subito et obmutuit.*

CONTINENS. 1. Proximus, adiacens. Acad. pr. II. 33. *Mare dissimile est proximo ei* continenti. Fam. XV. 2. *Cappadociae pars quae cum Cilicia* continens *est.* Caecin. 4. *fundo uxoris* continentia *quaedam praedia atque adiuncta mercatur.* 2. Coniunctus, de rebus inter se connexis. N. D. I. 11. *non vidit neque motum sensui iunctum et* continentem *in infinito ullum esse posse.* Div. II. 14. *natura uno consensu coniuncta et* continens. Fat. 19. *Chrysippus concedens assensionis proximam et* continentem *causam esse in viso positam.* Inv. I. 26. Continentia *cum ipso negotio sunt ea, quae semper af-*

iraeundiam tuam. 4. Reticere, custodire aliquid, ne proferatur, *bey sich behalten.* Orat. II. 55. continere *dicta.* Orat. I. 47. *ut ea quae* continet, *neque adhuc protulit — explicet nobis et illa dicendi mysteria enuntiet.* Att. XIII. 21. *tu tamen commode feceris, si reliquos (libros)* continueris. 5. *In etwas, oder bey einer Sache erhalten.* Fam. VII. 19. *qua in exercitatione te nos* continebimus. Brut. 97. contine *te in tuis perennibus studiis* 6. Abstinere, *sich enthalten.* Orat. II. 20. *sin plane abhorrebit et erit absurdus, ut se* contineat, *aut ad aliud studium transferat.* 7. Continere aliquid dicitur, quod est in eo summum et praecipuum, quod plurimum valet. Off. II. 24. *nec ulla res vehementius rem publicam* continet, *quam fides.* Brut. 29. *Scauri dicendi genus significabat non prudentiam solum, sed quod maxime rem* continebat, *fidem.* Passivum CONTINERI. 1. Constare. N. D. II. 23. *non venis et nervis et ossibus* continentur *dii.* 2. Pendere ex re aliqua, s. aliqua re niti. Div. I. 14. *artes quae coniectura* continentur *et sunt opinabiles.* Dom. 37. *meus reditus vestro iudicio* continetur. Marcell. 9. *vita corpore et spiritu* continetur. Orat. I. 20. *artem negabat esse ullam, nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum exitum spectantibus et numquam fallentibus rebus* contineretur. Orat. I. 2. *ego eloquentissimorum hominum artibus eloquentiam* contineri *statuo.* Ibid. II. 7. *ars earum rerum est, quae sciuntur. Oratoris autem omnis actio opinionibus non scientia* continetur. 3. Versari in re aliqua. Verr. III. 1. *L. Crassus his praesidiis ingenii fortunaeque munitus tamen hac cura* continebatur, scil. ut accusandi negotium hactenus molestum esse putaret, quod accusatores minus liberas omnium rerum voluntates haberent. 4. Coërceri, cohiberi. Verr. I. 24. *ceterae eius libidines ratione aliqua* continebantur. Rosc. Am. 20. *accusatores multos esse — utile est, ut metu* contineatur *audacia.* 5. Contineri *dicuntur etiam, quae firma sunt, ut non facile rumpantur.* N. D. II. 57. de membranis oculorum: *deinde firmas, ut* continerentur.

CONTINGERE, evenire. 1. De re bona. Orat. I. *Tantum habemus otii quantum iamdiu nobis non* contigit. 2. De re mala. Fam. XI. 16. *a Gabinio Cos. relegatus est, quod ante id tempus civi Rom.* contigit *nemini.* Off. II. 14. *periculosum est — committere ut accusator nominere, quod* contigit *M. Bruto.* Sic Catil. I. 7. Tusc. V. 6.

non continuo *ut aeque incontentae.* Orat. II. 48. *si illae seditiones saluti huic civitati fuissent*, non continuo, *si quis motus populi factus esset id Norbano in nefario crimine— esse ponendum.*

CONTINUUS. 1. De proxime se consequentibus, ita ut nihil intercedat. Flacc. 12. *senatus nihil a superioribus* continuorum *annorum decretis decessit.* Verr. Act. I. 13. *Equester ordo iudicavit annos prope quinquaginta* continuos. Verr. V. 36. *quaerebatur tot dies* continuos *ubi fuisset.* Fam. X. 33. continuis *itineribus ad forum Vocontium veni.* 2. i. q. continuatus. Orat. 27. *quum fluxerunt plures* continuae *translationes, alia plane fit oratio*

CONTORQUERE, dicitur proprie de eo motu hastae, aut cuiuscunque iaculi, quo ei maiorem vim atque impetum addimus, ut rotatione gladio. Atque is motus eaque agitatio fit, pro ratione iaculorum, aut manu, aut machina aliqua, quae hinc tormentum dicitur. Exempla crebra sunt apud poetas. Hinc fit, ut, quicquid celerius movetur et fertur, quicquid vehementius propter brevitatem aut celeritatem pronunciationis ferit, quae acutiores sunt brevioresque conclusiones, quibus paene resisti, quamvis falsis, tamen non potest, id omne contorqueri, contortum dicatur. Exempla ex praecipuis generibus haec sunto. N. D. I. 10. *globus* dicitur *magna celeritate* contorqueri. Orat. II. 17. *qui* (sc. homo vel animus) tamquam *machinatione aliqua, tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam* etc. *est* contorquendus. Orat. 70. extr. *Demosthenis non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris* contorta *ferrentur.* Tusc. III. 26. de Aeschine Demosthenem accusante: *quas sententias colligit? quae verba* contorquet? *ut licere quidvis rhetori intelligas.* Div. II. 51. *videsne igitur, quae dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? deinde* contorquent *et ita concludunt: Non* igitur etc. cf. *contortus, contorte. Ern.*

CONTORTE. Her. I. 9. Inv. I. 20. inter praecepta narrandi est: *ne quid perturbate*, neque contorte *dicatur*, h. e. obscure. Sic Orat. I. 59. *res* contortae *et difficiles.* Est autem de eo genere obscuritatis, quod ex nimia brevitate oritur, quod oratio nimis brevis citius, quam intelligi potest, praetervehitur. Tusc. III. 10. commemoratis brevibus et aptis inter se conclu-

Att. VII. 7. *quid sit optimum, male* contractis *rebus, plane video.* Sull. 20. *ratione magna* (sc. pecuniaria) contracta *cum Mauritaniae rege.* Off. I. 5. *rerum* contractarum *fides.* Rabir. Post. 9. *hoc semel suscepto atque* contracto. Leg. II. 22. *quaeque in porca* contracta *iura sint.* Porca contracta esse dicitur, quum aliquid committitur, quod porca immolanda expiandum est, quae praecidanea dicitur. Davisius laudat Gell. IV. 6. ad q. l. v. Intt. Nam *contrahi* dicuntur, quae nobis culpa nostra et peccato accidunt et perpetienda sunt. Fam. X. 18. *non suis* contractis, *i. e.* peccatis. *Ern.* Q. Fr. I. 1. *Ea ferre homines molestissime debent, quae eorum culpa* contracta *sunt.* Att. XI 22. *ea est a nobis* contracta *culpa.* Tusc. III. 22. *culpa* contractum *malum.*

CONTRAHERE. 1. De rebus corporeis, *zusammenziehn.* Div. I. 53. *animal omne membra quocumque vult flectit, contorquet, porrigit,* contrahit. Cluent. 26. contrahere *frontem.* Tusc. II. 17. *quis* (gladiator) *quum decubuisset, ferrum recipere iussus, collum* contraxit? N. D. II. 54. *Stomachi parites eae, quae sunt infra id, quod devoratur, dilatantur, quae autem supra,* contrahuntur. 2. Colligere, in unum locum adducere. Att. VIII. 1. *Sic parari video ut Luceriam omnes copiae* contrahantur. N. D. II. 66. *Licet* contrahere *universitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos.* 3. Continere, *zusammenhalten.* Lael. 7. *quae in rerum natura totoque mundo constarent, ea* contrahere *amicitiam, dissipare discordiam.* 4. Afferre alieni aliquid s. concitare. Her. IV. 38. *eiusmodi res et invidiam* contrahunt *in vita, et odium in oratione si inconsiderate tractes.* Inv. I. 17. *si causae turpitudo* contrahet *offensionem.* Her. I. 8. contrahere *benivolentiam.* Fam. II. 15. contrahere *molestias liberalitate sua.* Fin. V. 30. *si mercatura in maximis lucris parum aliquid damni* contraxerit. 5. De animo, tristitia aut metu afficere. Q. Fr. I. 1. *Te rogo ne* contrahas *aut demittas animum.* N. D. II. 40. *Sol binas in singulis annis reversiones facit, quarum intervallo tum quasi tristitia quadam* contrahit *terram, tum vicissim laetificat.* 6. Diminuere. Div. II, 58. contrahi *animum Zeno et quasi labi putat atque concidere, et id ipsum esse dormire.* Off. I. 29. *intelligitur appetitus omnes* contrahendos *sedandosque.* 7. *Contrahi* duo verba dicuntur, quum in priore ultima vocalis eliditur, quia sequens verbum a

vocali incipit, ad hiatum evitandum; item sine vocalibus brevitatis causa; ut *multi' modis*. Singula etiam verba contrahi dicuntur, ut quum *bis* dicitur pro *duis*, *ala* pro *axilla*. 8. Transigere. Off. I. 2. *neque si tecum egas aliquid, neque si cum altero* contrahas. Tusc. V. 36. *quantis molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo* contrahunt; (*die nichts mit ihm zu verkehren haben*) de ambitione in petendis honoribus. 9. Inprimis de transactione in re pecuniaria. Quint. 11. *quicum* contraxisset sc. societatem. Cluent. 14. *Cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam* contrahebat. Quint. 1. *res quemadmodum gesta et* contracta *sit videte.*

CONTRARIE Orat. I. 31. contrarie *scriptum*, est, in quo repugnantia sunt. Part. 31. est aliud de eadem re scriptum. Orat. II. 65. *verba relata* contrarie; est genus ridiculi, quum ei qui nos lacessit, ipsis eius verbis, sed leviter inflexis aut immutatis respondetur.

CONTRARIUS. Inv. I. 28. Contrarium est, *quod positum in genere diverso, ab eodem cui contrarium esse dicitur, plurimum distat, ut frigus, calor, mors, vita.* Top. 11. Contrariorum *genera sunt plura, unum eorum quae in eodem genere plurimum differunt, ut sapientia et stultitia — Haec quae ex eodem genere* contraria *sunt appellantur adversa. Sunt enim alia* contraria *quae privantia licet appellare Latine, Graeci appellant στερητικά; ut dignitas indignitas. Alia quoque sunt* contrariorum *genera, velut ea, quae cum aliquo conferuntur; ut duplum, simplum; multa, pauca. Sunt etiam illa valde* contraria, *quae appellantur* negantia; *ut*: Si hoc est illud non est. Tusc. II. 3. *in* contrarias *partes disserere* est in utramque partem. Her. IV. 18. figura rhetorica est *Contrarium, quod ex rebus diversis duabus alterum breviter et facile comparat. Exempla vid. ibidem.*

CONTRECTARE, tractare. Orat. III. 6. homines leviter eruditi *qui quae complecti tota nequeunt haec facilius divulsa et quasi discerpta* contrectant. 2. Perfrui. Tusc. III. 15. *impellit et incitat ad conspiciendas totaque mente* contrectandas *voluptates.*

CONTRECTATIO. N. D. I. 27. *an putas ullam esse beluam, quae non sui generis belua maxime delectetur. Quod ni ita esset cur non gestiret taurus equae* contrectatione, (i. e. coitu) *equus vaccae?*

CONTREMISCERE. 1. Sensu proprio. Orat. I. 26. *in me experior, ut exalbescam in principiis dicendi et tota mente atque omnibus artubus* contremiscam. 2. Metaphorice. Sext. 51. *L. Ninnii in mea causa numquam fides virtusque* contremuit; i. e. numquam se metu absterreri passus est, quo minus suam fidem virtutemque servaret.

CONTRIBUERE, simul cum aliis pendere. Phil. XIV. 14. *urbem ad eam rem pecuniam dare,* contribuere, *solvere iubeant.*

CONTRISTARE. Fam. VIII. 9.

CONTRITUS. 1. Consumptus. Orat. I. 51. quo in studio (philosophiae) *hominum ingeniosissimorum otiosissimorumque totas aetates videmus esse* contritas. 2. Pervulgatus. Fin. II. 6. contritum *vetustate proverbium.* Orat. I. 31. *ista omnium communia et* contrita *praecepta didici.* Mil. 40. *nullo praemio proposito praeter hoc quod iam* contritum *et contemptum putatur, iudicium bonorum.*

CONTROVERSIA. 1. Disceptatio forensis. Rosc. Am. 51. *magnae rei familiaris* controversiae. Fam. XIII. 69. controversia *de fundo.* Phil. IX. 5. de Ser. Sulpicio: *nec constituere litium actiones malebat, quam* controversias *tollere.* 2. Disceptatio in senatu. Fam. XIII. 26. *hac* controversia *usque ad noctem ducta senatus est dimissus.* 3. Disputatio inter philosophos aut scriptores. Brut 18. *est inter scriptores de numero annorum* controversia. Orat. I. 11. *Verbi* controversia *iam diu torquet Graeculos homines contentionis cupidiores quam veritatis.* 4. *Sine controversia*, de re certissima, *unstreitig.* Off. III. 2. *Panaetius, qui sine* controversia *de officiis accuratissime disputavit.*

CONTROVERSARI, in fragm. Protag. ap. Priscian. VIII. postulo *concedatis alter alteri, et inter vos de huiusmodi rebus* controversemini, *non concertetis.*

CONTROVERSUS. Muraen. 26. *ius* controversum. Div. II. 50. *sumere pro certo quod dubium* controversumque *sit.* Leg. I. 20. *res* controversa *et plena dissensionis inter doctos.*

CONTRUCIDARE. 1. Sensu proprio. Sext. 37. *hic multis vulneribus acceptis ac debilitato corpore et* contrucidato *se abiecit exanimatus.* 2. Metaphorice

pro *pessundare.* Sext. 10. *hi summi imperii nomine armati rem publ.* contrucidarunt.

CONTRUDERE, compellere, constipare. Cael. 26. *in balneas* contrudi. Verr. V. 27. *eo multos captivos cives Rom. coniecerat, eodem ceteros piratas* contrudi *imperarat.*

CONTUBERNALIS. „Ligar. 7. *domi una eruditi* contubernales *militiae,* sunt, qui simul stipendia faciunt, et in castris in eodem tentorio sub eodem decano degunt. Vid. Veget. II. 13. Planc. 11. *Fuit in Creta postea* contubernalis *Saturnini propinqui sui, miles huius Q. Metelli.* cf. Sull. 15. — 2. Imperatorum autem *contubernales,* sunt adolescentes nobiles, qui in cohorte praetoria militant, ut quoniam ea est circa imperatorem, sub eius oculis sint, cum eo esse, ab eo in re militari erudiri possint, eius consiliis intersint. Cael. 30. *quum autem paullum roboris accessisset aetati, in Africam profectus est,* Q. Pompeio *procos.* contubernalis. 3. Ab his duobus generibus aliae dicendi rationes ductae. Sic Brut. 27. *L. Gellius Carbonis* contubernalis *in consulatu* dicitur, quia eum sectatus est in consulatu, more adolescentum, qui se ad insignem aliquem virum applicabant, ut ab eo discerent, eius consiliis de re publ. interessent. Cf. Sull. 12. — 4. Flacc. 17. contubernales *Laelii* vocat, quos paullo post *hospites* dicit. *Ern.* Alibi *contubernalis* ab *hospite* distinguitur Fam. IX. 20. *illud doleo in ista loca me venire non potuisse, habuisses enim non* hospitem, *sed* contubernalem, *i. e.* diutius quam hospites solent, apud te mansissem, nec a latere tuo discessissem. Att. XIII. 28. Caesarem vocat *hunc de pompa Quirini contubernalem,* quia eius simulacrum inter deorum statuas in pompa solemni gestatum, ac deinde in templo Quirini positum erat.

CONTUBERNIUM. 1. Planc. 11. Plancius *adolescentulus cum A. Torquato profectus est in Asiam; sic ab illo — dilectus est, ut et* contubernii *necessitudo et adolescentuli modestissimi pudor postulabat.* Erat scil. Torquati contubernalis eo sensu qui h. v. notatus est. 2. De vita impudica maris et feminae extra coniugium. Verr. V. 40. *ubi illud* contubernium *muliebris militiae in illo delicatissimo litore.*

CONTUERI. N. D. III. 3. 1. Sensu proprio. *Similiter facis ac si me roges, cur te duobus* contuear *oculis: et non altero tantum, quum idem uno assequi possim.* Orat. III. 59. *eadem* contuens, *der immer auf Einen Fleck sieht.* 2. Metaphorice. Dom. 57. *urbis celeberrimae partes adversum illud non monumentum sed patriae vulnus* contuentur. 3. Considerare. Tusc. III. 33. *revocatio illa quam affert, quum a* contuendis *nos malis avocat, nulla est.*

CONTUITUS. Sext. 55. *vester iste in me animorum oculorumque* contuitus. Sic olim legebatur; at nunc post Lambinum *coniectus.*

CONTUMACIA, *Trotz.* Verr. IV. 41. *illa tua singularis insolentia, superbia,* contumacia. Tusc. I. 23. Socrates adhibuit liberam contumaciam (*einen edeln Trotz*) *a magnitudine animi ductam, non a superbia.*

CONTUMACITER. Q. Fr. II. 1. *Clodius iurebat se a Racilio* contumaciter *urbaneque vexatum.* Att. VI. 1. *ad me* contumaciter, *arroganter solet scribere.*

CONTUMAX. Her. IV. 40. *in superiores* contumax, *in aequos et pares fastidiosus, in inferiores crudelis.*

CONTUMELIA. 1. Convicium, Schimpfrede. Sull. 7. *laetor eum esse me in quem — nullam* contumeliam *iacere potueris.* Orat. II. 55. *Crassus illo altero genere* (facetiarum) *in quo nulli aculei* contumeliarum *inerant, causam illam disputationemque* (adversus Scaevolam) *lusit.* Tusc. IV. 36. *alternis versibus intorquentur inter fratres gravissimae* contumeliae. 2. Stuprum. Harusp. 20. contumelias *piratarum passus est.*

CONTUMELIOSE. Vatin. 12. *quum tu ei* (Caesari) contumeliosissime *toties maledicas, quoties illi affinem te esse dicis.*

CONTUMELIOSUS. Fam. V. 2. *oratio* contumeliosa. Q. Fr. I. 2. *literae* contumeliosae. Cael. 13. *adulter, impudicus, sequester, convicium est, non accusatio — voces sunt* contumeliosae *temere ab irato accusatore nullo auctore emissae.*

CONTUNDERE. 1. Sensu proprio. Flacc. 30. *manus* contudit, *digitos confregit.* 2. Metaphorice. Att. XII. 43. contudi *animum* (i. e. mihi ipsi vehementer oblocutus sum) *et fortasse vici.* Nempe abhorrebat

a Tusculano, quod ibi esset admonitio amissae filiae et renovatio doloris. Phil. XIII. 14. contudi *et fregi exsultantis latronis audaciam.* Caecin. 7. *calumniam obtrivit et* contudit.

CONTURBARE. 1. Confundere. Her. III. 19. *frequentia et obambulatio hominum* conturbat *et infirmat imaginum notas.* 2. Perturbare, de animo ac mente. Att. VII. 2. *invalitudo tua me valde* conturbat. Off. III. 10. *Incidunt multae saepe causae, quae* conturbant *animos utilitatis specie.* Ibid. 20. *haec sunt quae* conturbant *in deliberatione nonnumquam.* 3. *Conturbare* in debitis s. nominibus contrarium est verbi *expedire.* Att. IV. 7. *De Apollonio quod scribis, qui illi dii irati, qui quidem* conturbare *putat sibi licere, quod equitibus Romanis.* Hic *conturbare* significat *creditoribus non solvere.* Q. Fr. II. 12. Caesar scripserat iocose de sua egestate. *Ad quem,* inquit Cicero, *rescripsi nihil esse quod posthac arcae nostrae fiducia* conturbaret — (*er möchte sich ja nicht im Vertrauen auf meine Casse in Geldverlegenheit setzen.*) Planc. 28. transfertur ad gratiam referendam pro beneficiis. *Fac me multis debere et in iis Plancio. Utrum igitur me* conturbare *oportet* (i. e. ordinem in referenda gratia negligere) *an ceteris quum cuiusque dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc, quum petitur, dissolvere?*

CONTURBATIO. Tusc IV. 8. conturbatio *est metus excutiens cogitata.* Top. 12. *rubor, pallor, titubatio et si qua alia signa* conturbationis *et conscientiae.*

CONVALESCERE. 1. Valitudinem recipere, sanari. Fat. 12. *Si fatum tibi est, ex hoc morbo* convalescere, *sive medicum adhibueris, sive non,* convalesces. Tusc. III. 3. *quum ad corporum sanationem multum ipsa corpora, et natura valeant, nec omnes, qui curari se passi sunt continuo etiam* convalescant. 2. Metaphorice, *pro* ad meliorem statum redire. Sull. 27. *ex magnis et diuturnis et iam desperatis rei publ. morbis ista repente vis erupit, ut ea confecta et eiecta* convalescere *aliquando et sanari civitas posset.* 3 Opibus crescere. Att. VII. 3. *his ille* (Caesar) *rebus ita* convaluit. Mil. 9. *quanto ille* (Clodius) plura miscebat, *tanto hic* (Milo) magis in dies convalescebat.

CONVALLIS. Rull. II. 35. *Roma in montibus posita et* convallibus.

CONVECTOR. Att. X. 19. *navi eius et ipso* convectore *me usurum puto.*

CONVEHERE. Mil. 27. *lintribus in eam insulam materiam, calcem, caementa atque arma* convexit.

CONVELLERE, vi deripere, vel avellere. Dom. 21. *quum gradus* (ante aedem) *Castoris* convellisti *atque removisti.* Verr. IV. 73. *simulacrum Cereris* convellendum *avertendumque curavit.* Ibid. V. 72. *Hercules quem* (h. e. cuius signum) *iste* (Verres) — convellere *ex suis sedibus atque auferre conatus est.* 2. Eripere, adimere. Att. V. 20. *des operam ut quod tuo meoque beneficio puer habet ne qua ratione* convellatur. 3 Abducere, deturbare. Att. VIII. 15. *epistolae quae me* convellerunt *de pristino statu, iam, ut antea scripsi, labantem.* Leg. I. 21. *Antiochus — qui me ex nostris paene* convellit *hortulis* (h. e. ab Epicuri secta abduxit) *deduxitque* in Academiam *perpauculis passibus.* 4. Infirmare aliquid, labefactare. Rab. perd. 1. *est boni consulis, quum cuncta auxilia rei publ. labefactari* convellique *videat, ferre opem patriae* Pis. 4. convellere *statum rei publicae* Fam. V. 13. *cogitatio — concursu calamitatum aliquantum labefactata atque* convulsa. Orat. II. 51. *ne — odio digni putemur, si —* convellere *adoriamur ea, quae non possunt commoveri.* 5. Refutare. Cluent. 4. *si quam opinionem vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio* convellet, *si ratio labefactabit.* Div. I. 51. *haec si tenemus, quae mihi quidem non videntur posse* convelli.

CONVENAE. Orat. I. 9. *an tibi Romulus pastores et* convenas *congregasse — eloquentia videtur?* Tusc. V. 20. *Dionysius — quibusdam* convenis *et feris barbaris corporis custodiam committebat.*

CONVENIENS, 1. amicus, concors. Off. I. 17. *bene* convenientes *propinqui.* cf. Rosc. Am. 34. 2. Consentiens. Dom. II. 4. conveniens *et coniuncta constantia.*

CONVENIENTIA naturae. 1. N. D. III. 11. est *συμπάθεια* cf. Div. II. 15. 60. 2. Fin. III. 6. *quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellamus* convenientiam, *si placet.* 3. Consensus, constantia. N. D. II. 21. *hanc in*

dictorum conventorumque *constantia.* Off. III. 25. *facere promissa*, *stare* conventis.

CONVENTUS, i. q. conventum. Att. VI. 3. *ex pacto et* conventu. Her. II. 13. *sunt pacta*, *quae sine legibus observantur ex* conventu. Caecin. 8. *ex* conventu, *verabredeter maſsen.*

CONVENTUS, 1. corona auditorum in iudiciis. Brut. 62. *minime dignos elegantis* conventus *auribus*, *aptissimos cognovi turbulentis concionibus.* Sext. 56. *scio*, *quid gravitas vestra* (sc. iudicum) *quid haec advocatio*, *quid ille conventus* etc. postulet. vid. Manut. Deiot. 2. *tantam causam dico intra domesticos parietes*, *dico extra* conventum *et eam frequentiam*, *in qua oratorum studia niti solent.* 3. Dies, quo magistratus provincialis in civitate aliqua ius dicit, quaestionesque causarum capitalium exercet. Graec. ἀγοραῖος. De hoc conventu vid. etiam Theophil. Inst. 6. 4. qui et e quibus causis manum ittere non possint: et ibi Fabrott. Hinc Verr. V. 11. conventus *agere*. IV. 48. conventus *indicere* etc. cf. Div. III. 8. Vatin. V. etc. Ducta est ratio inde, quod homines quum ii, qui aliquid controversiae habeat, tum alii, audiendi causa, his diebus in foro convenire solent, vid. Convenire. Unde et ipsam coronam auditorum iudicialem *conventum* dici vidimus. 4. Ab his conventibus ipsae urbes, in quibus agebantur, etiam *conventus* dicuntur. Verr. II. 20. *res ab omni* con entu *cognita*, *celeriter domum nunciatur.* Sermo est de urbe Syracusana. Leg. 8. conventus *firmi atque magni.* 5. Inprimis autem *conventus* dicuntur cives Romani, qui in eiusmodi urbe negotiandi causa domicilium sibi constituerunt. Verr. II. 13. *ex civium R.* conventu. Ibid. V. 36. *is est* conventus Syracusis *civium R.* cf. V. 5. II. 13. etc. vid. Gronov. Obs. III. 22. *Ern.* Praeterea ursurpatur vocabulum de privatis conventiculis. Att. I. 19. conventus (ad inducendum SCtum de populis liberis a vectigalium pensitatione absolvendis) *qui initio celebrabantur*, *iamdiu fieri desierunt.* Verr. I. 52. *domus* (Chelidonis) *erat non meretricio* conventu, *sed praetoria turba referta.* Catil II. 6. *nocturno* conventu. Fam. IV. 1. *antea ad te scripsissem te frustra in senatum sive potius in* conventum *senatorum esse venturum.* Scil. quia plurimi et optimi quique senatores cum Pompeio profecti erant, et quod hoc tempore urbs et Italia in Caesaris potestate erat, ideoque non erat senatoribus

tur — 2. Invertere. Att. XIII. 21. convertere *navem ad puppim.* 3. Dirigere. N. D. II. 57. *oculos fecit mobiles — ut adspectum quo vellent facile* converterent. Orat. I. 2. *quocumque te animo et cogitatione* converteris. 4. Traducere. Orat. 40. *ut animos in hilaritatem risumve* convertat. N. D. II. 27. *quis tam caecus fuit — ut non videret species istas hominum collatas in deos aut consilio quodam sapientum, quo facilius animos imperitorum ad deorum cultum a vitae pravitate* converterent. Sull. 17. Antronius — convertit *se aliquando ad timorem, numquam ad sanitatem.* Fam. III. 10. *totum me ad eius viri* (C. Pompeii) *– voluntatem nutumque* converterem. 5. Commutare. Off. III. 20. *utrum ex homine se quis* convertat *in beluam. Sed ibi verior lectio est* conferat. Rab. Post. 11. *nolite fortunam* convertere *in culpam.* 6. Abuti. N. D. III. 31. *si homines rationem bono consilio a diis immortalibus datam in fraudem malitiamque* convertunt. 7. Avertere. Rosc. Am. 39. *ex eo* (negotio) *T. Roscius non paullum nescio quid in rem suam* convertit, *sed hunc funditus evertit bonis.* Verr. III. 76. *pecuniam publicam domum suam* convertere. Off. III. 18. vulgo olim legebatur: *quem paullo ante fingebam digitorum percussione hereditates omnium posse* convertere. At Lambinus Grut. Iac. Gronov. Heusing. lectionem antiquiorum librorum *converrere* praetulerunt, quia *convertere* hac significatione non dicitur simpliciter, sed additur *in rem suam;* aut aliquid simile. 8. Allicere. Off. II. 10. *quum aliqua his ampla et honesta res obiecta est, totos ad se* convertit *et rapit.* 9. Vertere in aliam linguam. Tusc. III. 14. *licet in Latinum illa* convertere. Opt. gen. or. 5. converti *ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias Aeschinis Demosthenisque,* nec converti, *ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis, in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum vimque servavi. Non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, sed tamquam appendere.* 10. Significatione neutrali. Brut. 38. *sed hoc vitium huic uni in bonum* convertebat.

CONVESTIRE. Q. Fr. III. 1. *topiarium laudavi, ita omnia* convestivit *hedera.* Dom. 38. convestita *est domus duobus lucis.*

quorum crimina ita manifesta sunt testibus etc. facta, ut negari non possint. Lael. 17. *maleficii* convinci. Phil. II. 3. *te in isto ipso* convinco *non inhumanitatis solum, sed etiam amentiae.* 4. Docere, docendo vincere et obtinere. Parad. 5. *quum eum ne liberum quidem esse ratio et veritas ipsa* convincat. N. D. III. 17. *sed ut, Stoicos nihil de Diis explicare,* convinceret. *Ern.*

CONVISERE. Arat. fr. *loca* convisit *piscis.*

CONVIVA. Flacc. 11. *deprecarer ne ignotis testibus — ne accusatoris consessoribus,* convivis, *contubernalibus — civem dederetis.* Tusc. I. 2. est in originibus (Catonis) *solitos esse in epulis canere* convivas *ad tibiam de clarorum hominum virtutibus.* cf. Brut. 19.

CONVIVARI. Verr. III. 44. *memoria tenetis — Apronium — quotidie solitum esse non modo in publico, sed etiam de publico* convivari.

CONVIVIUM. Sen. 13. *Bene maiores nostri accubitionem epularem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet,* convivium *nominarunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum compotationem* (συμπόσιον) *tum concenationem* (σύνδειπνον) *vocant.* Ibid *ego propter sermonis delectationem tempestivis* conviviis *delector.* Vid. *Tempestivus.*

CONVOCARE. Tusc. I. 25. *qui dissipatos homines congregavit et ad societatem vitae* convocavit. Ibid. V. 2. *tu dissipatos homines in societatem vitae* convocasti. Vatin. 7. convocare *concilium.* Phil. V. 1. in senatum. Rull. III. extr. *quoniam me in vestram concionem* — convocarunt; de pluribus unum vocantibus.

CONVOLARE, celeriter concurrere. Sext. 51. *utra causa popularis debet videri in qua omnes honestates civitatis — consentiunt? an in qua furiae* concitatae *tamquam ad funus rei publ.* convolant? Tusc. III. 21. *illi pugnant, et quidem vicinorum fidem implorant; multi autem sunt, qui statim* convolant.

CONUS. N. D. II. 18. conum *tibi ais et cylindrum, et pyramidem pulchriorem, quam sphaeram videri.*

COOPERTUS. 1. Sensu proprio. Verr. I. 46. lapidibus coopertus esset in foro. 2. Metaphorice. Phil. XII. 7. Verr. I. 4. *sceleribus*, (vel *omni scelere*) coopertus.

COPULARE. 1. Coniungere. Ac. pr. II. 45. *Tu honestatem cum voluptate tamquam hominem cum bellua* copulabis? Fin. II. 14. *cum praesentibus futura* copulare. Fam. III. 4. *ad voluntates nostras* copulandas *non mediocre vinculum attulit collegii* (augurum) coniunctio. 2. De compositione vel constructione verborum. Orat. 45. copulando *verba iungebant*, ut Sodes *pro* si audes. Partit. 6. constructio *verborum tum coniunctionibus* copuletur, *tum dissolutionibus relaxetur.*

COPULATIO. 1. De rebus corporeis. N. D. II. 46. copulatio *rerum et quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturae.* Fin. I. 6. *complexiones et* copulationes *et adhaesitatioöes atomorum inter se.* 2. De aliis rebus. Fin. I. 20. *congressus*, copulationes, *et consuetudinum instituendarum voluntates.*

COPULATUS. 1. Compositus. Tusc. I. 23. *nihil animis admixtum, nihil concretum, nihil* copulatum, *nihil coagmentatum* 2. Coniunctus. Tusc. IV. 11. *haec, quae dico, cogitatione quidem differunt, re vero* copulata sunt. Off. I. 17. *Nihil amabilius nec* copulatius, *quam morum similitudo bonorum.*

COR. 1. Sensu proprio. Div. I. 52. *num censet ullum animal, quod sanguinem habeat, sine* corde *esse posse.* 2. Mens animus. Fin. II. 8. *nec enim sequitur, ut cui* cor *sapiat, ei non sapiat palatum.* Olim nimirum erant, quibus cor ipsum animus videretur. Tusc I. 9.

CORAM. Verr. II. 41. 42. coram *deferre aliquem*, h. e. eum qui non est absens, non peregrinatur.

CORBIS. Sext. 38. *Gracchus messoria se* corbe *contexit.*

CORBITA. Att. XVI. 6. navis oneraria, ut ipse statim post appellat. Nomen habet a *corbe* quam in malo summo solebant interdum suspendere loco signi, ut auctor est Festus. Huius generis etiam mentio apud Lucilium et Plautum. Vid. Scheff. de re Nov. p. 178. *Ern.*

CORCULUM, cognomen P. Scipionis Nasicae, prudentiae causa ei tribuutm. Tusc. I. 9. Brut. 20.

CORDATUS, prudens, sapiens. Orat. I. 45. *Egregie* cordatus *homo catus Aeliu' Sextus*, sic ab Ennio appellatus ob iuris civilis scientiam. Tusc. I. 9.

cuerant, teste Verr. L. L. IV. 16. cf. Paschal. de Coron. I. 7. Atque idem praemioli genus *corollarium* dicitur. Verr. III. 79. *de* corollariis *scenicorum decuriam emerat.* cf. Sueton Aug. 45. et ibi Intt. Dabantur etiam acroamatibus in conviviis, quum probarentur. Verr. IV. 22. *hic, quasi festivum acroama, ne sine* corollario *de convivio discederet, ibidem, convivis inspectantibus, emblemata avellenda curavit.* Sed quum honoris causa antea tantum verae *corollae* darentur, postea pecunia aut aliae res pretii alicuius dabantur: cuius rei testis est locus in Verr. III. 79. et Suetonius l. c. Iam quia praeter constitutam rectamque mercedem haec praemiola dabantur, *corollarium* deinde dictum est pro *auctario.* Sic est Verr. III. 20. corollarium *numorum:* ut esset unde Apronio ad illos fructus, orationum hoc corollarium numorum adderetur. *Ern.*

CORONA. Verr. V. 11. *ipse autem* coronam *unam habebat in capite, alteram in collo.* Att. XIV. 18. *Brutus noster vel* coronam *auream* (h. e. triumphalem) *per forum ferre posset.* Sed *aureae coronae* etiam mortuis impositae. vid. Flacc. 31. Etiam Leg. II. 24. prohibetur, *ne longae coronae, ne acerrae mortuis praeferantur. Longae coronae* similes sunt his longioribus corollis in monumentis de quibus supra. 2. Circulus hominum, qui aliquid, tamquam urbem in obsidione, aut iudicium in foro audiendi causa, ab omnibus partibus cingunt. Tusc. I. 5. Mil. 1. Fin. II. 22. Flacc. 28. etc. N. D. II. 1. *Ern.*

CORONARIUS. Agr. I. 4. *quod ad quemque imperatorem pervenit, pervenerit, ex praeda, ex manubiis, ex* auro coronario, *quod neque consumptum in monumento, neque in aerarium relatum sit.* Ex quo loco intelligitur clare, ad imperatorem pervenire solitam fuisse primo eam partem praedae, quae populi esset, adeoque in aerarium referretur; deinde aliam partem, quam in monumento aliquo, tamquam templo, quod vovisset ante, quam paludatus ex urbe exiret, aut in ipso bello, consumeretur; tertio *aurum coronarium.* Id habet nomen a corona: quoniam dabatur imperatori a provincialibus, ut in corona aurea triumphali consumeretur, si triumphus ei esset decretus. Quum a provincialibus exigebatur, erat genus exactionis, honesto nomine, adeoque legibus non prohibitum omnino, sed re plerumque durum et iniquum. cf. Agr. II. 22. Pison. 37.

CORPUSCULUM. N. D. I. 24. *Ista flagitia Democriti sive etiam ante Leucippi, esse* corpuscula *quaedam laevia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quaedam et quasi adunca, ex his effectum esse caelum atque terras, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito.*

CORRECTIO. 1. Emendatio. Off. III. 2. *Panaetium nos* correctione *quadam adhibita potissimum secuti sumus.* Ac. post. I. 12. *Antiocho placebat Stoicorum rationem* correctionem *veteris Academiae potius, quam aliquam novam disciplinam putandam.* Fin. IV. 9. *haec videlicet est* correctio *philosophiae veteris et emendatio.* 2. Figura rhetorica. Her. IV. 26. Correctio *est, quae tollit id quod dictum est, et pro eo id quod magis idoneum est reponit.* Gr. ἐπανόρθωσις. Orat. III. 53. correctio *vel ante, vel postquam dixeris, vel quum aliquid a te ipse reiicias.*

CORRECTOR. Balb. 8. *o* correctorem *atque emendatorem nostrae civitatis!* *ironice.*

CORRECTUS. Ac. post. I. 4. *recentissima quaeque sunt* correcta *et emendata maxime.* Att. VIII. 48. *Laudationem Porciae misi tibi* correctam.

CORREPERE. Att. X. 12. *occulte in aliquam onerariam* corrependum. N. D. I. 24. *quod quum efficere vultis in dumeta* correpitis, h. e. affertis aliquid, quod ne fieri quidem possit, ex quo vos expedire non potestis.

CORRIGERE. Att. II. 7. *mendum.* Q. Fr. II. 15. *cursu tarditatem.* Phil. VIII. 11. *sententiam.* Acad. III. fr. *errorem poenitendo.* Fin. I. 6. *Epicurus Democrito adiicit perpauca mutans, sed ita ut ea quae* corrigere *vult, mihi quidem depravare videatur.* Orat. 52. *Isocrates non modo superiores sed etiam se ipse* correxerat. Off. I. 41. *Facillime* corriguntur *in discendo, quorum vitia imitantur emendandi causa magistri.* Att. XV. 1. *petivit a me ut eam orationem nec ambitiose* corrigerem. 2. De figura correctionis rhetorica. Orat. 39. *quum* corrigimus *nosmet ipsi quasi reprehendentes.*

CORRIPERE. 1. Sensu proprio. Verr. III. 23. *hominem* corripi *ac suspendi iussit in oleastro.* 2. Corradere. Verr. Act. I. 2. *apertus in pecuniis* corripiendis. 3. Reprehendere. Fam. VIII. 2. *clamoribus maximis iudices* corripuerunt.

COR-

CORRUPTOR. 1. Qui aliquem pecunia corrupit. Rab. Post. 3. corruptores *nostri causam dicunt, nos, qui corrupti sumus, non dicimus.* Planc. 16. corruptor *tribus.* 2. Qui aliquem ad stuprum sollicitat. Catil. II. 4. *quae mulier infamis, quis* corruptor *iuventutis.*

CORRUPTRIX. Q. Fr. I. 1. corruptrix *provincia,* in qua multae sunt ansae voluptatum et libidinum.

CORRUPTUS. 1. *Verderbt.* Partit. 26. *genus hominum ad honestatem natum malo cultu pravisque opinionibus* corruptum. Mur. 12. *quum permulta praeclare legibus essent constituta, ea iureconsultorum ingeniis pleraque* corrupta *et depravata sunt.* 2. *Bestochen.* Caecil. 21. corrupta *ac contaminata paucorum vitio iudicia* 3. *Verfälscht.* Verr. II. 42. *tabulae sunt in medio quae se* corruptas *atque interlitas esse clamant.*

CORS, i. q. cohors. Orat. II. 65. *Villam in Tiburte habes,* cortem *in Palatio;* significatur aliquem in agro eleganter, in urbe, in Palatino monte, sordide habitare, ut nos diceremus; *auf dem Lande wohnst du in einem Palaste, in der Stadt in einem Hünerstall.* Cors enim praecipue erat gallinarum.

CORTEX. N. D. II. 47. *trunci arborum obducuntur libro aut* cortice.

CORUSCARE. Orat. III. 39. *flamma inter nubes* coruscat; de fulmine, ex poeta antiquo.

CORUSCUS. Tusc. II. 8. *iace obsecro in me vim* coruscam *fulminis.* Versus e Sophoclis Trachiniis translatus. Graeca poetae verba sunt v. 1089. ἔνσεισον ὦ ̓ναξ ἐγκατάσκηψον βέλος πάτερ κεραυνοῦ.

CORVUS. N. D. II. 49. *milvo est quoddam bellum quasi naturale cum* corvo — *Ergo alter alterius ubicumque nactus est ova frangit.* Div. I. 7. *Panaetius requirens Iupiterne cornicem a laeva,* corvum *a dextra canere iussisset.* Ibid. I. 40. *quid* (habet) *augur cur a dextra* corvus, *a sinistra cornix faciat ratum.*

CORYMBUS, est modus componendi capilli, quo feminae utebantur, quum capilli e fronte in verticem colligerentur, et ibi nodo constringerentur, dictus a *corymbis,* i. e. uvis hederae, propter similitudinem, unde et βότρυς dicitur. Vid. inpr. Salmas. ad Solin. p. 534 - 536. Att. XIV. 3. est Corymbus s. corumbus servus Balbi, qui ab hoc genere colligendi capilli nomen accepit. *Ern.* Ego vero non video cur istius ser-

CREBER. Planc. 34. *hoc frequenter in me congessisti, saneque in eo* creber *fuisti.* Orat. II. 13. *Thucydides* creber *est rerum frequentia.* Att. XIV. 14. *scis per hos dies* creberrimum *fuisse sermonem.*

CREBRITAS. Brut. 95. *concinnitas* crebritasque *sententiarum.*

CREBRO. Leg. I. 5. *in spatiis silvestribus* crebro *insistens, interdum acquiescens.* Orat 60. *poetae transferunt verba quum* crebrius *tum etiam audacius.* Div. I. 27. *duo somnia, quae* creberrime *commemorantur a Stoicis.*

CREDIBILIS. Inv. I. 30. credibile *est, quod sine ullo teste auditoris opinione firmatur.* Ibid. 43. docetur quibus modis id, quod pro credibili sumptum sit ab adversario infirmetur. Orat. 36. *narrationes* credibiles.

CREDIBILITER. Deiot. 6. *confingere aliquid non modo non* credibiliter, *sed ne suspiciose quidem.*

CREDITOR. Quint. 23. *si* (bona P. Quintii) *ex edicto possedisti; quaero cur bona non venierint; cur ceteri sponsores et* creditores *non convenerint.* Vid. *Sponsor.* Flacc. 9. *tabulae* creditoris.

CREDITUS. 1. De pecunia. Off. II. 24. *solutio rerum* creditarum. Prov. cons. 4. *ius dicere de pecuniis* creditis. 2. Commissus. Dom. 1. *ut omnia vestrae sapientiae fidei potestatique commissa* creditaque *esse videantur.* Verr. V. 14. *ita quaestor sum factus, ut mihi honorem illum tum non solum datum, sed etiam* creditum *ac commissum putarem;* h. e. ut eius rationem mihi reddendam esse, meque omnium officiorum religione obstrictum putarem.

CREDO. 1. Fidem adhibeo. Rosc. Am. 39. *neque* credit, *nisi ei, quem fidelem putat.* Pet. cons. 10. *nervos atque artus esse sapientiae* (dixit Epicharmus) *non temere* credere. Her. IV. 37. *nimium Quirites animis estis simplicibus et mansuetis; nimium* creditis *unicuique.* 2 Committo. Q. Fr. I. 1. *omnia alicui et* credi *rectissime et committi posse.* Att. XIII. 15. credere se tectis alicuius. 3. Mutuum do. Rab. Post. 2. credidit *populis, scil.* pecuniam. Fam. X. 21. *chirographa ex quibus* credidi *— pr feram.* Harusp. 13. *si habuerit unde solvat, quod ei per syngrapham* credidisti.

CREDULITAS. Fam. X. 23. credulitas *error est magis quam culpa, et quidem in optimi cuiusque mentem facillime irrepit.*

CREPUNDIA, *παίγνια*, quae pueris dantur, ut iis ludendo se oblectent; tamquam monilia, torques annuli, crepitacula et similia. Ex iis solebant aut expositi aut rapti a praedonibus etc. infantes agnosci: unde *γνωρίσματα*. Brut. 9. *nunc quoniam totum me, non naevo, aut* crepundiis, *sed corpore omni videris velle cognoscere.* Vid. Salm. ad Vopisc. Aurelian. c. 4. T. II. p. 321. *Ern.*

CRESCERE. 1. De numero rerum. Sext. 32. *mihi absenti* crevisse *inimicos*. 2. Arch. 6. *ex his studiis haec quoque* crescit *oratio.* Haec est lectio vulgata; sed emendatiores habent: *censetur.* Probat tamen vulgatam Gesnerus in Chrestom. Cic. p. 248. 3. De hominibus dicitur, qui famam nominis gloriamque consequuntur, aut gratiosi apud populum fiunt, eoque sibi viam ad honores muniunt. Rosc. Am. 30. *accusarem alios potius, ex quibus possem* crescere. Cluent. 28. *ut ex invidia senatoria posset* crescere. Verr. I. 77. extr. *de multis mihi* crescere *licebit.* Add. Burm. ad Ovid. Her. 15. 117. *Ern.*

CRETA, terra Asiatica, (quae et Cimolia dicitur, Plin. XXXV. 16. 17. ab insula maris Cretici;) quae aqua molliri potest, et tenax est, qua ad literas obsignandas utebantur. Flacc. 16. *haec quae est a nobis prolata laudatio, obsignata erat* creta *illa Asiatica, qua utuntur omnes in publicis privatisque literis. Cretula* est etiam in Verr. IV. 26. *Ern.*

CRETATUS. Att. II. 8. *Pompeii fasciae* cretatae *non placebant.* Vid. *Fascia.*

CRETICUS, est pes in versu ex longa brevi et longa — ◡ — Orat. 64.

CRETIO, est spatium temporis, quod datur heredi a testatore ad deliberandum, utrum velit hereditatem adire nec ne. Att. XI. 12. *Galeonis hereditatem* crevi: *puto enim* cretionem *simplicem fuisse, quoniam ad me nulla missa est.* Ibid. XIII. 46. cretio *libera.* Cretio libera quae sit, non convenit inter doctos. Cujac. Obs. IX. 29. dictam putat ita, ut legationem liberam, h. e. quam adire licet quum libuerit, nullo certo dierum numero constituto, quod fieri vulgo in cretionibus solebat. Sed quoniam huic explicationi obstant illa verba: *sexaginta diebus,* quae e veteribus libris revo-

conciones illae, *quibus* (Clodius) *quotidie meam potentiam invidiose* criminabatur.

CRIMINATIO, *Beschuldigung*. Inv. I. 54. *Locus* (indignationis) *est per quem omnia — cum unius cuiusque indignatione et* crimimatione *colligimus*. Lael. 18. Amici est *non solum ab aliquo allatas* criminationes *depellere*, *sed ne ipsum quidem esse suspiciosum*.

CRIMINOSE. Rosc. Am. 20. Accusator *quum aliquid habeat*, *quod possit* criminose *ac suspiciose dicere*, *aperte ludificari et calumniari non videtur*. Brut. 34. Non fecissem hominis paene infimi (Caesuleni) *mentionem*, *nisi iudicarem*, *qui suspiciosius aut* criminosius *diceret me audivisse neminem*. Ergo *criminose dicere* est, cum magna veritatis specie accusare.

CRIMINOSUS, qui criminose dicit. Cluent. 34. Res autem criminosa dicitur, quae crimini datur, aut dari potest. Verr. II. 67. etc.

CRINIS. Verr. III. 23. *haec civitas mulieri* redimiculum *praebeat*, *haec in collum*, *haec in* crines.

CRINITUS. 1. Ac. post. II. 28. crinitus *Apollo*. Verr. IV. 56. *Gorgonis os pulcherrimum* crinitum *anguibus*. 2. N. D. II. 5. vulgo legebatur *Stellae quas Graeci cometas nostri* crinitas *vocant*. Nunc e melioribus codd. *cincinnatas*.

CRITICUS. Fam. IX. 10. iocose comparatur iudex in re pecuniaria cum critico de versibus iudicante, utrum sint genuini an insititii.

CROCODILUS. N. D. II. 48. 52. I. 29.

CROCOTA, est vestis muliebris et mollium virorum, ut patet ex Or. de Harusp. Resp. 21. *P. Clodius a* crocota, *a mitra*, *a muliebribus soleis* etc. Habent autem nomen vel a croceo colore, vel ἀπὸ τῆς κρόκης, h. e. subtemine densiore, quod quae habent, molliores sunt vestes, ut putat Salmas. ad Capitolin. Pertinac. 8. T. I. p. 547. s. vel denique ab utroque; quod vestes densiore trama fere croco inficerentur, de ea vid. Ferrar. Re Vest. III. 5. p. 189. et c. 20. p. 241. Salmas. ad Tertull. de pallio p. 329. *Ern.*

CROTALUM. Pis. 9. *neque collegae tui cymbala et* crotala *fugi*. Est autem crepitaculum aeneum, quo Syrae mulieres utebantur, sonumque edebat non absimilem cymbali sono: unde et iungitur utrumque genus, de eo vid. auctores laudatos in Lexic. Fabri. Int. ad

CRUS. Phil. XIII. 12. *illud verum, quod in hoc Planco* (Bursa) *proverbii loco dici solet, perire eum non posse, nisi ei* crura *fracta essent. Fracta sunt* (nempe ab Aquila quum Pollentia eiiceretur) *et vivit.*

CRUSTA. Verr. IV 23. *Omnia* (vasa caelata) *deferuntur. Cybiratae fratres vocantur: pauca improbant, iis crustae aut emblemata detrahuntur.* Sunt autem *crustae* ornamenta vasorum argenteorum, tamquam simulacra, eaque extrinsecus alligata, sed diversa ab emblematis. Nam *emblemata* sunt sigilla statuis similia, h. e. quae totam ex omni *parte* rem exprimunt, *crustae* autem unum tantum latus ostendunt, neque adeo eminent magnopere: Gr. πρόστυπα vocant, ut emblemata περιφανῆ. Vid. haec latius disputantem Salmas. ad Solan. p. 736. Hinc *vasa potoria crustata* ap. Festum, in *Tabernae crustariae* et *Crustarius artifex* ap Plin. XXXIII. 12. Crustae dicuntur semper de eo, quo res aliqua inducitur et tamquam loricatur, sine ulla eminentia. Notae sunt crustae in operibus tessellatis et musivis, quae non eminent, sed in calce totae latent, atque unum tantum latus exhibent. Ap. Plin. XXXVI. 6. *Mamurra primus Romae dicitur parietes domus suae crusta marmoris operuisse.* Ipsum tectorium, quo parietes operiuntur, *crusta parietis*, dicitur. In lignea supellectile, tamquam mensis, arcis etc. Germani vocant: *eingelegte Arbeit.*

CRUX. Cluent. 66. *Stratonem in* crucem *actum esse exsecta scitote lingua.* Verr. V. 6. *Tu servos — ad supplicium iam more maiorum traditos et ad palum alligatos — liberare ausus es, ut quam damnatis servis crucem fixeras hanc indemnatis civibus Romanis reservares?* Phil. XIII. 9. *hostis teterrimus omnibus bonis* cruces *ac tormenta minitatur.*

CUBARE. 1. De dormientibus. Rosc. Am. 23. *duo filii propter* (*patrem*) cubantes. 2. De aegrotis. Her. III. 20. *aegrotus in lecto* cubans. Tusc. II. 25. narrabat Posidonium Pompeius *graviter aegrum — graviter et copiose* cubantem *disputavisse.* 3. De accumbentibus in cena. Mur. 35. *Cretes quorum nemo gustavit umquam* cubans. Orat. II. 56. *quo quisque loco* cubuisset.

CUBICULARIS, lectus. Tusc. V. 20. Div. II. 65.

CUBICULARIUS, *Kammerdiener.* Att. VI. 2. *nihil per* cubicularium, scil. *agitur.* Verr. III. 4. *hunc vestri ianitores, hunc* cubicularii *diligunt.*

CULTRIX. Fin. V. 14 *non est alienum* (arborum) *augendarum et alendarum quandam* cultricem *esse, quae sit scientia atque ars agricolarum.*

CULTURA, agri. Sen. 15. Rull. II. 30. 35. Flacc. I. 29. Tusc. II. 5. cultura *animi philosophia.* Tusc. II. 5.

CULTUS, victui aut habitui iunctus, significat *vestitum*, interdum etiam *supellectilem* omnem *apparatumque*, et vivendi *rationem externam.* Fam. IX. 3. *dabimus sermonem iis, qui nesciunt, nobis, quocunque in loco sumus eundem* cultum, *eundem victum esse.* Off. I. 39. *eadem mediocritas ad omnem usum* cultumque *vitae transferenda est.* Orat. I. 8. *homines a fera agrestique vita ad hunc humanum* cultum *civilemque traducere* etc. cf. Burm. ad Sueton. Caes. 45. p. 103. sq. 2. Institutio et educatio universa, vitae ratio. Partit. 26. *est genus hominum ad honestatem natum, malo* cultu *corruptum*, i. e. educatione mala etc. 3. Labor agricolarum. Agr. II. 25. *in quo agricolarum* cultus *non elaboret*, add. Leg. I. 1. 4. Officiosa observantia. Inv. II. 53. *Ern.*

CUMULATE. Sen. 1. *si parum vobis* cumulate *gratias egero.* Att. XV. 15. *id ad meam dignitatem pertinet eum non modo perliberaliter a vobis, sed etiam ornate* cumulateque *tractari.* Orat. 17. cumulatius *augere munus.* Fam. X. 29. cumulatissime *satisfacere.* Ibid. XIII. 42. cumulatissime *polliceri.* Ibid. V. 11. *gratiam* cumulatissime *referre.*

CUMULARE. Catil. I. 6. *scelus scelere.* Off. I. 32. *Africanus eloquentia* cumulavit *bellicam gloriam.* Fin. V. 14. *extremum omnium appetendorum* (i. e. summum bonum) cumulatur *ex integritate corporis et ex mentis ratione perfecta.* Att. IV. 1. *ad* cumulandum *gaudium.*

CUMULATUS. Fin. II. 20. *Ex altera parte ponebas* cumulatum *aliquem plurimis et maximis voluptatibus, nullo nec praesenti nec futuro dolore; ex altera autem cruciatibus maximis, toto corpore, nulla nec adiuncta nec sperata voluptate.* Orat. I. 26. *orator omni laude* cumulatus. Ibid. II. 9. *quid plenius quam omni rerum genere* cumulata *oratio.* Sext. 40. *hoc est perfectae* cumulataeque *virtutis.*

CUMULUS. Att. IV. 17. *ad summam laetitiam, quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius adventu* cumulus *accedit.* Rosc. Am. 3. *at* ad illam opimam praedam damnatio Sex. Roscii velut cumulus accedat. Rull. II. 23. *accesserunt in* cumulum *manubiae nostro-*

stitui oportere. 2. Metaphorice. Agr. I. 1. quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur.

CUPA. Pis. 27. *panis atque vinum de propola atque de* cupa. Cupa est femina quae vinum in caupona vendit, ut propola, qui panem. Alii tamen de dolio interpretantur. Vid. Burm. ad Sueton. Cluent. 40. *Ern.*

CUPEDIAE, appetitio vehementior ciborum delicatorum. Tusc. IV. 11.

CUPIDE. Fam. XVI. 9. *interea, qui* cupide *profecti sunt, multi naufragia fecerunt.* Vatin. 17. cupidissime *falsum testimonium dicere.*

CUPIDITAS. Tusc. IV. 31. cupiditas est effusio animi in appetendo, ut laetitia in fruendo, diciturque non modo de genere, sed etiam de specie, ut de *spe* Off. I. 21. ubi opponitur *metui:* item Partit. 3. ubi est spes coniuncta cum appetitione aliqua, ut semper. Sed inprimis *cupiditas* dicitur de avaritia, libidine, et nimio honorum magnarumque rerum studio. Cluent. 55. *qui sine* cupiditate *vixerunt,* dicuntur qui integri sunt ab avaritia et pecuniis captis. Phil. III. 10. *Naso carens omni* cupiditate: i. e. non appetens provinciam. Verr. I. 36. cupiditas *in eo genere,* de nimio studio signorum. Act. 1. in Verr. 12. *cupiditas* dicitur de patrono causarum, qui semper obtinere vult causam, quamvis iniustam, qui regnare in iudiciis cupit, ut Hortensius. 2. De iudicibus inprimis *cupiditas* dicitur, qui sunt partium studiosi, quoniam scilicet aut odio aut amore ducti, nimis vehementer, etiam contra leges et religionem, alicuius damnationem aut absolutionem capiunt. Marcell. 9. *sine* cupiditate *iudicare.* Planc. 17. de quaesitore: *voluntatem erga Cn. Plancii salutem sine ulla* cupiditate *prae se fert.* cf. Flacc. 10. Font. 9. Verr. I. 1. 3. Neque tamen de iudicibus solis, sed et de aliis, ut testibus etc. qui non iudicant, dicitur hoc fere sensu cupiditas. Flacc. 26. *hisce utitur laudatoribus Flaccus, his innocentiae testibus, ut* Graecorum cupiditati (qui sc. in Flaccum, odio ducti, graviter pro testimonio dixerant) *Graecorum auxilio resistamus.* Sic de studio rei opprimendi Quint. 21. *qui summis opibus S. Naevium defendunt:* si id est defendere, cupiditati *alterius obtemperare*, quo is facilius, *quem velit, iniquo iudicio possit opprimere.* 4. Tribuitur, etiam emptoribus et conductoribus, qui nimia spe lucri nimis care emunt vel conducunt. Att. I. 17. *Asiani, qui de censoribus con-*

cabitur, sed ad te ipsum proprie referetur. 3. Sollicitudo. Att. I. 15. cura *et angor animi.* Ibid. XV. 14. *magna* cura *et sollicitudine me liberaris.* Div. II. 72. *Perfugium videtur omnium laborum et sollicitudinum esse somnus, at ex eo ipso plurimae* curae *metusque nascuntur.*

CURATIO. 1. Alicuius rei procuratio vel administratio. N. D. I. 34. *Non sentitis, quam multa vobis suscipienda sint, si impetraritis ut concedamus, eandem esse hominum et deorum figuram? omnis cultus et* curatio *corporis erit eadem adhibenda deo, quae adhibetur homini.* N. D. I. 1. *utrum nihil agant* (dii) *nihil moliantur, omni* curatione *et administratione rerum vacent — magna dissensio est.* Att. XV. 11. *frumenti* curatio. 2. Inprimis de cura aegrotorum. Fam. XVI. 4. *de medico tu bene existimari scribis, sed plane* curationes *eius non probo.* Off. I. 24. *medici leviter aegrotantes leniter curant, gravioribus autem morbis periculosas* curationes *et ancipites adhibere coguntur.*

CURATOR. Opt. gen. or. 7. *Demosthenes* curator *muris reficiendis fuit.* Att. I. 1. curator viae Flaminiae. Leg. III. 3. *sunto aediles* curatores *urbis annonae ludorumque sollemnium.* Rull. II. 7. *legibus agrariis* curatores *constituti.*

CURIA. 1. Pars tricesima civitatis Rom. in quas partes Romulus eam descripserat. Tom. 29. *Si id* XXX curiae *iussissent, nam id iussum esset ratum.* 2. Curia quaeque antiquitus habuit aedem, ubi sacra curiae faceret, flamen *curiae*, *Curio* dictus, et ubi *curiales* convenirent de rebus communibus acturi. Certe Varro L. L. V. 6. *curias* olim dictas esse tradit, ubi sacerdotes res divinas curarent, quae et templa dici potuerunt, quia inauguratae erant, unde et pro templo dicitur. Vid. inpr. Sigon. Ant. Iur. Civ. R. II. 3. p. m. 52. et Lips. ad Tacit. A. XII. 24. Div. I. 17. Populi lituus quum situs esset in Curia Saliorum haec profecto nil est aliud nisi aedes, in qua convenirent Salii, quum sacra facturi, tum aliis de rebus suis. 3. Est locus consilii publici ubi Senatus conveniebat, sive nomine ducto ab illo curiarum genere, de quo ante dictum est, sive quod non essent ab iis diversae, sed quemadmodum in templa quacunque Deorum, sic in aedes publicas curiae cuiuscunque convocare senatus posset, quamquam illud verius. Nam Varro diserte duo genera cu-

strandae dabatur. Agr. II. 11 Lex curiata. vid. Ind. LL. Att. II. 7. legis curiatae auspices, sunt, qui in auspicio essent, dum *lex curiata* ferretur. *Ern.*

CURIOSE, accurate, diligenter. Att. IX. 5. *quem de eo* curiose *quaesisset servus noster.* Brut. 55. *conquiram ista posthac* curiosius.

CURIOSITAS, de cupiditate res novas resciendi, Att. II. 8. *sum in* curiositate *ὀξύπεινος.*

CURIOSUS, 1. sensu malo. Dom. 12. *quid tam* curiosum, *quam ea scire velle, de quibus maiores nostri vos solos scire et consuli voluerunt.* cf. Flacc. 29 Fin. II. 9. *reperiam multos, non tam* curiosos, *nec tam molestos, quam vos estis, quibus quicquid velim, facile persuadeam.* Off. I. 24. *peregrini et incolae officium est, nihil praeter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque in aliena esse re publica* curiosum. 2. Sensu bono. Fam. III. 1. *homo non solum prudens, verum etiam, quod iuvet,* curiosus. Ibid. IV. 13. curiosior *ad investigandum.* Ibid. VIII. 1. *tametsi tu, scio, quam sis* curiosus, *et quam omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quae domi gerantur, fieri certiores.* Tusc. I. 45. *est in omni historia* curiosus, *i. e.* omnem historiam cum cura diligenter tractavit. Sext. 9. *animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur; sed haec obstructio nec diuturna est, nec obducta ita, ut* curiosis *oculis perspici non possit.*

CURO. 1. De negotiis quibus operam damus. Fam. IV. 12. *funus ei satis amplum faciendum* curavi. Att. VIII. 5. *eo ad te scripsi, ut eam epistolam mihi* curares *referendam.* Att. XII. 18. *his velim meo nomine reddendas literas* cures. Fam. IV. 13. *quae pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia ac diligentissime* curabo. N. D. II. 66 *Magna dii* curant, *parva negligunt.* 2. Inprimis de cura corporis sive ad conservandam valitudinem sive ad morborum sanationem. Phil. IX. 3. *multis illi in urbibus, qua iter faciebat reficiendi se et* curandi *potestas fuit.* Orat. III. 61. *Sed iam surgamus nosque* curemus Tusc. III. 2. *Quid? qui pecuniae cupiditate — feruntur — his nulla adhibenda est* curatio? *utrum quod minus noceant animi aegrotationes quam corporis? an quod corpora* curari *possint, animorum me-*

dicina nulla sit? Hoc sensu metaphorice etiam ponitur. Rosc. Am. 44. *Intelligo me errare, qui quum capiti Sex. Roscii mederi debeam,* (h. e. in causa capitali eius salutem defendere) *reduviam* curem; (h. e. de re pecuniaria quaeram). Att. VI. 1. *Appius ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam* curavit, *sanguinem misit.* 3. Non curare aliquid dicitur is, cui id cordi non est, qui eius rationem non habet. Fam. I. 9. *Q. Metellus qui et summa voluntate cesserit, neque sane redire* curarit. Her. IV. 53. *Ego capitis mei periculo patriam liberavi, vos liberi sine periculo esse non* curatis? Att. XIV. 13. *Quintus de emendo nihil* curat *hoc tempore.* Div. II. 50. *deos non* curare *opinor, quid agat humanum genus.* Ex Ennio. 4. De re pecuniaria Q. Fr. II. 4. *redemptori tuo dimidium pecuniae* curavi. Att. I. 6. *Cincio* HS DCCCC *pro signis Megaricis* curavi. Fam. XVI. 9. *Curio misi,* (literas quibus petii) *ut medico honos haberetur, et tibi daret, quod opus esset, me, cui iussisset,* curaturum, (*seine Vorschüsse würde ich auf seine Anweisung berichtigen*).

CURRERE. 1. Sensu proprio. Off. III. 10. *qui stadium* currit, *eniti et contendere debet ut vincat.* Att. II. 23. *si dormis expergiscere; si stas ingredere; si ingrederis* curre; *si* curris *advola.* 2. Metaphorice. Q. Fr. I. 1. *haec non eo dixi ut oratio mea dormientem excitare, sed potius ut* currentem *incitare videatur.* Sic Fam. XV. 15. Phil. III. 8. 3. De philosophorum argumentatione. Fin. V. 28. *Tria genera bonorum; proclivius* currit *oratio; venit ad extremum;* haeret in *salebra.*

CURRICULUM. 1. Currus. Muren. 27. *Videtur — quasi desultorius in quadrigarum* curriculum *incurrere.* Her. Resp. 10. *tui sacerdotii sunt thensae,* curricula. 2. Cursus. Leg. II. 15. *corporum certationes cursu et pugillatione, luctatione* curriculisque *equorum — in circo constitutis.* Univ. 9. *ratione et mente divina ad originem temporis* curriculum *inventum est solis et lunae.* 3. Studium in quo curritur. Sen. 9. *Milo Crotoniates quum iam senex esset athletasque se in* curriculo *exercentes videret, adspexisse lacertos suos dicitur illacrymansque dixisse: At hi quidem iam mortui sunt.* Orat. 3. *Academiae spatia sunt* curricula *multiplicium*

variorumque sermonum, in quibus Platonis primum impressa sunt vestigia. 4. Metaphorice. Phil. VII. 3. curriculum *industriae.* Muren. 22. *quum te de* curriculo *petitionis deflexisses.* Univ. 12. *qui recte et honeste* curriculum *vivendi a natura datum confecerit.* Rab. Perd. 10. *exiguum nobis vitae* curriculum *natura circumscripsit, immensum gloriae.* Sen. 11. *hae sunt exercitationes ingenii, haec* curricula *mentis.* Rab. perd. 2. *me ex constituto spatio defensionis in semihorae* curriculum *coegisti.*

CURRUS. 1. Vehiculum. Rosc. Am. 35. *suis manibus in* curru *collocat Antomedontem illum.* 2. Pro curru triumphali, atque adeo triumpho ipso. Fam. XV. 6. *quem* currum *aut quam lauream cum tua laudatione conferrem.* Cael. 14. *Vestalis* Claudia, *quae patrem complexa triumphantem ab inimico tribuno plebis de* curru *detrahi passa non est.* Alia exempla congessit Drakenb. ad Sil. Ital. VI. 545.

CURSARE. Rosc. Am. 22. *homines* cursare *ultro et citro non destiterunt.* Sen. 6. *qui in re gerenda versari senectutem negant, similes sunt iis, qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per foros* cursent. Div. I. 8. cursans *per litora cornix.*

CURSIM, celeri cursu. Phil. XI. 2. *alter in Asiam irrupit* cursim. 2. Metaphorice. Phil. II. 17. *ille sensim dicebat, quod causae prodesset, tu* cursim *dicis aliena.* Orat. II. 62. *alterum genus* (iocorum), *imitatione est admodum ridiculum, sed nobis* (oratoribus) *tantum licet furtim, si quando, et* cursim.

CURSOR. Tusc. II. 25. *in stadio* cursores *exclamant quam maxime possunt.* De iisdem Div. II. 70. Her. IV. 3.

CURSUS. 1. Sensu proprio. Her. IV. 3. *Olympiacus* cursus. N. D. I. 34. *ingressus,* cursus, *accubitio.* 2. De navibus et classibus. Muren. 15. *quum contento* cursu — *hostium classis Italiam peteret.* Off. III. 12. *naves in* cursu *frumento onustas petentes Rhodum videre.* N. D. III. 34. *secundissimo vento* cursum *tenere.* 3. De stellis. N. D. III. 9. *stellae* cursus *certos et con-*

stodia, *hoc praesidium stativum.* Phsl. XI. 10. *signum, quod de caelo delapsum Vestae* custodiis *continetur* (scil. *Palladium*). Rab. 7. *ignaviam suam tenebrarum ac parietum* custodiis *tegere.* 4. Carcer. Tusc. I. 29. Socrates *quum posset educi e* custodia, *noluit.* Verr. V. 27. *hominem huic optimae tutissimaeque* custodiae (scil. *Lautumiis*) *non audet committere.*

CUSTODIRE. 1. Sensu proprio. Mil. 25. *delecta iuventus, quae tuum corpus domumque* custodit. Catil. I. 3. *Multorum te oculi et aures speculabuntur atque* custodient. 2. Translate. Orat. I. 28. *percipere animo et memoria* custodire. Ibid. II. 2. *ut ea quae existimarem a summis oratoribus de eloquentia divinitus esse dicta* custodirem *literis.* 3. De literis, aut libris qui non proferuntur, sed celantur. Att. XV. 13. *orationem tibi misi; eius* custodiendae *et proferendae arbitrium tuum sit.* Fam. VI. 5. *liber tuus et legitur a me diligenter et* custoditur *diligentissime.*

CUSTOS. Sen. p. R. 11. custodes in Comitiis item tabellarum dicuntur amici, qui a candidatis aut iis, quorum interest, urnis et diribitoribus tabellarum apponebantur, ne fraus intercedere posset, aut sua sponte eam curam suscipiebant, ut patet e Pisoniana, c. 15. add. Viros doct. ad Varr. R. R. III. 5. extr. et Gruch. Com. I. 3. 4. *Ern.*

CUTIS. Fam. X. 18. *non possum non exhorrescere, si quid intra* cutem *subest vulneris, quod prius nocere potest, quam sciri curarique possit.*

CYBEA. Verr. V. 17. etc. ex quo loco apparet, onerariam navem fuisse, ad deportandas merces, accommodatam, propter latitudinem, qua paene ad κύβου formam accedebat, ita dicta. Sic Hotom. Graeci opponunt longioribus, vocantque στρογγύλην. Fortasse est pro *Cymbea*, ut κύβας ap. Hesych. ubi vid. Albertum. *Ern.*

CYGNEUS, vel CYCNEUS. Orat. III. 6. *Illa tanquam* cycnea *fuit divini hominis vox et oratio*, h. e. non solum ultima, sed etiam ornatissima et gravissima.

CYGNUS vel CYCNUS. Tusc. I. 30. Cycni *Apollini dicati, quod ab eo divinationem habere videan-*

tur, *qua providentes quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur.*

CYNOCEPHALUS. Att. VI. 1. *erat* cynocephalus *in essedo.* De Cynocephalis fabulosa sunt ap. Plin. H. N. VI. 30. Verum est, simiarum genus fuisse, quod ita appellaretur. vid. Salmas. ad Solin. p. 267. *Ern.*

CYNOSURA, sidus caeleste; ursa minor. N. D. II. 41.

Corrigenda.

Pag. 14. lin. 32. *pro* abrogari fas, *lege* obrogari fas.
— 16. — 20. — utincutur, *leg.* obruentur.
— 27. — penult. *pro* eassum, *leg.* casum.
— 43. — 13. *pro* natum, *leg.* datum.
— 47. — 21 — faciam, *leg.* facinus.
ibid. — 30. — sellas, *leg.* sedens.
ibid. — ult. *post* Tusc. *adde* V. 7.
pag. 48. — 12. *pro* metum, *leg.* vultum.
— 84. — 18. — perficere, *leg.* proficere.
— 352. — 22. — permixa, *leg.* permixte.
— 353. — 30. *pro* sortu, *leg.* satu.

M. TULLII CICERONIS
OPERA
QUAE SUPERSUNT
OMNIA
AC DEPERDITORUM FRAGMENTA.

RECOGNOVIT
ET
POTIORUM LECTIONIS DIVERSITATEM
ADNOTAVIT

CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ.

TOMI XVIII PARS II.
INDEX LATINITATIS
D — F.

LIPSIAE
APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.
CIƆIƆCCCXVIII.

CHR. GODOFR. SCHÜTZII

LEXICON CICERONIANUM.

TOMI II PARS II.

INDEX LATINITATIS

D — F.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIƆIƆCCCXVIII.

D.

DACTYLICUS. Orat. 57. dactylicus *numerus hexametrorum magniloquentiae est accommodatior.* Dactylicus numerus non modo e pedibus dactylicis oritur, sed etiam ex reliquis, qui eodem tempore continentur, ut anapaesto, spondeo. Sic est ap. Longin. 5. 38. ῥυθμὸς δακτυλικός, ubi vid. Intt. et cf. Clark. ad Homer. Iliad. T. 1 p. 68. *Ern.*

DACTYLUS. Orat. 64. Dactylus *qui est e longa et duabus brevibus.* Orat. III. 47. (*Aristoteles*) *primum ad heroum nos dactyli et anapaesti et spondei pedem invitat.*

DAEMONION. Div. I. 54. *hoc est illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur, esse divinum quiddam, quod* daemonion *appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, saepe revocanti.* In quo notandum est Socratem sub vocabulo τὸ δαιμόνιον nihil aliud intellexisse, quam *deum*, non autem sibi peculiarem quendam genium attribuisse. Vid. Xenoph. Memorabil. IV. c. 8.

DAMNARE. 1. Sensu iudiciali. Her. IV. 24. eum vos iurati capite damnastis. Verr. V. 3. *nomine sceleris coniurationisque* damnati. Cluent. 41. damnatus *de repetundis.* Brut. 48. damnatus *ambitus.* Verr. Act. I. 13. *peculatus.* Flacc. 17. *et furti et pro socio* damnatus. Verr. Act. I. 13. de maiestate. Phil. I. 9. *Leges Caesaris iubent ei, qui de vi, itemque ei qui maiestatis* damnatus *sit aqua et igni interdici.* 2. Extra iudicium pro *incusare, culpare.* Att. VII. 12. damnare *aliquem sceleris.* Part. 38. *cur prudentissimos in scribendo viros summae stultitiae putet esse* damnandos?

DAMNATIO. Cluent. 36. damnatio *ambitus*. Pis. 36. *quid ego reorum — acerbissimas* damnationes, *libidinosissimas liberationes proferam ?*

DAMNATORIUS. Verr. III. 22. *iudicium damnatorium*, quo si quis aliquid fecisse arguebatur, statim condemnabatur; ut h. l. de iugerum professione.

DAMNUM. 1. sumptus, iactura rei familiaris, atque adeo aes alienum. Verr. I. 12. damna *quae res patris eius pertulit, praetereantur.* Ibid. V. 13. damna *quae aetatis fructu dissoluta et compensata sunt.* Phil. II. 27. damna *aleatoria.* 2. Genus coërcitionis et paene levioris, qua v. c. consules utebantur in senatores qui ipsis parere nollent. Phil. I. 5. *quis umquam tanto* damno *senatorem coegit? aut quid est ultra pignus aut multam ?* Off. III. 5. *qui coniunctionem civium dirimunt, eos leges morte, exsilio, vinculis* damno *coercent.* 3. Genus iniuriae. Rosc. Com. 11. *iudicium* damni *iniuria constitutum.* *Ern.*

DARE, vid. DO.

DATIO. Rull. II. 22. *cuius iudicium legumque* datio *tollitur.* Hic *legum datio* dicitur de legibus quas imperatores victis populis dare solebant ut h. l. Pompeius Asiae leges dederat.

DATUM, 1. i. q. expensum. Lael. 16. *hoc quidem est nimis exigue atque exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum et* datorum (*Einnahme und Ausgabe*). 2. Munus, donum. Cluent. 24. *tantum donis*, datis, *muneribusque perfecerat.* Nam sic distinguendum cum Graevio, quem vid. ad h. l. *Datum* pro *dono* est etiam ap. Plautum Pseud. I. 3, 71. Ovid. Met. VI. 463. Ceterum huiusmodi verba, *munus, donum* iungi solere, quamquam synonyma sunt docet Salmas. ad Lamprid. Severum c. 26. T. II. p. 923. cf. Gronov. Obss. IV. p. 230. *Ern.*

DE, praepositio refertur, 1. ad materiam seu numerum rerum unde aliquid sumitur. Rull. III. 1. *ostendo non adimi cuiquam glebam* de *Syllanis agris.* Fam. VII. 29. *duos parietes* de *eadem fidelia dealbare.* Div. II. 65. *misit coniectori quantum visum est* de *argento.* Rosc. Am. 9. de *tanto patrimonio nihil relictum.* Rosc. Am. 35. de *tribus et decem fundis tres nobilissimos fundos eum video possidere.* 2. Ad numerum hominum e quibus aliquis exsistit, vel eligitur. Att. V. 18.

mitte ad nos de *tuis aliquem tabellarium.* Att. VIII. 1. *hominem certum misi* de *comitibus meis.* Off. I. 30. de *Graecis*, i. e. *ex Graecis.* 3. Ad locum unde aliquis vel aliquid venit. Verr. IV. 40. *haec agebantur in conventu palam* de *sella ac de loco superiore.* Cluent. 59. *caupo* de *via Latina.* Orat. II. 7. *hominem audietis* de *schola.* Orat. 15. *non enim declamatorem aliquem* de *ludo aut rabulam* de *foro — quaerimus.* 4. Ad personam, unde aliquid quaeritur vel rescitur. Att. XII. 23. *Id* de *Marcello scire potest.* Ibid. I. 11. *Messala* de *Pompeio quaesivit, quid de religione sentiret.* Leg. I. 1. *an ita factum,* de *Mario* (pro *a Mario*) *ut scribis, acceperis.* 5. Ad auctoritatem hominis, cui obsequimur. Rosc. Am. 10. de *amicorum sententia Roscius Romam confugit.* Att. XIII. 31. *Caesar non est facturus quidquam nisi* de *meo consilio.* Verr. II. 17. *Heraclius capit consilium* de *amicorum et propinquorum sententia non adesse ad iudicium.* Cael. 29. *aliquid invenimus, quod ista mulier* de *suorum propinquorum — sententia atque auctoritate fecisse dicatur.* 6. Ad initium temporis. Q. Fr. II. 14. de *multa nocte vigilare.* Att. VII. 4. *multa* de *nocte eum profectum esse ad Caesarem.* Muren. 33. de *nocte surgis.* Att. XII. 3. *velim scire hodiene statim* de *auctione aut quo die venias.* Q. Fr. II. 1. *Fac ut naviges* de *mense Decembri.* 7. Ad argumentum quod tractatur. Orat. II. 18. *praecepta* de *re militari.* Att. XII. 15. *liber* de *minuendo dolore.* Brut. 8. *primum tum* (Socratis aetate) *philosophia non illa* de *natura, quae fuerat antiquior, sed haec in qua* de *bonis rebus et malis,* deque *hominum vita et moribus disputatur inventa dicitur.* Att. VII. 2. *epistola in qua est* de *periculis rei publ.* Orat. II. 19. *artificium — cuius modi* de *ipso iure civili — Crassus componi posse dicebat.* 8. Ad causam. Orat. I. 41. *certis* de *causis.* Fam. VIII. 15. *Intimelii in annis sunt, neque* de *magna causa.*

DEA. Rabir. Perd. 2. *Ab Iove opt. max. ceterisque diis* deabusque *immortalibus pacem ac veniam peto.*

DEALBARE. Fam. VII. 29. *duos parietes de eadem fidelia* dealbare; proverbium, de duobus negotiis eadem opera perfectis. Verr. I. 55. *quod si tanta pecunia columnas* dealbari *putassem, certe numquam aedilitatem petivissem.*

DEAMBULARE. Orat. II. 63. *Eamus* deambulatum.

DEBEO. 1. De necessitate consequentiae vel connexi. Orat. II. 77. *Principia — orationis habere hanc vim magnopere* debent. Orat. 21. *magni iudicii summae etiam facultatis esse* debebit *moderator ille et quasi temperator huius tripertitae varietatis.* 2. De necessitate officii. Fam. V. 13. *praestitimus patriae quantum* debuimus. Fam. II. 6. *est animi ingenui, cui multum debeas ei plurimum velle* debere. Leg. I. 2. debes *hoc munus studiosis literarum.* Fam. X. 12. *id nostrae necessitudini* debere *me iudico.* Fam. I. 1. extr. *nos in causa auctoritatis minus habemus, quod tibi* debemus, scil. gratiam referre propter beneficia tua, (*weil ich Verbindlichkeiten gegen dich habe.*) Q. Fr. I. 1. *communis fides, quae omnibus* debetur. Pis. 37. *poenam, quae tanto facinori* deberetur — *subire.* Verr. V. 30. *supplicia quae* debentur *hostibus victis.* Ibid 11. *Verres ubi paulisper in cubiculo, pretio non aequitate, iura descripserat, Veneri iam et Libero reliquum tempus* deberi *arbitrabatur.* 3. De aere alieno; pecunia solvenda, aliisque rebus quae tributi loco pendendae sunt. Att. X. 17. *is* debet *mihi multos nummos.* Fam. III. 5. *pecunia quae mihi ex publica permutatione* debetur. Phil. II. 37. *ex syngrapha* deberi *dicit.* Att. XVI. 14. *illi turpe erit eo nomine, quod satisdato* debeat *non dissolvere.* Verr. III. 82. *nemo fuit initio tam impudens, qui quum frumentum* deberetur, *pecuniam posceret.*

DEBILIS. 1. Proprie de membris corporis, *gelähmt.* Rab. Perd. 7. *membris omnibus captus ac* debilis. 2. Infirmus, imbecillus. Mil. 34. *quum me equitibus Rom. dedissem, quorum vires erant* debiles. Ibid. 9. *occurrebat ei* (Clodio) *mancam ac* debilem *praeturam suam futuram consule Milone.* Brut. 61. *qui hac parte animi* (memoria) *quae custos est ceterarum ingenii partium tam* debilis *esset.*

DEBILITARE. 1. De corpore. Flacc. 30. *membra* debilitare *lapidibus, fustibus,* est confringere, et eorum usum auferre. Nam debiles dicuntur, qui aliquo membro corporis capti sunt. Aliter de viribus corporis exhaustis. Caecin. 15. *saucii saepe homines quum corpore* debilitantur, *animo tamen non cedunt.* Catil. II. 5. debilitati *stupris.* Hortens. fr. *ut fame* debilitetur *equuleorum nimis effrenata vis.* 2. De animo. Att.

V. 4. *tua profectio spem meam* debilitat. Tusc. V. 27. *dolor ardentes faces intentat; is fortitudinem magnitudinem animi, patientiam se* debilitaturum *minatur.* Q. Fr. I. 1. *animum frangi et* debilitari *molestia non oportet.* Fam. I. 6. *ipsa die qua* debilitantur *cogitationes inimicorum.* Orat. 1. *vereor ne tardem studia multorum, qui desperatione* debilitati *experiri nolint, quod se assequi posse diffidant.* Orat. II. 33. *ut* debilitati *a iure cognoscendo voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiiceremus.* 3. De versibus. Orat. III. 50. *Versus* debilitatur, *in quacumque parte sit titubatum.* 4. De aliis rebus. Deiot. 2. *actio causae maxime* debilitatur *loco*, scil. quod intra parietes, non in foro pro Deiotaro dicendum erat. Flacc. 26. *fractum prope ac* debilitatum *Graeciae nomen.* Quint. 2. *ut multis incommodis veritas* debilitata *tandem recreetur.* Rull. II. 33. *Romani nervis urbis* (Capuae) *omnibus exsectis, urbem ipsam solutam ac* debilitatam *reliquerunt.*

DEBILITAS, de corporibus parte aliqua truncatis. Tusc. III. 34. Fin. V. 28. *bonum integritas corporis*, misera debilitas *est.* 2. Inprimis imbecillitas membrorum ex paralysi, vel certe ad paralysin accedens. Pis. 1. *stupor* debilitasque *linguae.* Fin. IV. 8. *sapientes id agere, ut a se dolores, morbos,* debilitates *repellant.* 3. De animo. Fin. I. 13. *succumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre miserum est, ob eamque* debilitatem *animi multi parentes — plerique autem se ipsos penitus perdiderunt.*

DEBITIO. Att. XIV. 13. Quintus — satis torquetur debitione dotis. Planc. 28. *dissimilis est pecuniae* debitio *et gratiae.*

DEBITOR, qui pecuniam debet. Fam. IX. 16. *levior plaga ab amico quam a* debitore. Off. II. 22. *qui pecunias creditas* debitoribus *condonandas putant, ii labefactant fundamenta rei publ.*

DEBITUM, aes alienum, pecunia debita, vel omnino, quod debetur. Q. Fr. I. 2. *priusquam Fundanio* debitum *solutum esset.* Att. XIII. 23. *ne existimes, qui non* debita *consectari soleant, quod debeatur remissuros.* Opt. gen. or. 2. *Docere* debitum *est, delectare honorarium, permovere necessarium.*

DEBITUS. Phil. XIV. 12. *fortunata mors, quae naturae* debita, *pro patria est potissimum reddita.* Mil. 38.

poenas ille debitas *luerit, nos subeamus si ita necesse est non* debitas. Catil. I. 8. *vita multis suppliciis iustis* debitisque *erepta.* Fam. V. 8. *reddere officium iamdiu* debitum. Cluent. 12. *pecuniam non* debitam *solvere.*

DECANTARE. 1. Idem saepius repetere. Fin. IV. 4. *e quibus locis quasi thesauris argumenta depromerentur — superiores artificio et via tradiderunt. Quae quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata* decantare, *neque a commentariolis suis decedere.* Orat. II. 18. *Graecus doctor, qui mihi pervulgata praecepta* decantet. 2. Tusc. III. 22. *sed iam* decantaverant *fortasse,* h. e. iam dudum cantare desierant.

DECANTATUS. 1. Cognitus, planeque perspectus. Orat. II. 32. *omnes quaestiones percursas animo ac prope* decantatas *habere debent.* 2. Notissimus, pervulgatus. Att. XIII. 34. *etenim haec* decantata *erat fabula.*

DECEDERE. Verr. II. 20. *Itaque Sthenius — — de provincia* decessit. Graevius probabat coniecturam Hotomanni, qui *discessit* legendum putabat, quod magistratus tantum *decedere* dicerentur. Eodem modo tentavit Graevius locum Verr. III. 41. *negotiatores inviti Romam raroque* decedunt. Sed si attendisset vir doctissimus, facile magnam copiam locorum in ipso Cicerone colligere potuisset, ubi *decedere* de privatis dicitur. Paucos de multis laudasse suffecerit. Verr. II. 27. *Romam* decedere *mecum cupierunt Heraclius et Epicrates.* Ibid. 65. *ut Siculi sibi e Sicilia* decedendum *arbitrentur.* Ibid. 77. *Verrutius iste in Sicilia sit, an iam* decesserit. Att. V. 21. *equites ex Cypro* decedere *iussi.* Sic est etiam ibid. VI. 1. 3. Div. II. 11. X. 32. XII. 30. extr. etc. Neque solum *de provincia decedere* dicitur, sed Roma etiam. Fam. VIII. 10. extr. *mei officii est, meminisse, qua obtestatione* decedens *mihi mandaris.* Atque adeo pro *discedere* dicitur. Ibid. 1. *quod tibi* decedens *pollicitus sum,* h. e. discedens a te, quum te abeuntem in provinciam prosequerer, ubi v. Manut. 2. Fam. XIII. 56. decedere *de hypothecis*, est hypothecas creditori tradere, ut eas non hypothecarum, sed dominii iure habeat. 3. Att. VII. 2. *quartana* decessit. 4. *Decedere* dicuntur nobis obvii, qui honoris causa de via declinant, ne nobis id facere opus sit. Sen. 18. *Ern.* 6. Moti. Att. I. 5. *pater nobis* decessit.

Sen. 20. *Vetat Pythagoras iniussu imperatoris, id est dei, de praesidio et statione vitae* decedere.

DECEMPEDA, instrumentum metatorum, denum pedum mensura, ad metiendos agros, vicos etc. Phil. XIV. 4. *urbem peritus metator et callidus* decempeda *sua diviserat.* Mil. 27. *cum architectis et* decempedis *villas multorum hortosque peragrabat.* Ac. pr. II. 41. *Vos solis magnitudinem quasi* decempeda *permensi refertis.*

DECEMPEDATOR, metator. Phil. XIII. 11. *L. Antonius aequissimus agri publici et privati* decempedator.

DECEMPRIMI, dicuntur decem seniores et principes senatores in municipiis aliisque civitatibus liberis, qui magistratus proxime sequuntur. Rosc. Am. 9. ubi vid. Graev. Verr. II. 67. *magistratus et* decemprimi: Livius XXIX. 15. *decem principes* appellat; add. Noris. ad Cenotaph. Pis. diss. I. c. 5. *Ern.*

DECEMVIRI. 1. Decemviri *stlitibus* (antique, pro, *litibus*) *iudicandis*, sunt iudices causarum privatarum, creati non multo post praeturam peregrinam, auctore Pomponio in Origg. Iuris: de quibus vid. Siccama de Iudic. Centumvir. c. 9. 10. Sigonius de Iudiciis, et Intt. Pomponii. Dom. 29. *si* decemviri *sacramentum iniustum iudicassent.* Caecin. 33. *cum Arretinae mulieris libertatem defenderem, et Cotta* decemviris *religionem iniecisset, non posse sacramentum nostrum iustum iudicari.* Orat. 46. decemvirorum *litibus* (s. stlitibus, ut Muret. in MS. invenit) *iudicandis, dico nunquam.* 2. Magistratus extraordinarius legum scribendarum causa sine intercessione creatus. V. CCCIII. Liv. III. 33. Agr. II. 9. *nostri* decemviri, *qui XII tabulas scripserunt* etc. 3. De *decemviris* Rullianis, vid. Agr. II. 7. sqq. *Ern.*

DECENTER. Caecin. 26. *Iura a maioribus* decentissime *descripta.*

DECENTIA. N. D. II. 58. *venustatem, ordinem, et ut ita dicam,* decentiam, *oculi iudicant.*

DECERNO. 1. Est consulum, et senatus. Att. XVI. 18. *consules de consilii sententia* decreverunt *secundum Buthrotios.* Fin. IV. 9. *quum senatus triumphum Africano* decerneret. Att. VII. 15. *Postumus de quo nominatim* decrevit *Senatus, ut iret in Siciliam.* Phil. VI. 6. decerneret *tumultum senatus.* Vid. *Tu-*

multus. 2. Pontificum. Att. IV. 2. *nuntiat iam populo pontifices secundum se* decrevisse. 3. Praetorum. Quint. 8. 20. *praetor* decernit, quum ex edicto ius dicit, v. c. possessionem, aut interdictum dat, addicit etc. 4. *Decernere* porro dicuntur senatores in sententiis dicendis, quum dicunt, quid a Senatu decerni velint. Mil. 6. *ego ipse* decrevi. Fam. I. 1. *Crassus tres legiones* decernit, add· Gronov. ad Liv. XXVII. 20. Q. Fr. II. 12. decernendum *nihil censeo*, i. e. rem reiiciendam puto. 5. Puto. Fam. II. 6. *in quo posita omnia mea esse* decrevi. Att. III. 15. *quod in me ipso satis consilii esse* decreras. 6. De armorum certamine. Att. VII. 3. *hic omnia facere omnes debent ne armis* decernatur. Orat. II. 78. *in gladiatorio vitae certamine, quo ferro* decernitur. 7. De periculoso iudicii certamine. Quint. 2. *uno iudicio de fortunis omnibus* decernit. Orat. II. 49. (dixi) *me pro meo sodali — et pro mea omni fama prope fortunisque* decernere. Att. X. 10. *utinam meo solum capite* decernerem. Att. X. 10. *suo capite* decernere.

DECRETUS. Cael. 16. *quae haberet palam* decretum *semper aliquem* (*die immer öffentlich einen erklärten Liebhaber hatte*). Prov. cons. 15. *ut qui consul Kalendis Ian. habere provinciam debet, is ut eam desponsam, non decretam habere videatur.* Recte Graevius hoc ita exposuit: „Is qui censuit ulteriorem Galliam Caesari relinquendam, non minus a maiorum institutis discrepat, quum diem praefinit, qua Caesari debeat succedere consul, qui illam provinciam sortitus est, nimirum Kal. Martias, qua lege is consul per duos menses carebit sua provincia, illamque habebit magis desponsam quam decretam per illud tempus."

DECERPO, metaphorice. Orat. II. 56. *ne quid iocus de gravitate* decerperet.

DECERPTUS, exortus, delibatus. Tusc. V. 13. *humanus animus* decerptus *ex mente divina.*

DECERTATIO, de certamine bellico. Phil. XI. 9. *quum id bellum geratur, quo bello de dignitate, de libertate, de vita decernamus — quumque harum rerum omnium* decertatio *consulibus optimis et fortissimis commissa et commendata sit.*

DECERTO. 1. De armorum certamine. Prov. Cons. 13. *Caesar cum acerrimis nationibus et maximis — praeliis fortissime* decertavit. 2. De certamine iu-

diciali et disceptatione in senatu. Planc. 36. *erat non iure, non legibus, non disceptando* decertandum. Fam. V. 8. *cum multis consularibus tanta contentione* decertari, *quanta numquam antea.* Off. I. 11. *quum sint duo genera* decertandi; *unum per disceptationem, alterum per vim; quumque illud proprium sit hominis, hoc beluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore.* 3. De certamine aemulorum. Phil. II. 1. *an* decertare *mecum voluit contentione dicendi?*

DECESSIO. 1. Rab. Post 11. *utrum accessionem pecuniae an* decessionem (*Abzug*) *de summa fecerit.* Ib. decessionem *mille talentum esse factam.* Tusc. I. 46. decessio *bonorum* (*Verlust an Gütern*) *opponitur cumulo*, h. e. accessioni. 2. Abitus de provincia tum magistratuum tum privatorum. Q. Fr. I. 1. *spem maturae* decessionis *afferre.* Fam. IV. 10. de Marcello privato: *Subvereor ne te delectet tarda* decessio. Att. VII. 3. *in ipsa* decessione *significavit sperasse se aliquid.* 3. Abscessio. Div. II. 15. *an censes, eundem vitulum si alius delegerit, sine capite iecur inventurum; si alius cum capite? Haec* decessio *capitis aut accessio subitone fieri potest?*

DECESSUS. 1. Abitus e provincia. Fam. VIII. 10. *quod ad* decessum *tuum attinet.* Phil. II. 38. *an Creta post M. Bruti* decessum *potuit liberari?* 2. Mors. Lael. 3. *eo errore careo, quo amicorum decessu plerique angi solent.*

DECET. Orat. 22. Decere *est quasi aptum esse consentaneumque tempori et personae.* Off. I. 27. *quod* decet *honestum est; et quod honestum est* decet. Tusc. IV. 25. *Oratorem irasci minime* decet, *simulare non* dedecet. Off. I. 31. *id maxime quemque* decet, *quod est cuiusque maxime suum.* Ibid. *Nihil* decet, *ut aiunt, invita Minerva.* Orat. I. 26. *non pudendo, sed non faciendo id quod non* decet *impudentiae nomen effugere debemus.*

DECIDO, penultima brevi. 1. Sensu proprio. Sen. 19. *poma si matura (sunt) et cocta*, decidunt. 2. Metaphorice. Off. II. 12. *Ficta omnia, tamquam flosculi,* decidunt. Att. II. 21. decidere *ex astris;* proverbialis locutio, ut Germani: *ich falle aus den Wolken.* Verr. IV. 45. *ne oculis quidem captus in hunc fraudem tam sceleratam ac tam nefariam* decidisti.

DECIDO, penultima longa. 1. Transigo. Verr. II. 32. *quod umquam huiusmodi monstrum — vidimus, qui cum reo transigat, post cum accusatore* decidat. Verr. V. 45. *rebus omnibus actis atque* decisis. Att. I, 8. *quod te de Tadiano negotio* decidisse *scribis, id Tadio gratum esse intellexi.* Quint. 5. *nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus* decidisset. Rosc. Com. 11. *magno tu tuam partem dimidiam* decidisti, i. e. transactione magnam pecuniae summam pro tua parte dimidia accepisti. 2. De iudice, qui litem inter litigantes componit. Quint. 4. decidis *statuisque tu, quid* (Scapulis) *ad denarium solveretur.*

DECIPERE. Rosc. Am. 40. *inducere,* decipere, *destituere.* Haec tria ita differunt; *inducere* est fallere consilio dando et ad rem aliquam faciendam impellendo; *destituere,* deserendo eum, qui, quia promiseras aut debebas, a te aliquid auxilii exspectabat; *decipere* denique, sub utilitatis specie nocendo. Fam. V. 16. *ea impendere rei publ. quae qui reliquerit nullo modo mihi quidem* deceptus *esse videatur,* h. e. nihil detrimenti fecisse. *Ern.* 2. De errore mentis. Div. II. 56. *illa amphibolia quae Croesum* decepit, *vel Chrysippum potuisset fallere.* Att. XIII. 13. *nisi forte me communis φιλαυτία* decipit.

DECLAMARE. 1. Exercitationis causa dicere. Fin. II. 2. *ad fluctum aiunt,* declamare *solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere.* Phil. V. 7. *Antonius XVII dies de me in Tiburtino Scipionis declamitavit, sitim quaerens. Haec enim ei causa esse* declamandi *solet.* 2. In vera causa, magna praesertim voce, dicere. Verr. IV. 66. *qui pro isto contra me vehementissime* declamasset. Rosc. Am. 29. *quae mihi visus est ex alia oratione* declamare, *quam in alium reum commentaretur.* Fam. III. 11. *ea est maiestatis vis et sic involuta, ut in quemvis impune* declamare *liceat.* Ita h. l. correxi. Vid. in ind. legum: *Lex Cornelia maiestatis.*

DECLAMATOR, rhetor. Orat. 15. declamator *de ludo.* Orat. III. 34. *non eum* declamator *aliquis ad clepsydram latrare docuerat.*

DECLAMATORIUS. Orat. I. 16. *facile declaratur, utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc* declamatorio *opere sit iactatus, an ad dicendum omnibus inge-*

genuis artibus instructus accesserit. Q. Fr. III. 3. *puer magis illo* declamatorio *genere delectatur, in quo quoniam ipsi fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus.*

DECLAMITARE. Brut. 90. *commentabar* declamitans, *sic enim nunc loquuntur, saepe cum M. Pisone, aut cum aliquo quotidie.* Tusc. I. 4. *ut enim antea* declamitabam *causas, — sic nunc haec mihi senilis est declamatio,* scil. disputationes philosophicae. Phil. II. 17. *quamquam tu quidem — vini exhalandi non ingenii acuendi causa* declamitas.

DECLARARE. 1. Ostendere. Orat. 62. *quod perorationes nostrae voluisse nos atque animo contendisse* declarant. Att. VI. 1. declaravit, *quanti me faceret.* 2. Significare. Fin. III. 4. *pluribus notatum vocabulis idem* declarantibus. Orat. 22. oportere *perfectionem* declarat *officii.* Orat. III. 13 *verbis usitatis ac proprie demonstrantibus ea, quae significari ac* declarari *volemus.* Orat. II. 69. *Canius exclamat neutrum illis literis* declarari. 3. Clarius demonstrare. Fam. I 13. *hoc saepius dicendum tibique non significandum solum sed etiam* declarandum *arbitror.* Div. I. 1. *Cilicum et Pisidarum gens — volatibus avium et cantibus, ut certissimis signis* declarari *res futuras putant.* N. D. II. 2. *praesentiam saepe divi suam* declarant. N. D. II. 65. *multa oraculis* declarantur, *multa vaticinationibus.* Div. I. 56. *relinquendum est homini ut signis quibusdam, consequentia* declarantibus; *futura praesentiat.* 4. Explicare. Orat. I. 42. *propriam cuiusque* (generis) *vim definitione* declarare. 5. Denuntiare, polliceri. Fam. II. 3. *Rupae non defuit studium* declarandorum *munerum.* 6. Muren. 2. *is potissimum consul, qui consulem* declaravit, h. e. qui consulem a populo creatum et designatum esse pronuntiavit.

DECLARATIO. Fam. XV. 21. *liber iste, quem mihi misisti, quantam habet* declarationem *amoris tui.*

DECLINARE. 1, Sensu activo, a) de via demovere. Fat. 20. *quae ergo nova causa in natura est, quae* declinet *atomum* (*die ihn aus der Richtung bringt*) b. vitare. Off. I. 6. *vitia* declinare. Ibid. I. 4. declinare *ea quae nocitura videantur.* Att. II 19. declinare *periculum.* Orat. 68. *oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta, nec satis recte* declinat *impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat intelligit.* 2. Sensu in-

DECO

DECOLOR. Tusc. II. 8. decolor *sanguis.*

DECOLORATIO, pro coloratione. Div. II. 27. decoloratio *ex aliqua contagione terrena potest sanguinis similis esse.* Sic sunt *manus* decoloratae. Sueton. Aug. 5. *Ern.*

DECOLORATUS. Her. II. 5. *tumore et livore* decoloratum *corpus mortui.* Ibid. 27. *mortuum deformatum, tumore praeditum,* decoloratum *fuisse constat.*

DECOQUERE, bonis everti vel sumptu faciendo vel fortunae iniuria. Phil. II. 18. *tenesne memoria, te praetextatum* decoxisse? Ibid. *quum esset lege Roscia decoctoribus, certus locus constitutus, quamvis quis fortunae vitio, non suo* decoxisset.

DECORE; decenter. Orat. I. 32. *loqui ad rerum dignitatem apte et quasi* decore. Ibid. III. 47. *tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis* decore *cadunt.*

DECORO, orno. Pis. 12. *res publica quam ipse* (Pompeius) decorarat *atque auxerat.* Brut 76. *haec omnia vitae* decorabat *dignitas et integritas.* Orat. I. 43. *honestus labor honoribus, praemiis, splendore* decoratur. Ligar. 2. *o clementiam — omnium laude, praedicatione literis monumentisque* decorandam. Verr. II. 46. Sthenius (Thermas) *oppidum non maximum, maximis ex pecunia sua locis communibus monumentisque* decoravit.

DECORUM. Off. I. 27. *Hoc de quo loquimur* decorum *totum illud quidem est cum virtute confusum, sed mente et cogitatione distinguitur. Est autem eius descriptio duplex. Nam et generale quoddam* decorum *intelligimus, quod in omni honestate versatur, et aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic fere definiri solet:* Decorum *illud esse, quod consentaneum sit hominis excellentiae in eo, in quo natura eius a reliquis animantibus differat. Quae autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut id* decorum *esse velint, quod ita naturae consentaneum sit, ut in eo moderatio et temperantia appareat, cum specie quadam liberali.* Aliud est decorum, quod poetae sequuntur; quod tum servare poetas dicimus, *quum id quod quaque persona dignum est et fit et dicitur.*

Ibid. *turpiter* decumbere, cf. Phil. III. 14. 2. De coenante. Verr. III. 25. quum *in triclinio* decubuisset.

DECURIA. 1. Tabula s. album, in quo Senatorum nomina scripta, qui iudicia administrare debent, s. classis iudicum. *Decuriae* autem ex instituto vetere tres fuerunt, tot. sc. in quot partes senatores iudicantes descripti erant; quibus quartam adiecit Augustus, Sueton. c. 32. ubi vid. Casaub. quintam Caius, auctore eodem Sueton. c. 16. Sextam, quamquam rogatus, tamen addere noluit Galba. Sueton. c. 14. Verr. I. 61. II. 32. Cluent. 37. vid. de his decuriis Plin. XXXIII. 1. 2. 2. De iudicibus decuria etiam est, sed alio sensu, Verr. III. 11. *quid tandem postulat arator? nihil nisi ex edicto iudicium in octuplum, quid Apronius? non recusat, quid praetor? iubet recuperatores reiicere.* Decurias *scribamus.* (sc. arator dicit) *Quas* decurias? (respondet Verres) *de cohorte mea reiicies.* Hic *decuria* non est, ut Romae, quod videbatur Hotomanno, numerus civium Rom. de conventu provinciali, quorum est, causas iudicare, sed indiculus iudicum delectorum ad causam aliquam cognoscendam et iudicandam. Arator non postulat, ut sibi copia fiat decuriae iudicum, sed ut decuria iudicum scribatur et deligatur. 3. In *decurias* etiam distributus erat ordo scribarum, reliquorumque ministrorum, qui magistratibus apparebant: unde Verr. III. 79. *ad eos me scribas voca, si placet: noli hos colligere, qui* — decuriam *emerunt.* Vid. inprimis Vales. ad Ammian. XXVIII. 6. et alios, quos laudant viri docti ad Sueton. Claud. 1. *Ern.*

DECURIARE, in decurias conscribere, quod faciebant, qui, tribuum largitione corrumpendarum causa, coitiones faciebant, unde de sodalitiis rei. Planc. 18. *doce* decuriasse *Plancium, conscripsisse populum.* Ibid. 19. *tu doce Plancium sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribules* decuriavisse. Erat autem Plancius reus de *sodalitiis.* Sic Clodius seditionis causa dicitur homines de populi fece *decuriasse.* Sext. 15. *quum vicatim homines conscriberentur,* decuriarentur. Phil. VII. 6. *non rursus improbos* decuriabit? *non sollicitabit agros?* Plane sic etiam est *centuriare;* de quo supra. *Ern*

DECURIATIO. Planc. 18. decuriatio tribulium. Vid. *decuriare.*

DECURIATUS. Q. Fr. II. 4. *S. C. factum est ut sodalitates* decuriatique *discederent.* Vid. *Decuriare.*

DECURIO, Senator municipalis aut colonicus. Rosc. Am. 9. 39. Sext. 4. Fam. VI. 18. etc.

DECURRERE. Caecin. 23. *ad istam hortationem* decurrunt, *i. e.* confugiunt, veniunt tandem. Quint. 15. *ad haec extrema et inimicissima iura tam cupide* decurrebas. Ducta ratio de studio et circo. Sic est Tusc. I. 8. *Nunc video calcem; ad quam quum sit* decursum *nihil sit praeterea extimescendum.* Hinc etiam ad navigationem, ut ipsum cursus verbum, (v. in *cursus*) traducitur. Div. XVI. 4. *cum Mescinio quaestore te bellissime* decursurum *puto. Ern.*

DECURSIO. Fam. XI. 10. decursionibus *vastare loca*, sunt incursiones, quae de montibus fiunt. Male aliquis corrigebat *excursionibus*, quae sunt Graecis *καταδρομαὶ ἔφοδοι*, at decursiones sunt qui fiunt ἐξ *ἐπιτειχίσματος*. vid. Thucyd. I 142. et ibi Schol. *Ern.*

DECURSUS, a, um, Quint. 31. *aetas acta et* decursa. Cat. 23. decurso *spatio.* Fam. VIII. 13. *cetera porro et aetate iam sunt* decursa, de vitiis, quae per aetatis ipsius rationem deponi solent. Orat. I. 32. decursa *abs te de arte*, i. e. explicata breviter. *Ern.*

DECURSUS, ûs. Orat. I. 1. decursus *honorum* est, quum omnibus honoribus perfuncti sumus. Fam. III. 2. *facilior erit mihi quasi* decursus *mei temporis*, h. e. anni ad regendam provinciam Ciliciam constituti.

DECURTATUS. Orat. 53. animus (in oratione) — *perfecta ac moderata semper exspectat. Mutila sentit quaedam et quasi* decurtata, *quibus tamquam debito fraudetur, offenditur;* de membris periodi iusto brevioribus.

DECUS. 1. Ornamentum. Phil. II. 22. Cn. Pompeius *qui populi Romani* decus *ac lumen fuit.* Verr. IV. 44. decora *atque ornamenta fanorum;* de signis marmoreis vel aeneis. 2. Splendor. Prov. cons. 11. decus *illud et ornamentum triumphi* (Caesaris) *minuendum nostra parsimonia non putavi.* 3. Honestas (sensu Stoicorum). Fin. II. 11. *una* (finis bonorum) *simplex, cuius auctor Zeno, posita in* decore *tota.* Leg I. 21. De- [illegible] *bonum esse dixerunt, hic solum bonum dicit.* Fin. II. 17. ***Adeunda sunt pericula*** decoris ***honestatisque causa.***

DECUSSARE. Univ. 7. *Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediaeque accommodans, mediam quasi* decussavit, *h. e.* in speciem literae X diduxit.

DEDECERE, contrarium verbi *Decere.* Orat. 22. Orat. I. 29. Tusc. IV. 25. Off. I. 41.

DEDECORARE, decus imminuere. Off. III. 2. *te inanem redire turpissimum est* dedecorantem *et urbis auctoritatem et magistri.*

DEDECUS. 1. Turpitudo, probrum, ignominia. Div. II. 9. *Crasso putas utile fuisse scire sibi — cum ignominia et* dedecore *esse pereundum?* Rosc. Am. 24. *sumptus effusi cum probro atque* dedecore. Cluent. 5. *mulieris nefaria libido non solum* dedecore, *verum etiam scelere coniuncta.* Catil. I. 6. *quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? quod privatarum rerum* dedecus *non haeret infamiae.* Cluent. 22. *iudicia operta* dedecore *atque infamia.* Her. IV. 35. *ne iste sua turpitudine ordini honestissimo maculae atque* dedecori *sit.* 2. Sensu Stoicorum *Dedecus* est contrarium *honestatis.* Tusc. II. 5. Leg. I. 21. quum decus quod antiqui summum bonum esse dixerunt, hic (*Antiochus*) *solum bonum dicat, item* dedecus, *quod illi summum malum, hic solum.*

DEDERE, vid. DEDO.

DEDICARE. 1. Proprie idem est, quod consecrare, de quo vid. supra in *Consecratio.* Sic N. D. II. 23. Leg. II. 11. Verr. IV. 28. Hinc eleganter Leg. I. 22. *ingenium in se suum, sicut simulacrum* dedicatum *putabit.* 2. Deferre. Flacc. 32. dedicare *in censu.* Docti viri laudarunt Gell. VII. 11. ubi vid. Gron., et eundem Sestert. IV. 1. Lips. Var. Lect. III. 11. et Gron. l. c. volebant *in censum;* quod probat Mazoch. Amphith. Camp. p. 84. qui verbum *dedicare* interpretatur *inchoare;* quod tum demum inchoent Quirites possidere, quum in censum detulerint, male. Videtur esse propria verbi huius significatio antiquis usitata, ut sit *dare, attribuere.* Nam et quae diis dedicantur, ea iis dantur, attribuuntur; unde mirifice confirmatur disputatio nostra in *Consecratio.* Festus: *Dedicare est proprie dando referre.* *Ern.*

DEDICATIO. Dom. 48. *an* consecratio *nullum habet ius,* dedicatio *est religiosa?* de hoc loco disputavimus supra in *consecratio. Ern.*

DEDISCERE, *verlernen.* Fam. IX. 24. *vereor ne illud quod solebas,* dediscas *et obliviscare cenulas facere.* Ibid. dediscendae *tibi sunt sportellae.* Brut. 13. *eloquentia — ita peregrinata tota Asia est, — ut omnem illam salubritatem Atticae dictionis et quasi sanitatem perderet ac loqui paene* dedisceret. Orat. III. 24. *quum iuventus nostra* dedisceret *paene discendo.* Brut. 46. *quum in Galliam veneris, audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae, sed haec mutari* dediscique *possunt.*

DEDITIO, de iis qui se in hostium potestatem tradunt. Phil. XIII. 21. *quum locum tibi reliquum non modo ad pacem, sed ne ad* deditionem *quidem feceris.* Phil. IV. 5. *maiores nostri — bellicosissimas nationes in* deditionem *imperii redegerunt.*

DEDITITIUS, qui se in potestatem alicui, ut populo Rom. olim Campani, tradidit, ad Brut. 3. *id SCtum plerique interpretantur etiam ad tuos sive captivos sive* dedititios *pertinere.*

DEDO. 1. Potestati alicuius trado. Mil. 1. *Pompeius nec iustitiae suae putaret esse, quem reum sententiis iudicum tradidisset, eundem telis militum* dedere. Orat. I. 40. *memoriae proditum, quem pater suus aut populus vendidisset, aut pater patratus* dedidisset, *ei nullum esse postliminium.* Verr. IV. 42. *dedit tibi fortuna Siculorum C. Marcellum iudicem, ut cuius ad statuam Siculi, te praetore, alligabantur, eius religioni te eundem vinctum adstrictumque* dederemus. Rosc. Am. 3. *si criminis aut facti suspicio — reperietur — non recusamus quin illorum libidini Sex. Roscii vita* dedatur; *i. e. quin, quod illi maxime cupiunt, Roscius capite damnetur.* Quint. 18. *ne* (Quintius) *cum bonis, fama fortunisque omnibus Naevii cupiditati crudelitatique* dedatur. Fin. II. 20. *Virginius — virginem filiam sua manu occidit potius, quam ea App. Claudii libidini —* dederetur. 2. *Dedere se rei* est vehementer studere. Off. I. 21. *qui excellenti ingenio doctrinae se* dediderunt. Orat. I. 3. *quis musicis, quis huic studio literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur, penitus se* dedidit, *quin omnem illarum artium paene infinitam vim et materiam scientia et cogitatione comprehenderit.* Ibid. 21. *quum se ad audiendum, legendum scribendumque* dediderit. 3. *Dedere se alicui,* est eius commodis s. honori inservire. Leg. II. 2. *Patria cui nos totos* dedere, *et in qua omnia nostra ponere et quasi*

consecrare debemus. Planc. 30. *in qua oratione me ei* dedebam. Pet. Cons. 9. *homines, quum obeunt plures competitores, et vident unum esse aliquem, qui haec officia maxime animadvertat, ei se* dedunt, *ceteros deserunt.*

DEDOCEO, opinionem alicui evello, efficio ut a sententia vel agendi ratione discedat. Or. II. 40. *quum docendus iudex est aut* dedocendus. Tusc. II. 25. *quum a Zenone didicisset fortis esse, a dolore* dedoctus *est.* Fin. I. Numquam putavisset (Epicurus aliquid esset minimum) *si a Polyaeno familiari suo geometriam* discere *maluisset, quam illam etiam ipsum* dedocere. Fin. I. 16. *in quibusdam neque pecuniae modus est — nec reliquarum cupiditatum, ut coërcendi magis, quam* dedocendi *esse videantur.*

DEDUCERE. 1. Proprie aliquem de loco ad alium locum ducere. Att. V. 18. *Cicerones nostri sunt apud Deiotarum, sed si opus erit* deducentur *Rhodum.* Verr. I. 24. deducere *ad hospitem.* Att. IX. 19. deducere *exercitum in hiberna.* Verr. IV. 4. deducere *testes de provincia.* Phil. XIII. 13. *Saxam Decidium qui praeterire possum, hominem* deductum *ex ultimis gentibus.* 2. Rull. I. 6. deducere *coloniam.* Rull. II. 25. *Hic ego — ne disputo quidem, non esse hanc vobis a maioribus relictam consuetudinem, ut emantur agri a privatis, quo plebs publice* deducatur; *omnibus legibus agris publicis privatos esse* deductos. Suavi comparatione de Varronis libris historicis dicitur Ac. post. I. 3. *Nam nos in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites tui libri quasi domum* deduxerunt. 3. Comitari et persequi honoris causa. Muren. 34. *si interdum ad forum* deducimur. Fam. X. 12. *quum magna multitudo optimorum virorum et civium me domo* deduceret. Sen. 18. *haec enim ipsa sunt honorabilia,* (quae senectuti tribuuntur,) *quae videntur levia, atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi,* deduci, *reduci.* 4. *Deduci* dicuntur adolescentes ad viros primarios, quibus quasi in disciplinam traduntur, certe ita commendantur, ut eorum consuetudine frui possint. Lael. 1. *Ego a patre ita eram* deductus *ad Scaevolam sumpta virili toga, ut quoad possem et liceret a senis latere numquam discederem. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breviter et commode dicta memoriae mandabam, fierique studebam eius prudentia doctior.* 5. *De fundo*

deduci dicobatur is, cui de possessione cum alio controversia erat, quo ritu is, qui suum esse fundum contendebat, ab eo qui quasi iure suo in eo consederat, una cum testibus adductis de fundo deducebatur. Caecin. 7. *quum* (Aebutius) *hoc novae litis genus tam malitiose intenderet, placuit Caecinae, de amicorum sententia, quo die in rem praesentem veniretur, et de fundo Caecina moribus* deduceretur. Hoc igitur ritu nihil aliud efficiebatur, quam ut constaret possessionem esse inter duo homines controversam, de qua deinde esset coram praetore litigandum. Et haec *deductio* dicebatur *vi civili* facta. Contra si quis aliquem fundo armatis hominibus deiiceret, id *vi solida* fieri dicebatur. 6. *Deduci* dicuntur feminae, quae coitus causa ad aliquem in cubiculum perducuntur. Verr. III. 31. *Hic est Docimus, qui ad istum* (Verrem) deduxerat *Tertiam Isidori mimi filiam vi abductam ab Rhodio tibicine.* Hinc intelligitur iocus Ciceronis a Suetonio narratus; in Iulio Caesare c. 50. *Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem Serviliam, cui et proximo suo consulatu sexagies sestertio margaritam mercatus est, et bello civili, super alias donationes, amplissima praedia ex auctionibus hastae numo* (h. e. minimo pretio) *addixit: quum quidem, plerisque vilitatem mirantibus, facetissime Cicero,* „quo melius, *inquit*, emptum sciatis, Tertia deducta est;" *existimabatur enim Servilia etiam filiam suam Tertiam Caesari conciliare.* Erat igitur iocus ex ambiguo; quia verba ista significare etiam poterant, Caesarem Serviliae de pretio emptionis tertiam partem remisisse. Eiusdem dicti mentionem facit Macrobius Saturnal. II. 2. his verbis: *Mater M. Bruti Servilia, quum pretiosum aere parvo fundum abstulisset a Caesare, subiiciente hastae bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis:* „Et quidem quo melius emptum sciatis, comparavit Servilia hunc fundum Tertia deducta." *Filia autem Serviliae erat Iunia Tertia, eademque C. Cassii uxor, lasciviente dictatore tam in matrem quam in puellam.* 7. Metaphorice dicitur *deducere*, de animi sententia, vel affectu, vel moribus omninoque statu universo. Sull. 2. *honoris contentio vos ad causam, non inimicitiae* deduxerunt. Att. IX. 11. *spe* deducebar *ad eam cogitationem.* Orat. II. 45. *neque fieri potest, ut doleat is qui audit — ut ad fletum misericordiamque* deducatur, *nisi omnes ii motus quos orator adhibere volet*

iudici in ipso oratore impressi esse — videbuntur. Off. I. 32. *plerique parentum praeceptis imbuti ad eorum consuetudinem moremque* deducimur. Verr. II. 12. *ab humanitate integritate et religione aliquem* deducere. Pet. cons. 31. *de pravitate animi aliquem* deducere. Orat. II. 83. *Nihil tam facile quam multitudo a tristitia et saepe ab acerbitate commode ac breviter et acute et hilare dicto* deducitur. Verr. II. 4. *fecerunt etiam* (*Siculi*) *ut me — prope de vitae meae statu dolore ac lacrimis suis* deducerent, *ut ego istum accusarem, a quo mea longissime ratio voluntasque abhorrebat.* Orat. I. 30. *voluntates dicendo impellere quo velis, unde autem velis* deducere. 8. Similiter ad res quascunque earumque finem vel exitum, aut commutationem transfertur. Rosc. Com. 12. *huc omnis causa* deducitur, *i. e.* haec est summa causae. Fam. XVI. 11. *Res in eum locum* deducta *est, ut nisi quis deus vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus* Catil. II. 2. *rem huc* deduxi *ut palam pugnare possetis.* Ac. pr. II. 38. *negatis haec — effici potuisse sine divina aliqua solertia; cuius quidem vos maiestatem* deducitis *usque ad apium formicarumque perfectionem.* Fat. 9. Epicurus dicitur *atomos de via deducere,* quia statuerat, atomos a motu perpendiculari casu quodam declinasse. 9. *Deducere* est etiam de summa subtrahere. Leg. II. 21. *partitionis caput scriptum caute, ut centum nummi* deducerentur. 10. Ac. post. I. 12. *Huic rationi quod erat consentaneum faciebat, ut contra omnium sententias dies iam plerosque* deduceret, *ut quum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur* facilius ab utraque parte assensio sustineretur. H. l. vulgo opinantur *dies plerosque deducere* esse idem quod *multos dies consumere;* ego vero Gesnero assentior, qui in Thes. L. L. hunc locum ita constituit: *ut, contra omnium sententias dicens, iam plerosque eo deduceret, ut etc.*

DEDUCTIO. 1. Sensu proprio. Phil. II. 25. *in oppida militum crudelis* deductio. Rull. I. 5. *quae erit in istos agros* deductio? — Deducentur, *inquit, coloniae! Quot? quorum hominum?* 2. De aquaeductu. Div. I. 44. *illa admirabilis a maioribus Albanae aquae facta* deductio; unde elegans comparatio cum partitione rhetorica Top. 8. *partium distributio saepe est infinitior tamquam rivorum a fonte* deductio. 3. Ritus in controversiis de possessionibus de quo vid.

DEFATIGATUS. Div. I. 46. *quum virgo staret et Caecilia in sella sederet, — puellam* defatigatam *petiisse a matertera, ut sibi concederet paullisper ut in eius sella requiesceret.* Fam. X. 39. defatigatus *rep. conservanda.* Her. II. 9. *animi* defatigati *ab adversariis multitudine verborum.*

DEFECTIO. 1. Abnahme. Sen. 9. defectio *virium adolescentiae vitiis efficitur saepius, quam senectutis.* 2. Niedergeschlagenheit. Att. XIII. 18. *metuens credo* defectionem *animi mei.* 3. Abfall. Q. Fr. I. 1. defectio *sociorum.* Tusc. IV. 9. *intemperantia est a tota mente et a recta ratione* defectio. 4. Div. II. 6. *Solis* defectiones *itemque lunae* (*Sonnen- und Mondfinsternisse*).

DEFECTUS. N. D. II. 19. *neque solum eius* (lunae) *species ac forma mutatur tum crescendo, tum* defectibus (*abnehmendes Mondlicht*) *in initia recurrendo.*

DEFECTUS: a, um. Sext. 64. vulgo legebatur: *ille ad eos, a quibus audiebatur, quotidie aliquid* defecti *afferebat. Recte Manut. emendavit aliquid* de me ficti afferebat. Similiter falso legebatur Att. XIII. 23. *libri ad Varronem non morabuntur, sunt enim* defecti, *ut vidisti*, ubi nunc cum ed. Ienson. rectius legitur *effecti.*

DEFENDERE. 1. Propulsare, avertere. Sen. 15. *uva vestita pampinis nimios solis* defendit *ardores.* Off. III. 18. *qui non* defendit *iniuriam neque propulsat a suis.* 2. Armis tueri. Fam. X. 15. ego fratrem mittam, qui Italiam a vastatione defendat. 3. Armis propulsare. Mil. 4. *Si tempus est ullum iure hominis necandi — certe est illud non modo iustum, verum etiam necessarium quum vi vis illata* defenditur. 4. Adversarios in foro oratione repellere. Rosc. Am. 1. *omnes iniuriam novo scelere conflatam putant oportere* defendi. Mur. 2. defendere *pericula civium.* 5. Oratione causas in foro tueri. Sull. 5. *Hortensius Sullam de ambitu* defendit. 6. Sententiam argumentis tueri. Orat. II. 38. *Carneades nullam umquam in illis suis disputationibus rem* defendit, *quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non everterit.* Fam. IV. 14. *quod sentias aut re efficere aut denique libera oratione* defendere. Orat. I. 38. *Antonii — vis ingenii videtur, etiamsi hac scientia iuris nudata sit, posse se facile ceteris armis prudentiae tueri atque* defendere. 7. Tenere, conservare. Quint. 13. *ne locum*

reos scribat, quod est *recipere nomen.* Rosc. Am. 3. *non nihil tamen in* deferendo *nomine secuti.* Sed non solum hominis *nomen defertur*, verum etiam *criminis nomen;* propterea, quod non solum nomen rei edendum apud praetorem est, quem accusare aliquis constituit, sed etiam crimen, cuius eum accusaturus est. Verr. II. 28. *inimici Sopatri ad Verrem quum is Sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen* deferunt, sc. capitalis. 7. *Deferunt* etiam calumniatores. Agr. III. 1. *quae apud vos de me* deferunt; unde *delatores* dicuntur. 8. Dicitur et pro *ultro offerre, conferre.* Verr. V. 70. *dormientibus beneficia deferre.* Fam. VI. 22. *voluptatem suam ad aliquem* deferre. cf. Phil. II. 20. Rabir. Post. 17. *totum te ad me cum tuis copiis* detulisti. 9. Dare, committere. Att. VI. 1. *praefecturam* deferre *alicui.* Fam. XIII. 55. deferre *alicui legationem.* Att. XIII. 12. *tibi praeconium* deferam. 10. Eleganter est pro *commendare* aut rei publicae, aut magistratui provinciali aliquem, ut ad honores eum provehat. Att. V. 7. *ait Pompeius, trinos se praefectos* delaturum. Ibid. 11. *praefectos, quos voles*, deferto etc. Hoc genus deferendi commodum habet, commendati enim praefecti fiunt, in altero quum ad aerarium deferuntur in beneficiis, honos tantum est. Vid. *beneficium*, et Gronov. Sestert. III. 17. p. 253. Locis ibi laudatis adde hunc Balb. 28. *Caesar Balbum in praetura, in consulatu praefectum fabrum* detulit. 11. Eadem ellipsis τοῦ *ad aerarium* est in hac forma: *rationes* deferre *pro* referre. Fam. V. 20. *quamquam iustis de causis rationes* deferre *properarim*, nam apud aerarium deponebantur rationes provinciales. Sic Phil. V. 5. deferre *nomina iudicum ad aerarium*, h. e. deponere. 12. Sic SCta *deferri* dicuntur, pro *referri.* Nam quod Fam. XII. 29. est: *falsa Senatus consulta tum* deferebantur pro eo ep. 1. est: *Senatus consulta falsa* referuntur, int. ad aerarium. Ibi enim SCta servabantur. 13. Dom. 5. *malum* delatum, opponitur *nativo. Ern.*

DEFERVESCO. Cael. 18. *quum cupiditates* defervissent. Fam. IX. 2. *dum* defervescit *haec gratulatio.* Tusc. IV. 36. *Rogandi orandique sunt, ut si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum* defervescat *ira* — Defervescere *autem certe significat ardorem animi invita ratione excitatum.* Orat. 30. *quantis illa clamoribus diximus de supplicio parricidarum? quae*

nequaquam satis deferbuisse *post aliquanto sentire coepimus*, h. e. in eo loco nos nimis indulsisse ingenio et studio iuvenili eloquentiae ingeniique demonstrandi, adeoque redundantiam ei loco inesse iuvenilem et lasciviam. *Ern.*

DEFESSUS. 1. De corpore. Rull. II. 32. *ut aratores cultu agrorum* defessi *urbis domiciliis uterentur.* Arch. 6. *Suppeditat nobis* (Archias poeta) *ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio* defessae *conquiescant.* 2. De animo. Orat. II. 57. defessus *labore atque itinere disputationis.* Fam. II. 3. *satietate* defessus. Ibid. X. 28. *senatum iam languentem atque* defessum *ad pristinam virtutem consuetudinemque revocari.*

DEFICERE, deserere, deesse. Fam. IV. 6. *Ea me solatia* deficiunt, *quae ceteris — simili in fortuna non defuerunt.* Verr. I. 11. *vererer ne oratio deesset, ne vox viresque* deficerent. Fin. II. 14. *accedam ad omnia tua, nisi memoria forte* defecerit. Brut. 24. *Galba quum otiosus stilum comprehenderat, motusque omnis animi tamquam ventus hominem* defecerat, *flaccescebat oratio.* Verr. V. 28. *si me in ea querimonia, quam sum habiturus — non modo vires, verum etiam vita* deficiat. Ibid. II. 22. *me dies vox — latera* deficiant, *si hoc nunc vociferari velim.* Rosc. Am. 32. *tempus te citius quam oratio* deficeret Catil. II. 5. *Patrimonia sua profuderunt; fortunas suas abligurrierunt, res eos iam pridem, fides* deficere *nuper coepit.* 2. Deficere, neutraliter, i. q. desinere, exstingui. N. D. III. 14. *animantes quum calor* defecerit *tum interire.* P. Red ad Quir. 1. *ut quod odium in omnes bonos conceptum iam diu continebant, id in me uno potius, quam in universa civitate* deficeret. 3. De eclipsi Solis et Lunae. Tusc. I. 30. *quod iis saepe usu venit, qui acriter oculis* deficientem *solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent.* Div. I. 53. *si luna paullo ante solis ortum* defecisset *in signo leonis.* 4. Ab aliquo deficere, est eius partes relinquere, ab eo desciscere. Planc. 35. *consules a senatu, a re publ., a bonis omnibus* defecerant. Sull. 12. *boni te diligunt — nec si a me forte* desciveris *iccirco te a se et a re publ. et a tua dignitate* deficere *patientur.* Lael. 11. *difficile est amicitiam manere si a virtute* defeceris. 4. Defici. Cluent. 63. *mulier abundat audacia, consi-*

lio et ratione deficitur. Har. Resp. 19. *ne patres principesque auxilio diminuti* deficiantur.

DEFIGO. 1. Sensu proprio. Catil. I. 6. *sicam — necesse putas consulis in corpore* defigere. Rab. Perd. 4. *in campo Martio — crucem ad civium supplicium* defigi *et constitui iubes.* 2. Leg. II. 8. extr. *quaeque augur iniusta, nefasta, vitiosa, dira* defixerit, *irrita infectaque sunto.* *Defigi* incantationibus et veneficiis dicuntur homines, cum iis vis coëundi cum femina aufertur, ut dudum docuere viri docti. Vid. Graev. ad C. Rabir. 10. Hinc augures quoque dicuntur aliquid *defigere*, quia *defigendo* potestatem, agendi auferunt. Pertinet huc locus Senec. Benef. VI. 35. *caput dira imprecatione* defigis. Malebat tamen isto Ciceronis loco Lipsius Ep. Qu. IV. 11. *dixerit*, Davisius, *edixerit;* praeter rem, ut mihi quidem videtur; *defixerit* defendit Salmas. ad Solin. p. 766. ubi plura de hoc verbo, add. Heins. ad Ovid. Her. 6, 91. Amor. III. 7. 29. 3. Pro *refigere.* Fam. VII. 29. *quo facilius — — te ad ver videre, et nostra* defigere *deportareque tuto possimus.* Sed quidam viri docti hoc ipsum *refigere* pro *defigere* reponi volunt. 4. Flacc. 1. *spem reliquorum in vestra potestate — —* defixam *putetis.* Dom. 39. *doloris mei* defixum *iudicium ad memoriam.*" *Ern.* Orat. III. 8. *omissis ceteris argumentis in eo mentem orationemque* defigit. Acad. pr. II. 15. *parum* defigunt *animos et intendunt in ea quae perspicua sunt.* Prov. cons. 8. *audacia quam ille praesens in vestris oculis mentibusque* defixit. Verr. Act. I. 3. *intelligit me ita — in iudicium venire, ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta ac flagitia* defixurus *sim.* Phil. XI. 5. *in possessiones atque fortunas impudentissimos oculos spe et mente* defigere. Orat. III. 5. *in cogitatione* defixus. Somn. 9. *quousque humi* defixa *mens tua erit?* Ibid. II. 41. *his locis in mente et cogitatione* defixis, *et in omni re ad dicendum posita excitatis, nihil erit, quod oratorem effugere possit.* Phil. IV. 5. *alia omnia incerta sunt, caduca, mobilia; virtus est una altissimis* defixa *radicibus.*

DEFINIRE. 1. Finire, terminare; de regionibus. Balb. 28. *Caesar abest longissime atque in iis nunc est locis* (Britannia) *quae regione orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Romani* definiunt.

quae quid sit id, de quo agitur, ostendit quam brevissime. Her. IV. 25. Definitio *est quae rei alicuius proprias amplectitur potestates breviter et absolute;* ubi id exemplis nonnullis illustratur. Fin. II. 2. *patefactio quasi rerum opertarum, quum, quid quidque sit, aperitur,* definitio *est.* Orat. II. 19. *verborum* definitiones, *in quibus neque abesse quidquam decet, neque redundare.* Alio loco Orat. II. 25. docetur quid intersit inter oratoriam descriptionem, et logicam definitionem. *Alia est enim quum inter doctos homines de iis ipsis rebus quae versantur in artibus* (*uber wissenschaftliche Gegenstände*) *verborum* definitio, *ut quum quaeritur, quid sit ars, quid sit lex, quid sit civitas. In quibus hoc praecipit ratio atque doctrina, ut vis eius rei, quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quidquam neque supersit.* Top. 5. Definitio est oratio, quae id, quod definitur explicat quid sit. Definitionum autem duo sunt genera prima; una earum rerum quae sunt; alterum earum quae intelliguntur. Esse *ea dico quae cerni tangive possunt, ut fundum, aedes, parietem, stillicidium, mancipium, pecudem, supellectilem, penus, cetera; quo ex genere quaedam interdum nobis definienda sunt.* Non esse *rursus ea dico, quae tangi demonstrarive non possunt, cerni tamen animo atque intelligi possunt, ut si usucapionem, si tutelam, si gentem, si agnationem definias; quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quaedam conformatio insignita, et impressa intelligentia, quam notionem voco. Ea saepe in argumentando* definitione *explicanda sunt. Atque etiam* definitiones *aliae sunt partitionum, aliae divisionum* etc. Off. III. 15. *Aquilliana* definitio *doli mali: quum esset aliud simulatum aliud actum.* 2. *Bestimmte Angabe, Bestimmung.* Div. II. 54. *Callide, qui illa* (versus Sibyllinos) *composuit, perfecit, ut quodcunque accidisset, praedictum videretur, hominum et temporum* definitione *sublata.*

DEFINITIVUS. Inv. II. 17. *quum est nominis controversia, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio* definitiva *dicitur.*

DEFINITUS. 1. Bestimmt. Somn. 2. *certus in caelo ac* definitus *locus.* Orat. II. 2. *bene dicere non habet* definitam *aliquam regionem.* 2. Top. 21. definitum *genus quaestionum, quod certis personis, locis, tem-*

poribus, actionibus, negotiis cernitur. Opponitur *definitum.*

DEFLAGRATIO. 1. Sensu proprio. Fin. III. 19. *Vox inhumana et scelerata eorum, qui negant se recusare, quo minus ipsis mortuis terrarum* deflagratio *consequatur, quod vulgari quodam versu Graeco pronuntiari solet;* scilicet: Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. 2. Sensu partim proprio, partim metaphorico. Planc. 40. *Ego ex illo incendio legum, iuris, senatus, bonorum omnium cedens, quum mea domus ardore suo* deflagrationem *urbi atque Italiae toti minaretur — Siciliam petivi.*

DEFLAGRO. 1. De aedibus. Par. 4. de Clodio: *aedes Nympharum manu tua* deflagravit. N. D. II. 27. *Timaeus quum in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianae Ephesiae templum* deflagravisse, *adiunxit, minime id esse mirandum, quod Diana quum in partu Olympiadis adesse voluisset, afuisse domo.* Tusc. III. 19. *fana flamma* deflagrata. 2. De homine. Off. III. 25. *Phaethon — ictu fulminis* deflagravit. 3. De mundo universo. Acad. pr. II. 37. *erit ei persuasum* (scil. ex opinione Stoicorum) *fore aliquando ut omnis hic mundus ardore* deflagret. 4. Metaphorice. Catil. IV. 6. *in cinere* deflagrati *imperii.*

DEFLECTO. 1. Sensu proprio. Div. I. 19. *quosdam exaruisse amnes aut in alium cursum contortos et* deflexos *videmus.* 2. Metaphorice. a) intransitive. Harusp. 19. deflectere *a patris virtute.* Rosc. Com. 16. *a veritate.* Verr. V. 68. *de recta regione.* Lael. 12. deflexit *aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo maiorum.* Off. II. 3. *lapsa consuetudo* deflexit *de via.* Fam. VIII. 11. *Curio de suarum actionum cursu tua causa* deflexit. Lael. 26. *ab amicitiis perfectorum hominum — ad leves amicitias* deflexit *oratio;* b) transitive. Mur. 22. *quum te de curriculo petitionis* deflexisses. Orat. 40. *ut declinet a proposito* deflectatque *sententiam.* Caecin. 18. *rem ad verba* deflectere, est verum sensum scriptoris verba aucupando pervertere.

DEFLEO. Brut. 96. *impendentes casus* deflevimus. Fam. X. 31. *initium civilis belli saepe* deflevi. Orat. III. 3. *quis non iure beatam L. Crassi mortem illam, quae est a multis saepe* defleta, *dixerit.*

DEFLORESCO, sensu metaphorico. Her. IV. 27. *Formae dignitas aut morbo* deflorescit, *aut vetustate*

exstinguitur. Cael. 19. *Amores et hae deliciae quae vocantur, quae firmiore animo praeditis diutius molestae non solent esse; mature enim et celeriter* deflorescunt. Brut. 92. *alter* (Hortensius) *ornatus, acer, non talis, qualem tu eum, Brute, iam* deflorescentem *cognovisti.*

DEFLUERE. 1. *Sensim delabi.* Tusc. V. 21. *iam ipsae* defluebant *coronae.* 2. Accedere, transire. Tusc. I. 25. *mansuefacti et exculti a necessariis artificiis ad elegantiora* defluximus. Orat. 27. *hoc* (*floren̄s orationis pictum et expolitum genus*) *totum e sophistarum fontibus* defluxit *in forum.* 3. A partibus alicuius discedere. Sext. 32. *ex novem tribunis quos tunc habueram unus me absente* defluxit. 4. Defluere *in terram* dicitur pro *inutiliter perire.* Lael. 16. *Ditior — videtur esse vera amicitia nec observare restricte ne plus reddat, quam acceperit. Neque enim verendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram* defluat. 5. Abire, desinere. Fam. IX. 20. *ubi salutatio* defluxit, i. e. abierunt salutatores.

DEFORMARE. 1. Describere. Caecin. 5. *ille quem supra* deformavi. Harusp. 26. *si unum hominem — poeta — fictis conquisitisque vitiis* deformatum *vellet inducere.* 2. Certa forma insignire; Her. III. 22. de imaginibus in memoria artificiosa: *aut si qua re* deformabimus, *ut si cruentam, aut coeno oblitam aut rubrica delibutam inducemus.* 3. Foedare, deturpare. Cael. 2. *quae accusatores* deformandi *huius causa* (*um ihn in ein häſsliches Licht zu stellen*) *dixerunt.* Her. IV. 14. *qui sunt qui Italiam* deformarunt, *scil.* vastando.

DEFORMATUS. 1. De rebus corporeis. Verr. IV. 55. *parietes quorum ornatus tot saecula manserat — nudos ac* deformatos *reliquit.* Att. II. 21. deformatus *corpore, fractus animo.* Her. II. 3. *mortuus* deformatus, *tumore praeditus.* 2. De aliis rebus. Orat. III. 2. *civitas in omni genere* deformata. Harusp. 12. *ludos esse pollutos — significatis — Quid magis* deformatum, *inquinatum — dici potest — ?* Sull. 26. (*ornamenta dignitatis et virtutis*) *quae ita a fortuna* deformata *sunt, ut tamen a natura inchoata compareant.*

DEFORMIS. 1. Oppositum *formosi.* Cael. 3. *Caelium nunquam poenitebit non* deformem *esse natum.* 2. Foedus. Off. I. 35. *quae partes corporis ad naturae*

nullas ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitae dimicationes, nec pro Rep. nec pro me defugiendas *putavit.* 2. Sull. 11. defugere *auctoritatem consulatus,* est dissimulare vel negare ea quorum auctor fuerit in consulatu. 3. Effugere. Tusc. V. 41. *iniurias fortunae quas ferre nequeas,* defugiendo *relinquas,* i. e. morte oppetenda.

DEFUNGI. 1. *womit abkommen.* Verr. III. 42. *quis non maximo se affectum beneficio putaret, quum tribus decumis pro una* defungeretur. Fam. VIII. 11. *et hoc mendacio si qua pericula tibi impenderent, ut* defungeremur, *optavi.* Fam. X. 24. *neque ego pro maximis tuis beneficiis tam vili munere* defungor *orationis.* 2. *Etwas überstehn.* Rosc. Am. 8. *quum qui antea metuebant, redirent, et iam* defunctos *sese periculis arbitrarentur.* 3. i. q. perfungi. Verr. V. 68. defungi *honoribus.*

DEFUSUS. Fin. II. 8. *vinum defusum e pleno;* e Lucilio. *Vinum defusum* est, quod e dolio in amphoras coniectum est: a quo differt, *diffusum,* quum vinum e maiori vase in plura minora transfunditur. Vid. Lambin. ad Horat. ep. I. 4. 5. Tale vinum bibebant honestiores et delicatiores, de dolio vinum tenues, unde a Cicerone obiicitur Antonio. Vid. *dolium. Ern.*

DEGENERARE, desciscere vel deficere a maiorum moribus, vel antecessorum disciplina. Flacc. 11. *quum ab hac perenni contestataque virtute maiorum non* — degenerarit *Flaccus.* Brut. 34. in M Bruto accusatore M. Bruti ICti filio dicitur *naturale quoddam stirpis bonum* degeneravisse *vitio depravatae voluntatis.* Prov. Cons. 8. *Ti. Gracchus, patrem dico, cuius utinam filii ne* degenerassent *a gravitate paterna.* Verr. III. 68. *quum te ac tuam vitam nosses, in Siciliam tuum grandem praetextatum filium ducebas, ut etiamsi natura puerum a paternis vitiis atque a generis similitudine abduceret, consuetudo tamen eum et disciplina* degenerare *non sineret.* Div. I. 3. *a Stoicis* degeneravit *Panaetius.* Tusc. II. 25. Cleanthes Heracleotem Dionysium *a Zenone* degenerare *dolebat.* Fin. V. 5. *horum posteri* (i. e. Aristotelis et Theophrasti successores) *ita* degenerant, *ut ipsi ex se nati esse videantur* (non illos doctores vel auctores disciplinae habuisse).

DEGERE. Rosc. Am. 50. vitam in egestate. Fin. IV. 12. vitam cum virtute. Sull. 27. *foedissimam vitam*

ac miserrimam. Rosc. Am. 52. *inter feras satius est aetatem* degere, *quam in hac tanta immanitate versari.* Sen. 1. degere *omne tempus aetatis sine molestia.* N. D. I. 19. *quaerere soletis quae vita deorum sit, quaeque ab iis* degatur *aetas.* Off. I. 4. *homo — totius vitae cursum videt, ad eamque* degendam *praeparat res necessarias.* Lael. 23. *serpit — per omnium vitas amicitia, nec ullam aetatis* degendae *rationem patitur esse expertem sui.*

DEGUSTARE, metaphorice, leve aliquod specimen rei capere. Tusc. V. 21. *visne igitur — quoniam haec te vita delectat, ipse eandem* degustare *et fortunam experiri meam?* Cluent. 26. *aliquid ex eius sermone speculae* degustarat; *i. e.* aliquantulum spei conceperat. Parad. 1. degustabis *genus hoc exercitationum earum quibus uti consuevi.* Att. XIII. 38. *vellem aliquid* degustasses *de fabulis.* Att. I. 16. *Clodium praesentem fregi in senatu, quum oratione perpetua — tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca* degustes. Att. VIII. 8. *Tu velim Fabium odorere et illum convivam tuum* degustes, *i. e.* expiscere.

DEHORTARI Pison. 39. *res ipsa et reip. tempus aut me ipsum — aut alium quempiam aut invitabit aut* dehortabitur. Her. III. 3. *si ab his* dehortabimur.

DEIECTIO, deturbatio. Caecin. 20. *qui illam vim* deiectionemque *fecerit.*

DEIECTUS. 1. Sensu proprio. Caecin. 11. *qui armis perterritus, fugatus, pulsus est non videtur esse* deiectus? Ibid. 17. deiectus *vero qui potest esse quisquam nisi in inferiorem locum de superiore motus? potest pulsus, fugatus, eiectus denique; illud vero nullo modo potest,* deiectus *esse quisquam, non modo qui tactus non sit, sed ne aequo quidem aut plano loco.* 2. Metaphorice. Att. XVI. 14. *mihi videtur στρατύλλαξ ille* deiectus *de gradu.* 3. Verr. III. 51. *aratores* deiecti, *dicuntur, qui propter damna agros latos ac fertiles deserere totasque arationes derelinquere coacti erant.* Alibi c. 52. iidem dicuntur *eiecti*, ubi tamen edd. pr. habent *deiecti.* 4. *Deiecta* dicuntur quae celeriter, et negligenter scripta sunt, et sine ordine accurato. Rosc. Com. 2. *quid est quod negligenter scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? — — haec sunt* deiecta (*nachlässig hingeworfen*), *illae in ordinem confectae.*

DEIICERE. 1. Proprie de loco superiore deturbare. Rosc. Am. 35. *Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis LX, de ponte in Tiberim deiecerit*, amara cavillatione, et ioco ex ambiguo. Capito nimirum hic caedis arguitur, quod hominem de ponte Tiberino deiecerit, simul alluditur ad morem senes LX annis maiores de ponte in comitiis deiiciendi ne suffragia ferrent. Vid. *Pons*. Verr. IV. 40. *praecipitem in forum* deiicere. 2. Revellere. Quint. 6. *libellos* (quibus Naevius Quintii bonorum proscriptionem denuntiaverat) *Alphenus* deiicit. 3. e fundo aliquem aut aedibus expellere. Caecin. 8. *praetor interdixit — ut unde* deiecisset, *restitueret*. Ibid. 13. *isne apud vos obtinebit causam suam, qui se ita defenderit: „eieci ego te armatis hominibus, non* deieci," *ut tantum facinus — in una litera latuisse videatur?* Ibid. 17. *demoveri et depelli de loco necesse est eum, qui* deiiciatur. 4. Armis expellere ex urbe vel castello. Phil VIII. 2. *non est hostis is cuius praesidium Claterna* deiecit *Hirtius*. Inde metaphorice, aliquem munere depellere. Dom. 10. *quum Senatum a gubernaculis* deiecisses. Muren. 37. deiici *de urbis praesidio et de custodia civitatis deturbari*. 5. Demoliri. Verr. III. 16. *si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus usurum se putat ex defensione eius deiecero*, translatione ducta a militari urbium oppugnatione. 6. Deiicere aliquem metaphorice dicitur is, qui eum spe commodi, aut honoris deturbat. Verr. Act. I. 8. *si me aedilitate* deiecissent. Ibid. 9. *fecit populus Romanus, ut cuius divitiae me de fide de lucere non potuissent, ne eiusdem pecuniae de honore* deiicerent. Mur. 36. *Q. Tubero praetura* deiectus *est*. Fam. VIII. 4. *M. Caelium promulgatio de dictatore subito* deiecit, (*aedilitate quam petebat*). 6. Demovere, avertere. Phil. IX. 4. *eum, qui semper vestrum consensum gravissimum iudicavisset, de sententia* deiecistis. Verr. V. 62. *hac se commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore* deiecturum *arbitrabatur*. Phil. I. 1. *nec a re publ.* deiiciebam *oculos*. 7. Demere, tollere, detrahere. Tusc. I. 8. *vide quantum mali de humana conditione* deieceris. Ibid. II 5. *quantum de doloris terrore* deieceris. Ibid. IV. 37. *vitia ratione a se esse* deiecta.

DEINCEPS. 1. *Zunächst darauf*. Orat. I. 7. *Cotta qui tum tribunatum plebis petebat et Sulpicius*,

postulationem et nominis delationem *uxor discessit.* Vid. *Postulatio.*

DELECTAMENTUM. Pis. 25. *inania sunt ista,* delectamenta *paene puerorum.*

DELECTARE. Off. I. 28. *pulchritudo corporis movet oculos et delectat.* Att. II. 6. *libris me* delecto. Att. II. 4. *interea cum Musis nos* delectabimus. Pis 20. *his ego rebus pascor his* delector, *his perfruor.* Arch. 12. *nunc quidem certe cogitatione quadam speque* delector. Q. Fr. III. 2. *cognosce nunc hominis audaciam et aliquid in rep. perdita* delectare; h. e. quamvis sit status rei publ. perditus ex una tamen re aliquid voluptatis cape. Orat. 57. *neque numerosa esse ut poema, neque extra numerum, ut sermo vulgi, esse debet oratio; alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur; ut ab altero* (scil. dissoluto) *non* delectere, *alterum* (sc. nimis vinctum) *oderis.*

DELECTATIO. Tusc. IV. 9. Delectatio *est voluptas suavitate sensus animum deliniens.* Off. I. 30. *Hominis mens videndi et audiendi* delectatione *ducitur.* Orat. 1. *mira quaedam in cognoscendo suavitas et* delectatio. Orat. III. 38. tertius ille modus, transferendi verbi, *late patet, quem necessitas genuit, inopia coacta et angustiis, post autem* delectatio *iucunditasque celebravit.* Fam. VI. 12. *Doctrina et literae, quae secundis rebus* delectationem *modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem.* Sen. 13. *neque — conviviorum* delectationem *voluptatibus corporis magis, quam coetu amicorum et sermonibus metiebar.* Manil. 14. *Pompeium non avaritia ab instituto cursu ad praedam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non amoenitas ad* delectationem.

DELECTUS, a, um. Sext. 49. *Nunc iam nihil est, quod populus a* delectis *principibusque dissentiat.* Hic *delecti* sunt optimates s. principes civitatis.

DELECTUS. 1. Auswahl, Unterschied in der Behandlung. Off I. 15. *acceptorum beneficiorum sunt* delectus *habendi.* Verr. II. 50. *iste qui omnia iura pretio exaequasset, omnium rerum* delectum *atque discrimen pecunia sustulisset.* Fin. IV. 25. *officia tollebantur* delectu *omni et discrimine remoto, (quae enim esse poterant rebus omnibus sic exaequatis, ut inter eas nihil interesset?*

Fin. V. 30. *mihi lautius videtur, quod eligitur et ad quod* delectus *adhibetur.* Fin. I. 10. *harum rerum hic tenetur a sapiente* delectus, *ut reiiciendis voluptatibus maiores alias consequatur.* 2. Inprimis de verbis in oratione. Orat. III. 37 *in verborum propriorum genere* delectus *est quidam habendus.* Brut. 72. Caesar in libro de ratione latine loquendi ad Ciceronem scripto dixit *verborum* delectum *originem esse eloquentiae.* 3. Delectus *est censorum.* Cluent. 46. *quod idem facere censores in* delectu *dignitatis et in iudicio civium.* 4. Item imperatorum. Balb. 21. *qui imperatoribus nostris in bello* delectum *virtutis eripi vellet.* 5. De iudicibus qui seliguntur. Phil. V. 5 delectus *et notatio iudicum etiam in nostris civibus haberi solet.* 6. *Werbung* (de militibus ad militiam conquisitis). Prov. Cons. 2. *exercitus — superbissimo* delectu *et durissima conquisitione* delectus. Att. VII. 20. *nullus usquam* delectus — *nec nomina dant.* Phil. V. 12. delectum *haberi, sublatis vacationibus.* 7. Delectus *provincialis.* Fam. XV. 1. est *delectus militum* e civibus in provincia; cui opponuntur *auxilia sociorum.*

DELEGARE, in re pecuniaria dicitur, qui non ipse de arca solvit, sed creditorem remittit ad alium per *attributionem*, vid. *attributio;* a quo pecuniam accipiat, quod et *solvere ab alio* dicitur, unde deinde ceterae rationes dicendi ducuntur quum, quod ipsi facere debebamus, id per alterum fieri curamus, et qui id a nobis petunt, ad alium reiicimus; unde et pro *transferre* dicitur. Att. XII. 12. *Balbi regia conditio est* delegandi, ad q. l. v. Gronov. ut et Observ. I. 20. Ibid. XIII. 46. *Quinto* delegabo, *si quid aeri meo alieno superabit.* Dom. 7. *petebatur a me frumenti copia, annonae vilitas — —* delegari *amico locupletiori* etc. Div. VIII. 1. *quod hunc laborem alteri* delegavi. Orat. II. 28. extr *sed haec ipsa, quae nunc ad me* delegare *vis* (oratione, laude tua) *ea semper in te eximia et praestantia fuerunt.* Fontei. 4. *quid si hoc crimen optimis nominibus* delegare *possumus?* perquam eleganter hoc sensu: *quid si crimen ad eos transferamus, qui facile fateantur, se hoc, quod crimini Fonteio datur fecisse, quia officii ratio postularet.* Itaque sic pergit: *et ita, ut non culpam in alios transferamus, sed ut doceamus, eos isti muniti ni praefuisse, qui facile officium suum et praestare et probare possunt.* Difficilis locus est, in quo

hoc etiam verbum occurrit. Fam. VII. 5. ex epistola Caesaris: *M. Orfium, quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel hunc Leptae delega. Si vis tu ad me alium mitte, quem ornem.* Ceterum locus est obscurus, rei ipsius et historiae ignoratione, ut vere iudicat Victorius. *Ern.* In loco Fam. VII. 5. sic interpungendum: *vel hunc Leptae* delega, *si vis. Tu ad me* etc. ubi sensus exsistit satis commodus: *vel hunc quem mihi commendasti, Leptae commenda, si vis; ad me autem alium mitte.*

DELEGATIO. Att. XII. 3. delegatio *a mancipe annua die* est, *eine Anweisung auf den Käufer innerhalb Jahresfrist zu zahlen.*

DELERE. 1. De scriptura. Fam. VII. 18. *non te puto literas meas* delere, *ut reponas tuas.* Ibid. XIV. 3. *epistolam lacrymis prope* delevi. Cluent. 14. *Dinea testamentum faciente, quum tabulas prendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata* delevit. 2. De aedificiis. Rull. II. 32. *aedificia* deleta. Leg. II. 26. *de sepulcris nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea* deleat *neve alienum inferat.* Catil. IV. 10. *Scipio duas urbes huic imperio infestissimas Karthaginem Numantiamque* delevit. 3. De institutis, P. red. in Sen. *qui quum per se rem publ. lacerare non posset, sub alieno scelere* delevit. Sext. 26 *mitto legem, quae omnia iura religionum — omnes leges quae sunt de iure et de tempore legum rogandarum una rogatione* delevit. Lael. 3. *Scipio duabus urbibus eversis inimicissimis huic imperio, non modo praesentia, verum etiam futura bella* delevit. Div. I. 8. *religionem hominum* delere. Caecil. 8. *ut mihi non unus homo improbus opprimendus sit, sed omnino improbitas — exstinguenda atque* delenda *sit.* 4. De animi affectionibus. Att. I. 11. *habet quiddam profecto, quod magis in animo eius insederit, quod neque epistolae tuae neque nostra allegatio tam potest facile* delere, *quam tu praesens — tolles.* Phil. I. 1. *memoriam discordiarum oblivione sempiterna* delere. 5. De hominibus. Tusc. I. 49. *si supremus ille dies — perimit ac* delet *omnino.* Manil. 8. *copias* delere. Mur. 35. *alteri* (Cretes) *uno adventu exercitus nostri* deleti *sunt.*

DELETRIX. Harusp. 23. *tum est illa in templo Castoris scelerata et paene* deletrix *huius imperii sica deprehensa.*

DELIBARE. 1. Ex aliquo desumere, vel seligere. Sen. 21. *audiebam Pythagoram — numquam dubitasse, quin ex universa mente divina* delibatos *animos haberemus*. Brut. 15. *flos* delibatus *populi*. Sext. 56. *ut omnes flosculos carpam atque* delibem. 2. Imminuere. Her. IV. 55. *ille nulla voce* delibans *insitam virtutem, concidit tacitus* Fam. X. 21. *putabam posse me nec de laude ieiuni hominis* delibare *quidquam*.

DELIBERARE. 1. Cogitare quid consilii sit capiendum. Her. III. 1. *ut si senatus* deliberet, *captivos redimat an non*. Att. II. 7. *de geographia etiam atque etiam* deliberabimus. Att. XI. 3. *si tecum olim coram potius, quam per literas de salute nostra fortunisque* deliberavissem. Fin. II. 34. *qui voluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi, in qua inest ratio atque consilium, sed cum cupiditate, id est cum animi levissima parte* deliberat. Off. I. 3. *quum utilitas ad se rapere, honestas contra ad revocare ad se videtur, fit ut distrahatur* deliberando *animus afferatque ancipitem curam cogitandi*. 2. In praeterito, i. q. statuere, s. statutum habere. Verr. I. 1. *ista certe statuerat et* deliberaverat *non adesse*. Att. XV. 5. *mihi* deliberatum *est abesse ex urbe*. Rull. I. 8. *quum mihi* deliberatum *et constitutum sit, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter et libere potest*.

DELIBERATIVUS. Inv. I. 5. deliberativum *genus* (orationum vel causarum) *quod positum in disceptatione et consultatione civili, habet in se sententiae dictionem*. De hoc genere agitur Inv. II. 52. sqq. Her. III. 2 — 5. Orat. II. 82. sq.

DELIBERATIO. 1. Att. VII. 3. *habet res* deliberationem. Ibid. XIV. 13. *suscipe nunc meam* deliberationem, *qua sollicitor, ita multa veniunt in mentem, in utramque partem*. Orat. II. 82. *inciditur omnis* deliberatio, *si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur*. Off. I. 3. *Triplex est — consilii capiundi* deliberatio. *Nam honestumne factu sit, an turpe, dubitant, id quod in* deliberationem *cadit. Tum autem aut anquirunt aut consultant — conducat id nec ne de quo deliberant*. *Quae* deliberatio *omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, quum pugnare videtur cum honesto id, quod videtur esse utile*. 2. Pro genere orationum aut causarum deliberativo. Inv. I. 10. deliberatio *et demonstratio genera sunt causarum*.

Orat. I. 6. *Video — Graecos — seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudiciorum aut* deliberationum *versarentur.*

DELIBERATOR. Sext. 34. *illi interea* deliberatori (Atilio Gaviano, qui sibi noctem ad deliberandum de Cicerone revocando postulaverat) *merces, longa interposita nocte, duplicata est.*

DELIBUTUS. Rosc. Am. 46. *composito et* delibuto (*unguentis*) *capillo per forum volitare* Brut. 60. *Octavius devinctus fasciis et multis medicamentis propter dolorem artuum* delibutus. Her. III. 22. de imaginibus in arte memoriae: *aut si qua re deformabimus, ut si cruentam, aut coeno oblitam aut rubrica* delibutam *inducemus.* Tusc. I. 44. *reliquiae sanie* delibutae.

DELICATE, *wollüstig.* Orat. III. 17. philosophia (Epicuri) *in hortulis quiescet suis, ubi recubans molliter et* delicate *nos avocat a rostris.* Off. I. 30. *Turpe diffluere luxuria et* delicate *ac molliter vivere.*

DELICATUS. 1. De pueris et ancillis pulchris et elegantibus sensu honesto. Mil. 10. delicatus *comitatus ancillarum puerorumque.* Vid. Burm. ad Petron. c. 63. 2. Mollis, effeminatus, de hominibus et rebus, libidini luxuive deditis. Brut. 53. *adolescens* delicatus. N. D. I. 37. *Epicurus, quasi pueri* delicati *nil cessatione melius existimat.* Mur. 9. *Asia* delicata. Ibid. 35. *iuventus* (hominis) delicata. Orat. II. 64. *quum haberet filium* delicatiorem. Fin. V. 5. *ratio* delicatior *molliorque quam virtutis vis gravitasque postulat*, de eorum sententia, qui in summi boni parte non solam virtutem sed etiam voluptatem ponunt. Off. I. 40. delicatum *aliquem sermonem inferre*, i. e. de pulchris hominibus, de amore, de re amatoria, qualis ille Sophoclis erat, quum diceret Pericli, obvio puero formoso: *o puerum pulchrum.* Att. II. 14. delicatum *convivium* quod ἀσελγές vocat. epist. 12. Att. I. 16. *odia libidinosae et* delicatae *iuventutis.* N. D. I. 40. *Epicurus testatur se ne intelligere quidem ullum bonum quod sit seiunctum a* delicatis *et obscenis voluptatibus.* Ibid. *Philo ferre non poterat* (non concedebat) *aspernari Epicureos molles et* delicatas *voluptates.* Orat. III. 25. *quanto molliores sunt et* delicatiores (*schmelzender und wollüstiger*) *in cantu flexiones et falsae voculae, quam certae et severae.*

amores deliciasque *L. Antonium*, ubi ponitur ironice. Fam. VIII. 8. *Scito C. Sempronium mel ac* delicias *tuas calumniam — tulisse.* Verr. IV. 1. *civitas* (Mamertinorum) *quae tibi una in amore atque in* deliciis *fuit.* Att. VI. 1. *publicanos habeo in* deliciis. Att. XVI. 6. *Piliae salutem dices et Atticae* deliciis *et amoribus meis.* 8. Hoc sensu transfertur etiam ad animalia. Div. I. 34. *Simia quam rex Molossorum in* deliciis *habebat.* 9. De puerorum oblectamentis. Orat. III. 21. *Pamphilum sinamus in infulis tantam rem tanquam pueriles* delicias *aliquas depingere.* 10. In oratione deliciae dicuntur elegantiae et concinnitates nimis quaesitae. Orat. 12. *Herodotus et Thucydides — longissime a talibus* deliciis *vel potius ineptiis abfuerunt*, (*haben sich von solchen Kostbarkeiten, oder vielmehr Spielereyen frey erhalten*). 11. De arroganti et iniqua postulatione. Att. I. 17. *ecce aliae* deliciae *equitum* (publicanorum) *vix ferendae.*

DELICIOLAE. Att. I. 7. *Tulliola* deliciolae *nostrae tuum munusculum flagitat.*

DELICTUM. Caecin. 3. *qui per tutelam, aut societatem, aut rem mandatam, aut fiduciae rationem fraudavit quempiam, in eo quo* delictum *maius est eo poena est tardior.* Off. I. 40. *quae parva videntur* delicta, *ab iis est diligentius declinandum* Fam. V. 17. *adiunges — homines sapientes* delicto *suo, non aliorum iniuria commoveri.*

DELIGARE. Verr. IV. 40. *in ea* (statua) *hominem divaricari et* deligari *iubet.*

DELIGERE. 1 Eligere. Mil. 8. delegit *e florentissimis ordinibus ipsa lumina.* Verr. IV. 40. *equestres sunt medio in foro Marcellorum statuae, — ex quibus iste C. Marcelli statuam* delegit, *scil.* in qua patrum deligari iuberet. 2. Vatin. 14. *subsellia dissiparit, urnas* delegerit. Caecin. 27. *si ingressum modo* delegeris. Utroque loco Graevius *deligere* e Mss. reposuit. Vulgo legitur *deiecerit — deieceris.* Recte autem dubitavit Ernestius Ciceronem verbo *deligere* pro *deiicere* usum esse. Certe in priore loco *urnas delegerit* non esset vertendum *urnas deiecerit*, sed tantum *urnas abstulerit.*

DELINIRE s DELENIRE 1. Allicere, placare. Off. II. 14. *epistolae — trium prudentissimorum, quibus praecipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos*

ad benivolentiam alliciant, militesque blande appellando deliniant. Mur. 35. *Tu gubernacula reip. petas fovendis hominum sensibus et* deliniendis *animis et adhibendis voluptatibus?* Mil. 35. *plebem quae P. Clodio duce fortunis vestris imminebat, eam quo tutior esset vita nostra, suam se fecisse commemorat, ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis* deliniret. Fin. I. 10. delinitus *blanditiis voluptatum.* Fam. XV. 16. delinitus *illecebris voluptatis.* Cluent. 9. *Mulier non nuptialibus donis sed filiorum funeribus* delinita. Fam. XII. 2. *alter item affinis* (Cassii) *novis commentariis Caesaris* delinitus *est*, i. e pecunia ab Antonio accepta tamquam e Caesaris commentariis. Orat. I. 9. *genus hominum disertorum oratione* delinitum.

DELINITIO. Off. II. 16. delinitio *multitudinis.* Sed ibi nunc e pluribus et melioribus edd. legitur *delectatio multitudinis.*

DELINITOR. Brut. 70. *ut non cum adversario solum sed etiam — cum iudice ipso, cuius* delinitor *esse debet orator, iurgio saepe contenderet.*

DELINQUERE, peccare. Cluent. 46. *ne miles in bello propter hostium metum* delinqueret. Tusc. II. 5. *philosophus in ratione vitae peccans hoc turpior est, quod in officio cuius magister esse vult, labitur, artemque vitae professus*, delinquit *in vita.*

DELIQUESCERE, per translationem. Tusc. IV. 17. *nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens* deliquescat.

DELIRARE. Off. I. 27. falli, errare, labi, decipi tam dedecet quam delirare et mente esse captum. N. D. I. 16. *exposui fere non philosophorum iudicia sed* delirantium *somnia.*

DELIRATIO. Div. II. 43. de Chaldaeorum natalíciis praedictis: *O* delirationem *incredibilem; non enim omnis error stultitia est dicenda.* Sen. 11. *ista senilis stultitia, quae* deliratio *appellari solet, senum levium est, non omnium.*

DELIRUS. Div. II. 68. *an tu censes ullam anum tam* deliram *futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnumquam — concurrerent?* Tusc. I. 21. *quae est anus tam* delira, *quae timeat ista, quae vos videlicet, si physica, non didicissetis, timeretis?* Orat. II. 18. *Poenus* (Hannibal) *— libere respondisse fertur multos*

se

se deliros *senes saepe vidisse, sed qui magis quam Phormio* deliraret, *vidisse neminem.*

DELITESCERE. 1. Abscondere se. N. D. II. 49. *in cubilibus* delitescunt *bestiae.* Cael. 25. *constitui locum iussit, balneas Senias, ut eo mitteret amicos qui* delitescerent — *deinde repente prosilirent.* 2. Per translationem, in aliqua re acquiescere, quadam re niti. Caecin. 21. *cave in ista tam frigida calumnia* delitescas. Ac. pr. II. 5. *Arcesilas — qui in eorum auctoritate* delitesceret.

DELITUS. Verr. I. 55. *columna ex qua tectorium vetus* delitum *sit et novum inductum;* ubi tamen Mss. quidam habent *deletum*, Priscianus vero *deiectum.* Fragm. Ep. ad Calv. *Tuli moleste quod literae* delitae *sunt mihi a te redditae.* Ibid. fr. inct. *cerae* delitae.

DELTOTON. Arat. 5. sidus caeleste sub Andromeda, triangulari stellarum positu, s. figuram literae Δ referens.

DELUBRUM, de aedibus et locis sacris. Caecil. 1. *simulacra sanctissima deorum ex* delubris *religiosissimis sublata* N. D. III. 34. *Dionysius mensas argenteas de omnibus* delubris *iussit auferri.* N. D. III. 18. *aras* delubraque *Hecates in Graecia viderim.* Arch. 11. *imperatores poetarum nomen et Musarum* delubra *coluerunt.* N. D. III. 40. *est mihi tecum pro aris et focis certamen et pro deorum templis atque* delubris.

DELUDERE, ludificari, illudere. Rosc. Am. 9. *Primo rem differre quotidie ac procrastinare illi coeperunt; deinde aliquando lentius nihil agere atque* deludere. Rull. II. 29. *contemni maiestatem populi Romani,* deludi *vos metipsos diutius a tribuno plebis patiemini?*

DELUMBARE. Orat. 6. *nec minutos numeros sequens concidat* delumbetque *sententias, i. e.* eorum vim imminuat.

DEMENS. Pis. 20. *Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum non tragico Oreste aut Athamante* dementiorem *putem?* Harusp. 26. *plenus inconsideratissimae ac* dementissimae *temeritatis.* Off. I. 24. *In tranquillo tempestatem adversam optare* dementis *est.* Div. II. 55. *ille autem Graecus* (remex de quo Div. I. 32.) *quid mirum si magnitudine timoris — a* constantia atque a mente *atque a se ipso discessit?*

qua perturbatione animi, quae sanus *quum esset timebat, ne evenirent, ea* demens *eventura esse dicebat?*

DEMENSUS. Orat. 12. *elaboratur ut verba verbis quasi* demensa *et paria respondeant.*

DEMENTER. Catil. III. 9. *tanta res tam* dementer *credita et ignotis et barbaris commissaeque literae numquam essent profecto, nisi a diis immortalibus huic tantae audaciae* consilium *esset ereptum.*

DEMENTIA. Tusc. III. 5. *animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt* dementiam *eandemque* dementiam. Catil. IV. 10. *qui ex numero civium* dementia *aliqua depravati hostes patriae esse coeperunt.* Att. IX. 9 *cave contemnas eius* dementias; de nimia aedificationis magnificentia, quae alibi *insania dicitur.*

DEMERGO. 1. Sensu proprio. Div. I. 8. *cornix* demersit *caput.* Div. II. 68. *equus mecum una* demersus. Fin. III. 14. *qui* demersi *sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut iam iamque possint* emergere, *quam si etiam tum essent in profundo.* 2. Metaphorice. Off. II. 7. demersae *leges alicuius opibus.* Sen. 21. *animus caelestis ex altissimo domicilio depressus et quasi* demersus *in terram.* Sull. 31. demersam *patriam extuli.*

DEMETATUS. N. D. II. 43. *ita* demetata *signa sunt* (i. e. sic descripta et dimensa sidera) *ut in tantis descriptionibus divina sollertia appareat.*

DEMETERE. Sen. 19. *Tempora* demetendis *fructibus et percipiendis accommodata.*

DEMIGRARE. 1. *Auswandern.* Pis. 37. *quos tu* demigrare *et aras et focos relinquere coegisti.* Rull. II. 16. *dicitur contra —* demigraturos *in illa loca nostros homines propter agrorum bonitatem et omnium rerum copiam.* Dom. 37. demigrandum *est potius aliquo quam habitandum in ea urbe.* 2. De morte. Tusc. I. *vetat deus iniussu hinc nos suo* demigrare. Hortens. fragm. ap. Augustin. *si aut exstingui tranquille volumus, quum in his artibus vixerimus, aut si ex hac in aliam haud paullo meliorem domum sine mora* demigrare. Rab. Perd. 10. *sapientissimorum ac fortissimorum mentes, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et sanctimoniam* demigrasse. 3. Omnino abscedere, locum mutare. Vatin. 16. *strumae ab ore improbo* demigrarunt *et aliis iam se locis collocarunt.*

DEMIRARI, valde mirari. Rull. II. 36. *haec vos sperasse assequi posse* demiror. Fam. VII. 27. *me autem propter quem ceteri liberi sunt, tibi liberum non visum* demiror.

DEMISSE, 1. kleinmüthig. Att. II. 18. *me tueor, ut oppressis omnibus non* demisse, *ut tantis rebus gestis parum fortiter.* Tusc. V. 8. *Theophrastus — non est ausus elate ampleque loqui quum humiliter* demisseque *sentiret.* 2. Demüthig. Flacc. 10. *suppliciter ac* demisse *respondere.*

DEMISSIO. Tusc. III. 7. *verisimile est, in quem cadat aegritudo, cadere in eundem timorem et infractionem quandam animi et* demissionem.

DEMISSUS. 1. Sensu proprio. Cluent. 39. *illa usque ad talos* demissa *purpura.* Ibid. 21. *Fabricius a subselliis* demisso *capite discesserat.* Dom. 51. invenies eum apud sororem quam occultantem se capite demisso. 2. De animo, *niedergeschlagen.* Mur. 21. *videsne tu illum tristem?* demissum? *iacet, diffidit, abiecit hastas, i. e.* de candidatis spem honorum abiicientibus. Tusc. IV. 21. *est in animis omnium fere natura molle quiddam,* demissum, *humile, enervatum, quodammodo.* Fam. I. 9. *fracto animo et* demisso. 3. *Bescheiden, sanft.* Orat. II. 43. *ea omnia quae proborum,* demissorum, *non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benivolentiam conciliant.*

DEMITIGARI, i. q. mitigari. Att. I. 13. *nosmetipsi qui Lycurgei* (i. e. severissimi) *a principio fuissemus quotidie* demitigamur.

DEMITTERE. 1. Sensu proprio, *herablassen.* Div. I. 33 *quum ipse equum* demisisset *in flumen, submersus equus voraginibus non exstitit.* inde per translationem. Fam. X. 8. *quum in eum casum me fortuna* demisisset. 2. *Herabneigen, bucken.* Orat. II. 66. *Memmius in forum descendens caput ad fornicem Fabii* demittebat. Verr. II. 30. *crebro* demittebat *se accensus ad aurem Timarchidis.* Her. III. 15. *Sin erit in demonstratione sermo, paullulum corpus a cervicibus* demittemus. 3. *Se demittere est descendere.* Fam. XV. 4. *quum me in Ciliciam* demisissem. Per translationem. Att. VII. 12. X. 8. demittere *se in causam.* Fam. IX. 1. *quum me in res turbulentissimas —* demisissem. Fam. VIII. 16 *cogita ne te sciens prudensque eo* demittas *unde exitum vides nullum esse.* 4. Animum demittere

ctrina. Orat. III. 55. demonstratio *huius generis et doctrina vulgaris est.* Fin. IV. 5. *quam multae, quamque de rebus variis et causae cur quidque fiat, et* demonstrationes, *quemadmodum quaeque fiant.* 4. In Rhetoricis est *genus demonstrativum.* Inv. I. 12. *deliberatio et* demonstratio *genera sunt causarum.* 5. Item figura sententiarum. Her. IV. 55. demonstratio *est, quum ita res verbis exprimitur, ut geri negotium et res ante oculos esse videatur;* quae figura graece dicitur διατύπωσις. 6. Genus sermonis ad pronuntiationem relati. Her. III. 13. Demonstratio *est oratio, quae docet remissa voce, quomodo quid fieri potuerit aut non potuerit.* Ibid. 14. *Sermo quum est in* demonstratione *voce paullulum attenuata crebris intervallis et divisionibus uti oportebit.*

DEMONSTRATIVUS. Inv. I. 5. Demonstrativum genus (causae) est, quod tribuitur in alicuius certae personae laudem aut vituperationem. Gr. ἐπιδεικτικόν. Cf. Her. I. 2. Inv. II. 4. Orat. II. 13.

DEMONSTRATOR. Orat. II. 86. *Simonides dicitur ex eo, quod meminisset, quo eorum loco quisque cubuisset,* demonstrator *unius cuiusque sepeliendi fuisse.*

DEMORARI. Fam. XII. 15. *nonnullis ipsi magistratus veniebant in suspicionem detinuisse nos et* demoratos *esse.* Orat. II. 58. *ne diutius vos* demorer — *breviter exponam.*

DEMORTUUS. Her. I. 11. *lex iubet augurem in* demortui *locum, qui petat in concione nominare.* Verr. IV. 5. *maiores sanxerunt, ne quis (qui cum potestate aut legatione in provinciam esset profectus) emeret mancipium nisi in* demortui *locum. Si quis Romae esset* demortuus? *immo si quis ibidem.*

DEMOVERE, aliquo loco deiicere. Caecin. 17. *Necesse est, si ad verbum rem volumus attingere, neminem statu detrusum, qui non adhibita vi manu* demotus *et actus praeceps intelligatur.* Sull. 21. *ut non alteros* demovisse, *sed utrosque constituisse* videatur, scil. Pompeios erat colonia deducta, et Pompeiani parte agrorum multati. Coloniam duxerant triumviri in quibus P. Sulla erat. Is tamen dicitur utrisque et Pompeianis et colonis carus fuisse, quasi non illos parte agrorum demovisset, sed utrosque in agris constituisset. 2. Transfertur ad animum. Caecin. 15. *non ea sola vis est, quae ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed etiam multo maior ea quae — formidine animum per-*

DENOMINARE, de metonymia. Her. IV. 32. *ab eo quod continet id quod continetur hoc modo* denominabitur.

DENOMINATIO, figura s. tropus orationis, quae Graece μετωνυμία dicitur. Her. IV. 32. Denominatio *est, quae a propinquis et finitimis rebus trahit orationem, qua possit intelligi res, quae non suo vocabulo sit appellata.* Ibi diversae eius rationes enumerantur; additurque illud: *Harum omnium* denominationum *magis in praecipiendo divisio, quam in quaerendo difficilis inventio est.*

DENOTARE, *significare.* Manil. 3. *quod is una significatione literarum Cives Romanos necandos trucidandosque* denotavit. Ac. pr. II. 18. *sapientem, quum ei res similes occurrant, quas non habeat* denotatas, (i. e. non ita cognitas ut internoscere possit) *retenturum assensum.*

DENS. 1. Sensu proprio. Tusc. IV. 8. *dentium crepitus.* Ibid. V. 16. *candiduli* dentes. Pis. 1. *non nos color iste servilis, non pilosae genae, non dentes putridi deceperunt.* N. D. III. 22. *Aesculapius tertius Arsippi et Arsinoae filius, qui primus purgationem alvi* dentisque *evulsionem, ut ferunt, invenit;* ibid. II. 54. dentibus *in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur et molitur cibus.* 2. Per translationem. Balb. 26. *istorum animos qui Cornelio invident, non est difficillimum mitigare. More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant, non illo inimico sed hoc maledico* dente *carpunt.*

DENSUS. Att. XII. 16. *silva* densa *atque aspera.* N. D. I. 42. (loca) *silvestribus saepibus* densa. Att. VII. 1. *ubi illae sunt* densae *dexterae?* i. e. iunctae, implexae. His verbis, quae videntur ex aliquo poeta sumpta, Cicero hoc significat: *Si velim in senatu contra Caesarem dicere, ne eius absentis ratio habeatur, ubi erit fides mea, quam ei dextra saepius data obstrinxi.*

DENTATUS. Q. Fr. II. 14. *charta* dentata *res agetur*, h. e. dente polita et laevigata. Plin. H. N. XIII. 12. *scabritia chartae laevigatur* dente *conchave. Ern.*

DENUDARE. 1. Sensu proprio. Verr. V. 13. ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Rom. aspiciat. 2. Per translationem, spoliare. Fam. XII. 15. denudatis *ac divenditis civitatibus.* Orat. I. 55. *Vide ne*

dum novo et alieno ornatu velis ornare iuris civilis scientiam, suo queque eam concesso et tradito spolies atque denudes.

DENUNTIARE, dicuntur, qui aliquem iubent esse paratum ad rem aliquam, quae interdum diserte adiicitur, interdum omittitur, et e vicinia verborum supplenda est. Verr. I. 19. II. 27. Rosc. Am. 38. denuntiare *alicui testimonium*. Sed simpliciter *denuntiare*, eodem sensu, Flacc. 15. Verr. II. 4. ubi vid. Graev. Dom. 44. *quum tribunus, vel* denuntiare, *vel cogere potueris*, int. pontificibus, ut convenirent. Caecin. 32. *Caecinae* denuntiabas, int. *controversiam*. Fam. XI. 2. denuntiat *veteranis*, sc. ut conveniant, eos convocat. Cf. V 11. 2. Hinc dicitur etiam pro *minari*. Att. XV. 20. *genus illud interitus quasi* denuntiatum *nobis ab Antonio* Agr. II. 5. *oculis* denuntiare *omnibus vim tribuniticam* Cf. Att. II. 21. 23 etc. 3. *Mandare*. Orat. III. 36 *plus attulisti, quam tibi esset tributum a nobis ac* denuntiatum Fam. XIII. 77. *si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo* denuntiare. 4. *Polliceri, quid facturi simus* Att. XIII. 12. *Iam Varro mihi* denuntiaverat *magnam sane et gravem προςφώνησιν*. 5. *Profiteri, ostendere*. Orat. I. 24. denuntiare *se paratum*. Planc. 22. denuntiasti, *quid de summa rei publ. sentires*. 6. Etiam de interpretationibus haruspicum dicitur. Div. II. 13. *tum hereditates, tum damna* denuntiant. *Ern.* Rosc. Com. 9. ubi vulgo legebatur; *venisti domum ultro Roscii; satisfecisti, quod temere commisisses, in iudicium ut* denuntiaret: *rogasti, ut ignosceret; te affuturum negasti* etc., Ernestius primum Hotomanno auctore *denuntiares* legendum esse, deinde verba *ut ignosceret* delenda esse censuit. Idem verba *denuntiare in iudicium,* si modo sana sint, sic interpretatur, iubeo in iudicio adesse, ad iudicem venire. Cui etsi de ceteris assentior, haud scio tamen an denuntiare in iudicium, s. ut postea dicitur, iudici denuntiare hoc potius significet, Roscium iudici hoc nuntiasse, Fannium actionem deponere, quia iam intelligat sibi ex societate nihil deberi.

DENUNTIATIO. Sull. 18. *Catilinae* denuntiatione *venisti*; ab eo iussus venire. Orat. II. 19. *prima denuntiatio* dicitur, quum in exordio auditorem attentum esse iubemus. 2. Comminatio. Div. XI. 20. denuntiatione *periculi terrere*. 3. Professio, promissio.

Ibid. X. 8. *praematura* denuntiatio *boni civis imperati, quam periculosa esset, ex casu collegae videbam. Ern.*

DEONERARE, devolvere. Caecil. 14. *ex illius invidia* deonerare *aliquid et in te traiicere.*

DEPACISCI. Rosc. Am. *cum illo partem suam* depacisci. Verr. III. 24. extr. *ad eius conditiones* depactus *est.* Att. IX. 6. *Video tibi placere illud, me πολίτευμα de pace suscipere; in quo non extimesco periculum; quum enim tot* (pericula) *impendeant, cur non honestissimo* (scil. pace) depacisci *velim.*

DEPASCERE. 1. Sensu proprio. Orat. II. 70. *quum premeretur Lucilius ab iis qui a pecore eius* depasci *agros publicos dicerent.* 2. Metaphorice Leg. I. 21. depasci *veterem Academiae possessionem non sinemus.* Orat. II. 23. *in summa ubertate* (orationis) *inest luxuries quaedam, quae stilo* depascenda *est,* i. e. superflua verso stilo delenda sunt.

DEPECULATOR, aerarii. Verr. Act. I. 1.

DEPECULARI, ea quae publici iuris sunt, aut sacra spoliare. Verr. Act. 1. *Verres in provinciis omnia fana* depeculatus *est.* 2. De furto rei privatae. Verr. IV. 27. *Apollonium omni argento optime facto spoliasti ac* depeculatus *es.* 3. Sensu generali de utroque spolio. Her. IV. 27. *civitates, regna, domos omnium* depeculatus *es.*

DEPELLERE. 1. Proprie aliquem loco expellere. Harusp. 27. *civem patriae conservatorem vi, ferro, periculis, urbe omnibus patriae praesidiis* depulit. Phil. XIII. 5. *hique qui nunc Mutinam oppugnant — de Falerno Anseres depellentur.* Nempe Falernum fundum Cn. Pompeii Antonius poetae cuidam, qui Anser vocabatur, quique nunc erat cum Antonio in castris, dono dederat. Iocose autem luditur in ambiguitate nominis; quasi strepere tantum hic Anser non bellare possit. 2. Arcere, propulsare. Catil. III. 7. *non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris* depulissem. Sext. 37. *tribunus* (Sextius) *debilitato corpore et contrucidato se abiecit exanimatus neque ulla alia re ab se mortem nisi opinione mortis* depulit. Ibid. 42. *qui ab aris, focis, ferrum flammamque* depellit. Fam. II. 16. *nisi iam ipsa ratio* depulisset *omnes molestias.* Tusc. III. 32. *ut sibi turpitudinem* depelleret. Prov. cons. 3. *constat virgines voluntaria morte necessariam turpitudinem* depulisse. Sext. 19. *interfectus esset is, qui hac una medi-*

si is qui audit adduci potest, ut illa quae de altero deploientur *ad suas res revocet.*

DEPONERE. 1. Apud aliquem collocare, ei asservandum dare. Off. III. 25. *si gladium quis apud te sana mente deposuerit; repetat insaniens, reddere peccatum sit, non reddere officium.* Fam. II. 17. *rationes mei quaestoris Apameae* deponere *cogitabamus.* Off. III. 25. *si is, qui apud te pecuniam* deposuerit, *bellum inferat patriae, reddasne depositum?* ; *non credo.* Phil. XIII. 24. *mentem mentumque in gremio mimarum* deponere. 2. Omittere, abiicere, derelinquere. Acad. post. I. 1. *audivi non te ea intermittere, sed accuratius tractare, nec de manibus umquam* deponere. Att. VII. 5. *nec prius quidem, quam nostrum negotium aut confecerimus, aut* deposuerimus. Phil. XIV. 13. deponere *moerorem et luctum.* Rull. II. 26. *ut liceat illi invidiam* deponere, i. e. se invidia ex occupatis agris liberare. Fam. VII. 6. *Tu modo ineptias istas et desideria urbis* depone. Orat. II. 52. *gloriam etsi ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari totamque abiicere atque* deponere. Lael. 21. *cavendum ne non solum amicitiae* depositae, *sed inimicitiae etiam susceptae videantur.* Div. II. 54. *ut iniussu senatus ne legantur quidem libri* (Sibyllini) *valeantque ad* deponendas *potius quam ad suscipiendas religiones.* Att. XIV. 13. deponere *inimicitias.* Att. III. 5. *simultatem.* Cael. 50. deponere *memoriam doloris.* Sull. 6. *ut etiam ex memoria, quas mihi ipsi fecerat insidias* deponerem. Att. I. 12. *mollis animus et ad accipiendam, et ad* deponendam *offensionem.* Tusc. I. 7. *dicendi studium* deponere. Rull. III. 1. *opinionem de aliquo* deponere *atque abiicere.* Fam. IV. 6. *curas doloresque in alicuius sermone et suavitate* deponere. Phil. XIII. 10. quum Antonius literas ad Hirtium et Caesarem dedisset ita inscriptas: *Antonius Hirtio et Caesari*: Cicero haec addit: *Neque se imperatorem, neque Hirtium consulem, nec pro praetore Caesarem. Satis hoc quidem scite.* Deponere *alienum nomen ipse maluit, quam illis suum reddere.* Rosc. Am. 4. *opprimi me onere officii malo, quam id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi* deponere. Quint. 13. *possumus petitoris personam capere, accusatoris* deponere. 3. *Provinciam deponere*, est declarare se non

iturum in provinciam, quae sorte sibi obtigerit. Fam. V. 1. *ut primum in concione provinciam* deposui.

DEPOPULARI. Phil. VII. 5. *agros*. Verr. III. 56.

DEPOPULATOR. Dom. 5. Depopulator *fori, obsessor patriae.*

DEPORTARE, praecipue de iis quae e provincia asportantur aut abducuntur. Dom. 43. *hoc simulacrum quidam homo nobilis ad ornatum aedilitatis suae* deportavit. Fam. VIII. 9. *mittam qui pantheras alant et eas* deportent. Verr. III. 14. *ut ante Kal. Sext. omnes decumas ad aquas* deportatas *haberent*. Fam. VII. 15. *nihil ex ista provincia potes, quod iucundius sit* deportare. Manil. 21. *Pompeius bellum in Africa confecit, victorem exercitum* deportavit. Verr. V. 16. *Tertia illa tua quam tecum* deportabas. Off. I. 22. *Mihi Pompeius hoc tribuit, frustra se tertium triumphum* deportaturum *fuisse, nisi meo in remp. beneficio ubi triumpharet, esset habiturus*. Sen. 1. *te non cognomen solum* (Attici) *Athenis* deportasse, *sed humanitatem*. Att. VI. 1. *benivolentiam de provincia* deportare. Muren. 3. *aliquod aut in Asia susceptum aut ex Asia* deportatum *flagitium ac dedecus*. Fam. XVI. 5. *mihi placebat si firmior esses, ut te Leucadem* deportares.

DEPOSCERE. Flacc. 38. *P. R. d. non modo non recuso sed etiam* deposco. Inv. II. 49. *quam volet sibi rem a magistratu* deposcito. 2. Inprimis de muneribus aut negotiis quae sibi aliquis imponenda curat. Catil. II. 3. *Video qui sibi has urbanas insidias caedis atque incendiorum* depoposcerit. Phil. XIII. 5. *hanc mihi dispensationem pro paterna necessitudine* deposco. Rosc. Am. 34. *Tene — tibi partes istas* depoposcisse? 3. Red. in Sen. 13. *altera me* deposcere *putabatur*, scil. ad mortem.

DEPOSITUM. Off. I. 10. *reddere* depositum; *promissum facere*. Ibid. III. 23. *ergo et promissa non facienda nonnumquam, neque semper* deposita *reddenda*.

DEPOSITUS, desperatus. Proprie de aegrotis, quos medici deponunt, quod desperant curari posse. Verr. I. 2. *Itaque mihi videor magnam et maxime aegram et prope* depositam *reip. partem suscepisse*.

DEPRAVARE. 1. Corrumpere, de moribus. Att. X. 4. *filius indulgentia nostra* depravatus. Fin. II, 11. *Ferarum natura non est illa quidem* depravata *mala disciplina, sed natura sua.* Leg. II. 15. *mores hac dulcedine corruptelaque* depravati. 2. De vitiis corporis. Div. II. 46. *multi ita nati ut quaedam contra naturam* depravata *haberent.* 3. De philosophorum sententiis. Fin. I. 6. *Epicurus Democrito adiicit perpauca mutans, sed ita ut quae corrigere vult mihi quidem* depravare *videatur.* 4. De tabulis. Arch. 4. *est ridiculum, quae* depravari *nullo modo possunt, repudiare; tabulas quas idem dicis solere corrumpi, desiderare.*

DEPRAVATE. Fin. I. 21. *neque* depravate *iudicare, neque corrupte.*

DEPRAVATIO. 1. De moribus. Off. 29. depravatio *et foeditas turpificati animi.* Leg. I. 10. depravatio *consuetudinum.* 2. De gestu et vultu. Orat. II. 62. *oris* depravatio (*Grimassen*) *non digna nobis.* Fin. V. 12. *est actio quaedam corporis, quae motus et status naturae congruentes tenet, in quibus si peccetur distortione et* depravatione *quadam* etc. 3. De verbis. Part. 36. *non re, sed* depravatione *verbi se urgeri queratur.* Leg. II. *haec non interpretatio, sed* depravatio verbi *est.*

DEPRECARI. 1. Precando impetrare, losbitten, erbitten. Sull. 26. *multorum hic vitam est a Sulla* deprecatus. Rull. 11. *Si quid deliquero, nullae sunt imagines quae me a vobis* deprecentur. 2. Precando amoliri, recusare; *verbitten.* Verr. I. 61. *qui ex calamitate senatoris — spolia domum suam referre — conatus est, is ullam ab sese calamitatem poterit* deprecari? Font. 12. *orandus erit nobis amicus meus — ut suos novos clientes a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atque horribiles impetus* deprecetur. Fam. X. 31. *neque est ullum periculum, quod pro libertate aut refugiam, aut* deprecer. Partit. 39. *erit iisdem aequitatis sententiis contra acerbitatem verborum* deprecandum. 3. Simpliciter petere. Orat. II. 49. *omnia me semper pro amicorum periculis, nihil umquam pro me ipso* deprecatum. Planc. 42. *pro uno filio duo patres* deprecamur. 4. Abominari, detestari. Catil. I. 11. *ut a me quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac* deprecer, *percipite diligenter, quae dicam.*

DEPRECATIO. 1. Inv. II. 33. Deprecatio *est, in qua non defensio facti sed agnoscendi postulatio con-*

Her. III. 14. *in conquestione utemur voce* depressa. Ibid. 12. *firmam poterimus in dicendo vocem conservare, si quam maxime sedata et* depressa *voce dicemus.* 6. Fam. X. 32. depressus *in ludum*, dicitur qui coactus est in ludum gladiatorium se conferre.

DEPRIMERE. 1. *Niederdrücken.* Tusc. V. 17. *tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram ac maria* deprimat. 2. *Etwas herabsetzen.* Pis. 18. *etiamne vos meam fortunam* deprimitis, *vestram extollitis?* Her. III. 2. *in quibus extranea causa conficiet deliberationem in his ea ipsa erit causa adaugenda aut* deprimenda.

DEPROMERE. 1. Sensu proprio, *herausholen.* Verr. III. depromere *aliquid domo alicuius.* Manil. 13. *pecunia ex aerario* deprompta. 2. De fontibus argumentorum, artium, disputationum. Orat. I. 46. *in causis privatis* depromenda *saepe oratio est ex iure civili.* Ibid. 59. *iuris utilitas ad quamcunque causam quamvis repente vel a peritis, vel de libris* depromi *potest.* Fin. IV. 4. nam (*Topica*) *e quibus locis quasi thesauris argumenta* depromerentur, *vestri* (Stoici) *ne suspicati quidem sunt, superiores autem* (Peripatetici) *artificio et via tradiderunt.* Fam. XIII. 6. *ei pollicitus sum me ex intima nostra arte* depromptarum *mirificum genus commendationis.*

DEPSERE, sensu obsceno. Fam. IX. 22.

DEPUGNARE. 1. Bello decertare. Att XVI. 11. *aut quidem ante* depugnabitur. 2. De duorum certamine singulari. Fin. II. 22. *Torquatus cum Gallo* depugnavit. Tusc. IV. 22. *sine gladiatoria iracundia videmus progredientem apud Homerum Aiacem, quum* depugnaturus *esset cum Hectore.*

DEPULSIO. 1. Remotio. Fin. II. 13. *nos beatam vitam non* depulsione *mali, sed adeptione boni iudicemus.* Fin. V. 7. *voluptatis alii primum appetitum putant et primam* depulsionem *doloris.* Phil. VIII. 4. servitutis depulsio. 2. Directio contraria. Univ. 14. supina etiam ora cernuntur depulsione luminum (*durch entgegengesetzte Richtung der Lichtstralen*) *quae convertens inferiora reddit, quae sunt superiora.* 3. Refutatio. Inv. I. 10. *intentionis* depulsio, h. e. defensio adversus accusationem.

DEPULSOR. Phil. II. 11. (*Trebonius*) *libertatem populi Romani unius* (Caesaris) *amicitiae praeposuit,*

depulsorque *dominatus, quam particeps esse maluit.*

DEPULSUS. 1. Proprie deiectus, detrusus. Caecin. 8. *quum in antiquum fundum ingredi vellet, — frequentes armati obstiterunt. Quo loco* depulsus *Caecina tamen qua potuit ad eum fundum profectus.* Her. IV. 10. *qui perduellionibus venditat patrium non satis supplicii dederit, si praeceps in Neptunias* depulsus *erit lacunas.* Catil. III. 8. *quum et simulacra deorum immortalium* depulsa *sunt, et statuae veterum hominum deiectae.* N. D. II. 54. *Stomachus agitatione linguae* depulsum *et quasi detrusum cibum accipit.* 2. Prohibitus, amotus. Fam. XII. 1. *servitutis dolor* depulsus. Fam. I. 7. *Scito nos de vetere illa nostra diuturnaque sententia prope esse* depulsos. Orat III. 11. Cotta *per invidiam* depulsus *tribunatu;* scil. repulsam tulit.

DEPUTARE, putare, existimare. Div. I. 22. *Vide, ne quem tu esse hebetem* deputes *aeque ac pecus, is sapientia munitum pectus egregium gerat;* ex Attii fabula de Bruto qui Tarquinium Superbum regno expulit. Tusc. III. 27. *malo se dignum* deputare.

DERELICTIO. Off. III. 6. *communis utilitatis* derelictio *contra naturam est.*

DERELICTUS. Brut. 4. *seremus aliquid tamquam in inculto et* derelicto *solo.* Catil. I. 10. *nactus et ex perditis atque ab omni non modo fortuna verum etiam spe* derelictis *conflatam improborum manum.*

DERELINQUERE. Verr. III. 51. arationes. 2. Caecin. 35. derelinquo *iam communem causam,* i. e. non amplius de ea disseram.

DEREPENTE. Ligar. 5. derepente *irrumpere.*

DERIDERE. Orat. III. 14. *istos omnes* deridete *atque contemnite.* Opt. gen. or. 4. *quoniam nonnullorum sumo increbruit, partim se ipsos Attice dicere, partim neminem nostrum dicere, alteros negligamus. Satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas aut adhibiti* derideantur. *Nam si* arriderentur (scil. *ob facete dicta*) *esset id ipsum Atticorum.*

DERIVARE. 1. Assumere. Tusc. V. 25. *Iustitia nihil in suam domum inde* derivat. 2 Transferre. Phil. XI. 9. *rerum natura cogit te — partem aliquam in Asiam*

Asiam — derivare *curae et cogitationis tuae.* Verr. II. 20. *culpam in aliquem* derivare. Ibid. I. 53. responsionem alio derivare. 5. Amolir. Mil. 10. *dicam non derivandi criminis causa, sed ut factum est.*

DEROGATIO. Her. II. 10. de lege; *videndum est num quae abrogatio aut* derogatio *sit.*

DERUO. Att. XVI. 11. de laudibus alicuius cumulum deruere.

DESCENDERE, dicuntur Romani honestiores, quum in forum, curiam, campum eunt, quod ii solebant in montibus habitare, qui salubrius habitabantur, ea loca autem in vallibus, inter montes, erant: item in universum, quum in publicum prodeunt. Phil. VIII. 2. *Consul se cum praesidio* descensurum *dixit.* Rosc. Am. 46. descendere *de palatio et aedibus suis.* Phil. II. 6. *hodie non* descendit *Antonius.* Orat. II. 66. descendere *in forum.* Off. III. 20. descendere *in rostra:* quamquam ibi Gronoviana habet: escendere, quod magis placet. Sed quoniam Romae usitatum erat dicere: descendere in forum; propterea etiam de aliis urbibus dicitur, ubi similis ratio non subest. Verr. II. 38. *postridie mane* descendit *Verres*, sc. in forum Thermitanum. 2. Hinc etiam ducta haec. Cael. 1. descendere *ad accusationem.* Muren. 28. descendere *ad accusandam.* Cf. Div. VIII. 8. 3. Descendere aliquo dicuntur etiam, qui statuunt ea facere, quae inviti faciunt, ad extrema veniunt, ad quae demum venitur, quum leniora non sufficiunt aut valent. Verr. I. 38. *quo ego vellem* descensuros, *h. e.* gravissima se facturos. Fam. X. 33. descendere *ad extrema.* Att. IX. 18. *ad omnia* descendere, *est* omni vi et acerbitate uti. Fam. VIII. 8. *alteram ad conditionem* descendere *vult Caesar.* 4. Verr. II. 72. *placet mihi ista defensio:* descendo, *ich lasse mich darauf ein. Ern.*

DESCISCERE, deserere, ab aliquo deficere. Phil. XI. 9. a populo Romano. Rab. perd. 8. a re publica. Fam. II. 16. *qui ab excitata fortuna ad inclinatam et prope iacentem* desciscerem. Att. II. 4. *neque me umquam poenitebit, quod a me ipse non* desciverim. Fin. IV. 8. *scire cupio cur Zeno ab hac antiqua institutione* desciverit. Ibid. III. 18. *saepe officium est sapientis* desciscere *a vita* (i. e. excedere e vita) *quum sit beatissimus, si id opportune facere possit.*

DESCRIBERE. 1. Proprie novum exemplum ex alio scribere, *abschreiben, copiren.* Fam. XII. 17. *di-*

cam tuis ut eum librum describant. Ibid. XIII. 21. *Scripsit Balbus ad me, se a te* (i. e. e tuo exemplo) *quintum de Finibus librum* descripsisse. 2. De mathematicorum delineationibus, *Figuren zeichnen, Risse machen* Fin. V. 19. *quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui dum in pulvere quaedam* describit *attentius, ne patriam quidem captam esse sensit.* Sen. 14. *mori paene videbamus in studio dimetiundi caeli atque terrae C. Gallum familiarem patris tui Scipio! Quoties illum lux noctu aliquid* describere *ingressum, quoties nox oppressit, quum mane coepisset.* 3. Dividere, distribuere in partes. Agr. II. 29. *in iugera dena* describat. Phil. XIII. 5. describit *illud septies millies ita.* Cluent. 32. *non Archimedes potuit melius* describere. Fam. XVI. 11. *Italiae regiones* descriptae *sunt, quam quisque partem tueretur.* Cf. Verr. I. 14. etc. Graev. ad Caton. 17. Att. I. 2. Leg. III. 19. *populus* descriptus ordinibus, censu etc. add. Burm. ad Suet. Tib. 30. 4. Dialectici dicuntur describere, quum formas et genera rerum constituunt: item in partitione. Sic Rabir. Post. 15. *descripta*, opponuntur *universis.* Orat. II. 33. descripta *generatim;* pro quo mox: *in certa genera coacta.* Ibid. *ut quae sint in iure, vel apte* describere, *vel ornate illustrare possit.* Ibid. 71. *in multa genera* describere. 5. Ab hac dividendi significatione multae formulae dicendi ducuntur, quas ita possis interpretari, ut nulla divisionis mentio fiat; sed semper ad divisionem aliquam respicitur. Sic Verr. V. 25. describere *civitatibus summas pecuniarum.* Fam. XII. 1. *pecuniae maximae* describuntur. Q. Fr. I. 1. *Vectigal* describere. In quibus omnibus *describere* explicari potest *imperare*, sed, ut intelligas, imperatum esse ita, ut sit constitutum simul, quantum quaeque civitas daret. Simile est, quod dicitur pro *dividere* largiendo, item largiri. Verr. III, 92. Off. I. 34. *iura* describere. Verr. V. 11. describere *iura aequitate.* Leg. II. 5. *iura sunt varie et ad tempus* descripta *populi.* Off. I. 16. *quae* descripta *sunt legibus et iure civili, haec ita teneantur, ut sit constitutum.* Sext. 42. *nondum* descripto *iure civili.* Acad. IV. 36. *officia* describere. Iura *describere* idem est, quod *iura dare, constituere;* sed propterea *iura describere* pro *dare* dicitur, quia in iuribus dandis discrimen servatur ordinum, aetatum etc. quamquam in nonnullis harum formularum etiam respici potuit ad illam alteram significationem, qua pro *definire* dicitur.

Verr. II. 54. describebat *censores binos in singulas civitates*, h. e. faciebat, creabat, ut eodem capite est; sed describere est pro facere, quia censores CXXX facti sunt (c. 55.) ita, ut totus ille numerus censorum civitatibus distribueretur, et singulae binos acciperent. 6. *Describere* est etiam *definire*: unde, de quo *definire* dici potest, de eodem etiam *describere* dicitur. Orat. I. 49. describere *finibus ingenii sui* etc. 7. *Describere* aliquem dicunt, qui eum quidem non nominant, sed ita de eo loquuntur, ut facile intelligi possit, de quo sermo sit. Unde pro *significare* reperitur. In qua ratione dicendi saepe accedit ista vis, ut contumeliae causa id fieri innuatur. Q. Fr. II. 3. *Crassum* descripsit. Mil. 18. *videlicet illi me latronem* describebant. Sull. 29. *quia sunt* descripti *consulares*: h. e. ab accusatore oratione designati. Pis. 28. *non mehercule contumeliae causa* describam *quemquam*, *praesertim ingeniosum* etc. Phil. II. 44. *ista tua minime avara coniux*, *quam ego sine contumelia* describo. 8. Pro *accurate explicare* et *exponere* est. Fam. VIII. 8. *quae res quam vehementer ad me pertineat*, *in literis* — — descripsi. " *Ern.*

DESCRIPTIO. 1. Distributio. Off I. 7. *privatarum possessionum* descriptio. Flacc. 14. *in* descriptione *aequabili sumptus*. Orat. I. 27. *est decori* descriptio *duplex*: h. e. in duas formas distribuitur. Tusc. V. 24. descriptio *expetendarum fugiendarumve rerum*. 2. Ordo, qui sc. ab apta distributione rerum et partium pendet, *die Einrichtung*, *Anordnung*. Off. I. 39 aedificandi descriptio. Orat. II. 9. *aut si via ulla traditur* — — descriptionis *atque* ordinis. Cato 17. *atqui ego ista sunt dimensus*, *mei sunt ordines*, *mea* descriptio: *multae etiam istarum arborum mea manu sunt satae*. Sext. 65. descriptio *civitatis*. Leg. III 2. *magistratuum* descriptione *omnis reip moderatio continetur*. Acad. I. 6. descriptio *naturae*, *item artis* 3. *Descriptio* etiam dicitur, eodem modo, ut *descriptus*, quum homines centuriantur et decuriantur, de quibus suo loco dictum est. Plan. 18. *decuriatio tribulium*, descriptio *populi*, *suffragia largitione devincta*. 4. De formis geometrarum, ut describere. Tusc. II. 17. *nisi quid erat numeris aut* descriptionibus (*durch Zahlen und Figuren*) *explicandum*. *Ern.* 4. In arte oratoria. Her. IV 39. descriptio *nominatur quae rerum consequentium continet perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem*.

Top. 22. descriptio *quam Graeci χαρακτῆρα vocant — qualis sit avarus, qualis assentator, ceteraque eiusdem generis, in quibus natura et vita* describitur. Eadem inter figuras sententiarum memoratur Orat. III. 53. 5. Definitio vel explicatio verborum. Her. II. 12. *primum vocabuli sententia breviter et ad utilitatem causae accommodate* describetur; *deinde factum nostrum cum verbi* descriptione *coniungetur, deinde contrariae* descriptionis *ratio refelletur, si aut falsa erit, aut inutilis, aut turpis aut iniuriosa.*

DESCRIPTUS. 1. Divisus, ad certas partes aut classes redactus, constitutus. Catil. II. 6. *quemadmodum ei esset ratio totius belli* descripta. Att. XVI. 5. *o! dies — — lepide* descriptos etc. vid. describere. 2. Ordine factus. Fin. III. 22. *natura nihil est aptius, nihil* descriptius. Sen. 2. *Naturam sequimur — a qua non verisimile est, quum ceterae partes aetatis bene* descriptae *sint, extremum actum tamquam ab inerti poeta esse neglectum.* Hinc Orat. 59, descriptus *ordo verborum* est, *certus, aptus.* Orat. II. 34. *materiam orationis cuiuscunque sit generis omnibus locis* descriptam, *instructam ornatamque comprehendere.* 3. Har. R. 28. *suffragia* descripta *tenentur a paucis:* h. e. pauci quidam et potentes homines ita habent in sua potestate suffragia centuriarum et tribuum, ut cuique imperent, cui suffragium dare velint. vid. Graev. ad h. l. male olim legebatur *districta.* 4. Planc. 20. *vocatae tribus, latum suffragium,* descriptae *tribus, renunciatae.* Nihil hic interpretes. E Cod. Erford. notat Graevius *diribitae.* Sed ea lectio nihili est. *Diribitio* enim refertur ad tabellarum distributionem; quid autem diribitio post suffragia lata? Cogitabam aliquando *diremtae:* ex quo fieri potuit *diribitae.* Sed *descriptae* etiam explicari potest. Nempe post lata suffragia et diremta, punctis notabantur in tabulis, unde punctum pro suffragio. vid. *punctum.* Id dici commode posse putem tribus describere. *Describere* dici pro in *tabulas referre*, docet Schulting. ad Calpurn. Declam subiectam Quintilianeis p. 794. 5. Dom. 5. *quum decuriatos ac* descriptos *haberes exercitus perditorum:* in quo *descriptus* idem est, quod *decuriatus.* Nam *describuntur* milites, quum decuriantur aut centuriantur, sc. in decurias et centurias. Pro *describere*, hoc sensu, dicitur etiam conscribere. Planc. 8. nam quum decuriantur, conscribuntur; sc.

in decurias. vid. *conscribere. Ern.* 6. *Solarium* descriptum (*Sonnenuhr*) opponitur N. D. II. 34. *solario et aqua*, i. e. clepsydrae.

DESECARE. Att. XVI. 6. *de gloria librum ad te misi; At in eo prooemium id est, quod in Academico tertio — Itaque statim novum prooemium exaravi, tu illud* desecabis, *hoc agglutinabis.* Univ. 7. *partes rursus ex toto* desecans.

DESERERE. 1. Sensu proprio, relinquere. Verr. III. 51. *aratores agros* desererent *totasque arationes derelinquerent.* Div. I. 20. *vires vitaque corpu' meum nunc* deserit *omni;* est Ennii versiculus. 2. Destituere. Att. III. 19. *non* deseram *preces fratris nec ceterorum promissa, nec spem uxoris, nec obsecrationem filiae, nec fideles literas tuas.* Att. VIII. 3. *turpe erit Domitium* deserere *implorantem eius auxilium.* Att. XVI. 3. *certe enim, ut scribis,* deseremur *potius a re publica, quam a re familiari*, i. e. si rem publicam tenere non possumus, id potius ferendum est, quam iacturam rei familiaris fieri, quod factum esset, si Antonius Tusculanum nostrum proscripsisset. (cf. ad Att. XV. 12.) Att. IV. 10. *a ceteris oblectationibus* deseror *et voluptatibus pro re publica.* Cluent. 65. *Saepe multorum improbitate depressa veritas emergit — quod aut ii qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant, aut illi quorum eminet audacia — a consiliis malitiae* deseruntur; h. e. non satis callidi sunt, ita ut eorum audaciam prudentia destituat. 3. *A mente* deseri (*den Kopf verlieren*) Att. III. 15. *scribo me ita dolere, ut non modo a mente non* deserar, *sed id ipsum doleam me tam firma mente ubi utar — non habere.* 4. *Vitam* deserere est vita excedere Sen. 20. *ut vitae reliquum tempus nec avide appetendum senibus, nec sine causa* deserendum *sit.* 5. *Causa* deseritur, quae non amplius tractatur in senatu. Fam. I. 5. *vereor ne aut eripiatur nobis causa regia, aut* deseratur (*daſs sie ganz liegen bleibe.*)

DESERTOR. Att. VIII. 9. desertor *amicorum.* P. Red. ad Quir. 5. *quum viderem ex ea parte homines aut proditores esse aut* desertores *salutis meae.*

DESERTUS. Rull. II. 30. *in hac assignatione agrorum ne illud quidem dici potest, quod in ceteris, agros* desertos *a plebe atque a cultura hominum liberorum esse non oportere.* Pis. 40. *introitus in urbem* desertus *ab amicis.* Ibid. 23. *Sic Piso — in urbem se in-*

tulit, ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus umquam fuerit desertior. Fragm. inc. *qui fuit locus religiosissimus, is erat* desertissimus. Verr. V. 67. *si in aliqua* desertissima *solitudine, ad saxa et ad scopulos haec deplorare et conqueri vellem.* Lael 15. *Vita inculta et* deserta *ab amicis non potest esse iucunda.* Fam. V. 2. desertus *ab officiis amicorum* Q. Fr. III. 1. *nihil turpius, nihil* desertius. Eleganti metaphora de vitae ratione hominum antiquorum obsoleta Cael. 18. dicitur: *Ergo haec* deserta *via et inculta atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur.* Quint. 16. *vadimonia* deserta. Vid. *Vadimonium.* Cluent. 39. de Quintio tribuno: *qui Rostra iamdiu vacua locumque illum, post adventum L. Sullae a tribunicia voce* desertum, *oppresserat.*

DESERVIRE, operam dare. Fam. XVI. 18. *indulge valitudini tuae, cui quidem adhuc dum mihi* deservis, *servisti non satis.* Sull. 9. *si labor meus — si officia, si operae, si vigiliae* deserviunt *amicis, praesto sunt omnibus.* Leg. I. 15. Epicurei dicuntur *sibi indulgentes et corpori* deservientes.

DESIDERE, verbum proprium de labe terrae. Div. I. 35. *tantos terrae motus factos esse — ut multa oppida corruerint, multis locis labes factae sint, terraeque* desederint. Ibid 43. *delata ad senatum labes agri Privernatis, quum ad infinitam altitudinem terra* desedisset.

DESIDERABILIS, expetendus. Fin. I. 16. *nihil* desiderabile *concupiscunt.* Top. 18. *desiderabilia* opponuntur *iis quibus facile carere possis.*

DESIDERARE. 1. Vehementer cupere. Q. Fr. III. 1. *nec honores sitio nec* desidero *gloriam.* 2. Requirere, postulare. Fam. VII. 10. *ius civile doctorem usumque* desiderat. Oecon. 1. *quum et operam et diligentiam ea desiderarent.* Q. Fr. III. 4. *animum vacuum ab omni cura* desiderat. 3. Absentiam rei animadvertere, *etwas vermissen.* Verr. V. 28. *in tanto numero nemo erat quin reliquos non* desideraret *solum, sed etiam posceret et flagitaret.* Sen. 9. *ne nunc quidem vires* desidero *adolescentis — non plus quam adolescens tauri aut elephanti* desiderabam. Att. XII. 40. *quis congressum meum aut facilitatem sermonis* desideravit? Orat. 5. Antonius — *multa et in se et in aliis* desiderans *neminem plane qui*

recte appellari eloquens posset, videbat Att. VII. 25. *sin erit bellum — partes meae non* desiderabuntur. Verr. IV. 44. *nec quidquam ex eo fano praeter unum perparvulum signum ex aere* desideratum *est.* P. Red. ad Quir. 1. *ea omnia* desiderata *magis, quam assidue percepta delectant.*

DESIDERATIO. Sen. 14. *non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo; sed ne* desideratio *quidem.*

DESIDERIUM. 1. Maior cupiditas cuiuscunque rei. Orat. I. 47. *Ea si paullo latius dixeris expleris omnem exspectationem diuturni* desiderii *nostri.* Fam. XV. 4. *voluntas, in qua inest aliqua vis* desiderii. 2. Cupiditas absentem videndi (*Sehnsucht.*) Tusc. IV. 9. Desiderium *libido eius qui nondum adsit videndi.* Fam. XVI. 21. *discedis a nobis, meque tanto* desiderio *afficis, ut unam consolationem mihi relinquas fore, ut utriusque nostrum absentis* desiderium *crebris et longis epistolis leniatur.* Ibid. 20. *ut tolerabilius feramus igniculum* desiderii *tui, crebris nos literis appellato.* 3. *Desiderium* est etiam locorum aliarumque rerum quibus propter absentiam aegre caremus. Fam. II. 11. *me mirum* desiderium *tenet urbis.* Ibid 12. *satis gloriose triumpharem, si non essem quidem tamdiu in* desiderio *rerum mihi carissimarum.* 4. Refertur etiam ad mortuos. Brut. 1. *Hortensius exstinctus et auctoritatis et prudentiae suae triste nobis* desiderium *reliquit.* Rab. perd. 5. *scilicet — par* desiderium *sui reliquit apud populum Romanum Labienus iste — ac Ti. Gracchus reliquerat!* 5. Dicitur blandiendi causa de amica, uxore, filia. Fam. XIV. 2. *Valete* mea desideria, *valete.* Ibid. *hem mea lux, meum* desiderium.

DESIDIA. Rull. II. 37. *ii qui propter* desidiam *in otio vivunt tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem.* Brut. 2. *quo tempore aetas nostra perfuncta rebus amplissimis tanquam in portum confugere deberet non inertiae, neque* desidiae, *sed otii moderati atque honesti.* Off. I. 34. *Nihil magis cavendum senectuti, quam ne languori se* desidiaeque *dedat.*

DESIDIOSUS. Rull. II. 33. *Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam maiores nostri ad inertissimum et* desidiosissimum *otium perduxerunt.* Orat. II. 23. *Si tota vita nihil velis aliud agere ipsa tractatio*

DESINERE. Somn. 8. *solum quod sese movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem* desinit. Att. I. 16. *conventus, qui initio celebrabantur, iamdiu fieri* desierunt. Fam. IX. 24. *te ad cenas ire* desisse *moleste fero.* Fin. II. 13. *iam pridem contra eos* desitum *est disputari.* Off. II. 8. *post Sullae victoriam* — desitum *est videri quidquam in socios iniquum, quum exstitisset in cives tanta crudelitas.* Off. I. 37. *animadvertendum est quatenus sermo delectationem habeat, et ut incipiendi ratio fuerit, ita sit* desinendi *modus.* Acad. pr. II. 25. desine *quaeso communibus locis; domi nobis ista nascuntur.* Fam. VII. 1. *libenter mehercule artem* desinerem, *i. q.* artem tractare desinerem. 2. In arte rhetorica, *quae similiter desinunt.* Orat. III. 54. sunt ὁμοιοτέλευτα. Orat. 75. *ut haec copia facultatem afferat non semper eodem modo* desinendi, *h. e.* clausulas periodorum non semper iisdem numeris absolvendi.

DESIPIENS. Div. II. 23. *Estne quisquam ita* desipiens, *qui credat exaratum esse deum dicam an hominem?* N. D. II. 6. desipiens *arrogantia.* Fam. I. 9. *populus Atheniensis paene iam* desipiens *senectute.*

DESISTERE. 1. Intermittere, desinere. Brut. 91. *Quum amici me hortarentur, ut causas agere* desisterem, *quodvis periculum mihi adeundum quam a sperata dicendi gloria* discedendum *putavi.* Fam. I. 1. *Pompeium hortari et orare non* desistimus. Verr. II. 48. *ut aliquando de rebus ab isto cognitis — dicere* desistamus *et* — finem — *orationi criminibusque* faciamus. Rab. Post. 3. *Supplex erat rex, multa rogabat, omnia pollicebatur, ut iam metuere Postumus cogeretur, ne quod crediderat, perderet, si credendi* constituisset modum. *Nihil autem erat illo blandius nihil hoc benignius; ut magis poeniteret* coepisse, *quam liceret* desistere. Tusc. I. 49. *magna eloquentia est utendum — ut homines mortem vel optare* incipiant, *vel certe timere* desistant. 2. Recedere, discedere ab aliqua re. Off. III. 3. *quum sunt docti a peritis, facile desistunt* sententia Tusc. 12. *tu adolescens, quum id tibi paullo ante dixisses videri (summum malum dolorem esse) rogatus a me, etiamne maius quam dedecus, verbo de sententia* destitisti. Fam. V. 2. *agerent cum eo ut ab illa mente* desisteret.

DESPECTIO. Hort. fr. *magnitudo animi et humanarum opinionum alta quaedam* despectio.

DESPICATUS, subst. Flacc. 27. *in Graeco sermone tritum atque celebratum est, si quis* despicatui *ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur.*

DESPICATUS. Sext. 16. *tribuni plebis* despicatissimi *hominis furor.*

DESPICERE. 1. Desuper intueri. Harusp. 15. *tollam altius tectum non ut ego te* despiciam, *sed ne tu adspicias urbem eam, quam delere voluisti.* 2. Vultum avertere (*die Augen wenden*) *non* attendere. Rosc. Am. 8. *Neque mirum — si aliquid non animadvertat,* (Sulla) *quum praesertim tam multi occupationem eius observent, tempusque aucupentur, ut simul atque ille* despexerit, *aliquid eiusmodi moliantur.* 3. Contemnere. Ac. pr. II. 42. *hos si contemnimus, etiam abiectos putamus, illos certe minus* despicere *debemus.* Fin. III. 8. *omnia quae cadere in hominem possint* despicere *et pro nihilo putare.* Rosc. Am. 46. *Videtis ut omnes* despiciat, *ut hominem prae se neminem putet.*

DESPICIENS. Orat. II. 89. *me dicentem qui audierit nemo umquam tam sui* despiciens (*so klein von sich denkend*) *fuit, quin speraret aut melius aut eodem modo posse dicere.*

DESPICIENTIA. Part. 23. *magnitudinem animi superbia in animis extollendis et* despicientia *in contemnendis honoribus — imitatur.* Tusc. I. 40. *Vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine et in omnium rerum humanarum contemptione ac* despicientia *et in omni virtute ponamus.* Off. II. 10. (Praeter voluptatem et dolorem) *vita, mors, divitiae, paupertas omnes homines vehementissime permovent, quae qui — excelso animo magnoque* despiciunt, *quumque aliqua his ampla et honesta res obiecta est, totos ad se convertit et rapit, tum quis non admiretur splendorem pulcritudinemque virtutis. Ergo et haec animi* despicientia *admirabilitatem magnam facit.*

DESPOLIARE. Fam. XIV. 2. *illud doleo, quae impensa facienda est, in eius partem te miseram ac* despoliatam *venire;* h. e. partem impensarum a te, quae ipsa despoliata es, ferendam esse. Att. VII. 7. *L. Quintius ad bustum Basili vulneratus et* despoliatus *es.*

DESPONDERE, spondendo polliceri, unde filios et filias despondere parentes dicuntur, quia interrogati *spondes?* respondent; *spondeo.* Sed singulare

controversiae designare. Her. I. 15. *quid oporteat ab ambobus in causa* destinari, *quo ratio omnis totius orationis conferatur.* 3. Sibi destinare est animum ad aliquid adiicere, ut habere, emere velis. Fam. VII. 23. *trapezophoron, quod tibi* destinaras, *si te delectat, habebis.*

DESTITUERE. 1. Exponere, attribuere. Phil. V. 12. *qui ne sorti quidem fortunas nostras* destituit, *sed libidini cuiusque nos ita addixit, ut ne sibi quidem quidquam integrum, quod non alicui promissum iam non sit, reliquerit.* 2. Constituere, sistere. Verr. III. 23. *alios in publico custodiri,* destitui *alios in convivio.* 3. Deserere. Rosc. Am. 40. *T. Roscius novem homines honestissimos — induxit, decepit,* destituit.

DESTITUTIO, actio qua aliquis ab altero deseritur, a Quint. 5. destitutione *illa* (Naevii qui promiserat se ei pecuniam mutuam daturum) *perculsus Roscius.* Cluent. 26. *capit hoc consilium, ut pecuniam quibusdam iudicibus levissimis polliceatur, deinde eam postea supprimat, ut quoniam graves homines sua sponte severe iudicaturos putabat, hos, qui leviores erant* destitutione *iratos Oppianico redderet.*

DESTITUTUS, desertus. Caecin. 32. *nudus in causa* destitutusque. Verr. II. 30. *solus* destitutus. V. 42. *nudus paene est* destitutus, significat, ei discissas et laceratas esse vestes a lictoribus, ut virgis caederetur. 2. Deceptus, ab eo, qui promisit aliquid, pecuniam etc. Off. I. 10. *cui promissum sit, si se* destitutum *queratur.* Quint. 16. *multis vadimoniis desertis, saepe illusi ac* destitui. Q. Fr. I. 3. *amicorum consilio, promissis, praeceptis* destitutus. Ceterum id dicitur duobus modis; nam una ratio ducitur ab eo sensu quum pro *desertus* dicitur, ut in illo, *promissis destitutus;* altera inde, quod qui desertus est, expositus est iniuriis fortunae, inimicorum, ut in hoc: *consilio et praeceptis destitutus.* 3. Pro *constitutus*, sed in partem deteriorem. Sull. 32. *In hac fortuna misera* destitutus. *Ern.*

DESTRINGO, detraho, traho ex aliquo loco. Off. III. 31. *confestim gladium* destrinxit, in Tog. Cand. *conantur in rem publ. sicas* destringere. Vulgo legunt *distringere,* in utroque loco. Sed hodie nemo dubitat in his literis paullo versatior, in hac formula, et omnibus, in quibus detrahendi vis exprimenda est,

destringere rectum esse, non distringere. De hoc verbo inprimis vid. praeter Gronov. ad Liv. XXVII. 13. Duker. ad Flor. II. 2. Drakenborch. ad Sil. XVII. 164. et quos ibi laudat. *Destricti gladii* sunt Catil. III. 1. Sext. 35. *Ern.*

DESTRUERE. Sen. 20. *ut navem, ut aedificium idem* destruit *facillime, qui construxit, sic hominem eadem optime, quae conglutinavit, natura dissolvit.*

DESUBITO. Rep. Fr. lib. VI.

DESUDARE. Sen. 11. *hae sunt exercitationes ingeniis, haec curricula mentis; in his* desudans *atque elaborans corporis vires non magnopere desidero.*

DESUEFACTUS. Cluent. 40. *multitudo iam* desuefacta *a concionibus.*

DESULTORIUS, intell. equus, a desultore, quod erat genus equitum, qui in circo equos plures capitibus iunctos agitabant ita, ut in medio cursu ex uno in alterum se traiicere possent. Muren. 27. *qui mihi videtur praetorius Candidatus in consularem, quasi* desultorius *in quadrigarum curriculum, incurrere.* Graevius laudat Sueton. Caes. 39. et ibi Tarent. cf. Salmas, ad Vapisc. Carin. c. 19. p. 845. sq. *Ern.* Nimirum Cicero significat ineptum esse Postumium, qui candidatus praeturae competitoribus cesserat, ac petitione destiterat, illos non accusare, sed potius Murenam iam consulem designatum ambitus postulare; id aeque esse ineptum et incommodum ac si desultorius in quadrigarum curriculum vellet incurrere.

DESUM. Orat. I. 27. *nobis etiamsi ingenium — non maxime defuit, doctrina certe et otium et hercule etiam studium illud acerrimum* defuit. Fragm. lib. de iure civili ap. Gell. I. 22. *nec vero scientia iuris maioribus suis — Tubero* defuit, *doctrina etiam* superfuit. Fam. XIII. 6. *vereor, ne iam mihi* superesse *verba putes, quae dixeram* defutura. Flacc. 25. *in ea rep. ad quam opprimendam non animus eis, sed vires* defuerunt. Brut. 52. miratur Cicero Curionem, *quum et vita suppeditavisset, et splendor ei non* defuisset *consulem non fuisse.* Div. I. 29. *sive* deest *naturae quippiam sive abundat atque affluit.* Phil. II. 29. *cur ei bello propter timiditatem* defuisti?

DETERGERE. Att. XIV. 10. *sed primo anno* LXXX. detersimus: *i. e.* cepimus ex tota summa octoginta sestertia. Ut Germani dicunt: (*haben eingestri-*

chen). 2. Ant. phaen. 246. *quum neque caligans* detersit *sidera nubes* poetica metaphora pro *obscuravit*.

DETERIOR. Att. XI. 11. via deterrima. Fam. V. 14. *ego valeo sicut soleo paulo tamen etiam* deterius *quam soleo.* Att XIV. 11. *Ruina* (duarum tabernarum in Cluviano) *rem non fecit* deteriorem, *haud scio an iam fructuosiorem.* Phil. VIII., 1. *res verbo fieri interdum* deterior *solet.*

DETERIUS. Fin. I. 3. *inculta quaedam et horrida, de male* (scriptis) *Graecis Latine scripta* deterius.

DETERMINATIO. Inv. I. 52. *Conclusio est exitus et* determinatio *totius orationis.* N. D. II. 40. *Caeli complexus extrema ora et* determinatio *mundi.*

DETERMINO. Orat. III. 44. *quod dicit, spiritu non arte* determinat: *i. e.* orationem in pronunciando non eo loco incidit, ubi ipsa sententia desinit, sed ubi spiritus, adeoque saepe alieno loco. Div. I. 12. *omnia fixa tuus glomerans* determinat *annus: h. e.* haec omnia rata facit extremus annus tuus. *Ern.*

DETERRERE. 1. Terrore vel timore aliquem a sententia avertere. Brut. 15. *sceleratos cives timore ab impugnanda patria* deterrere. Att. XIV. 22. *non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione* deterret? 2. Generatim avocare, *abhalten.* Div. II. 42. *num eorum frequentia Stoici de sententia* deterrentur? Fin. III. 38. *nisi eos per se foeditate sua turpitudo ipsa* deterreret. Verr. Act. I. 5. *pudore* deterreor *commemorare nefarias eius libidines in stupris et flagitiis.* Off. II. 23. *omnes immemorem beneficii oderunt, eamque iniuriam in* deterrenda *liberalitate sibi etiam fieri eumque, qui faciat communem hostem tenuiorum putant.* 3. Brut. 75. *Caesar sanos homines* (commentariis suis) *a scribendo* deterruit. Orat. 3. Nec vero *Aristotelem in philosophia* deterruit *a scribendo amplitudo Platonis*, dissuadere, dehortari. Att. XI. 8. *neque te* deterreo, *quo minus id disputes, scribasque ad me quam saepissime.* Orat. I. 75. *Vereor ne maiorem vim ad* deterrendum *habuerint, quam ad cohortandum.* Fam. I. 7. *ut ad certam laudem adhortor sic a dimicatione* deterreo.

DETESTARI. 1. Deprecari, a se aut ab alio remotum cupere, deprecando, negando, aut alia ratione.

Catil. I. 11. *ut prope iustam patriae querimoniam a me detester ac deprecer.* Att. IX. 10. *quum tu ad me quaedam γενικώτερον scripsisses, et ego mihi a te quaedam significari putassem, ut Italia cederem;* detestaris *hoc diligenter;* i. e. remotam a te hanc opinionem vis, negas te id significasse. N. D. I. 44. *quae dixerit, invidiae* detestandae *gratia dixisse.* 2. Hinc in malis auspiciis et ominibus dicitur, quum ea dicimus, quibus mala impendentia averti posse credunt superstitiosi homines: de quo vid. Casaub. ad Theophr. c. 16. Vatin. 16. *si vitant te, fugiunt, audire te nolunt; quum viderunt, tamquam auspicium malum* detestantur. Unde illud in Pison. 40. *omnes memoriam consulatus tui, facta mores, faciem denique ac vocem a re publica* detestantur, sc. tamquam malum auspicium et omen. 3. Ceterum quoniam illa *detestatio* auspicii et ominis fit avertendi mali causa, propterea dicitur, pro *avertere*, adeoque etiam de diis ipsis, quum sit proprie hominum. Phil. IV. 4. *O! dii immortales, avertite et* detestamini *quaeso hoc omen.*

DETESTATIO, expiatio, deprecatio. Dom. 55. *quum pro* detestatione *tot scelerum, unam aram nefarie consecrarat.*

DETEXERE, proprie telam absolvere; ponitur metaphorice pro absolvere. Orat. II. 38. *ad extremum ipsi compungunt se suis acuminibus, et multa quaerendo reperiunt, non modo ea, quae iam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante exorsa vel potius* detexta *prope, retexantur.* 2. Pertexere. Her. II. 27. *Nunc ego te ab summo iam* detexam *exordio* ex vetere poeta. Arat. 250. *hic non perpetuum* detexens *conficit orbem.*

DETINERE. 1. Demorari. Fam. XII. 16. detinere *aliquem et demorari.* Att. III. 19. *Thessalonicae* detentus. 2. Detineri est i. q. occupari. Inv. II 49. detineri *in alienis negotiis.* Her. IV. *maiore aliquo negotio* detineri.

DETORQUERE. 1. Sensu proprio. Fin. III. 5. *aptas malit et integras omnes partes corporis, quam eodem usu imminutas et* detortas *habere.* Tusc. V. 20. *Dionysius quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum, quum forem cubiculi clauserat,* detorquebat. 2. Per translationem: Off. II. 10. *voluptates blandissimae dominae saepe maiores partes animi a virtu-*

virtute detorquent. Cael. 9. *voluntas testium facillime fingi, nullo negotio flecti ac* detorqueri *potest* Orat. 17. *es consecutus, ut et mihi quae ego vellem non esse oratoris concederes, et ea ipsa nescio quomodo rursus* detorqueres, *atque oratori propria traderes*

DETRACTIO. Div. II. 21. *quasi — non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita. Illa enim ipsa efficiuntur* detractione. Univ. 4. *nec vero desiderabat* (mundus) *aut* alimenta corporis, *aut* detractionem *confecti et consumpti cibi*, h. e. alvi exonerationem. Att. XII. 35. *cuius loci* detractiorem *fieri velit*. 2. De furto. Off. III. 6. *non est magis contra naturam morbus quam* detractio *aut appetitio alieni*.

DETRAHERE. 1. Sensu proprio. N. D. III. 34. *Dionysius tyrannus quum — in fanum venisset Iovis Olympii aureum ei* detraxit *amiculum*. Fin. I. 7. *ita prorsus existimo neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit torquem illum hosti* detraxisse, *ut aliquam ex eo perciperet corpore voluptatem*. Cael. 14. *Claudia patrem triumphantem de curru* detrahi *passa non est*. Har. 13. *qui sacerdotem ab aris* detraxeris. Brut. 75. *Caesaris commentarii nudi sunt, recti, venusti, omni ornatu orationis, tamquam veste* detracta. 2. Abducere, Cluent. 64. *ut Oppianicum aliud agentem — ad hanc accusationem* detraheret. Prov. cons. 8. *Marii inimici non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non* detrahebant (*i. e.* non censebant illum revocandum esse) *sed et propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant*. Fam. V 2. *egi cum Claudia uxore tua, et cum vestra sorore Mucia ut eum ab illa iniuria* detraherent. 3. Subducere, auferre. Cluent. 30. *confecit tabulas diligentissime Cluentius. Haec autem res habet hoc certe, ut nihil possit neque additum neque* detractum *de re familiari latere* Div. II. 68. *nunc propter intermissionem forensis operae et lucubrationes* detraxi, *et meridiationes addidi*. Acad. pr. II. 2. *videndum — ne quid privatis studiis de opera publica* detrahamus Div. II. 52. *parvis momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut* detrahit. Flacc. 37. *dat de lucro, nihil* detrahi *de vivo*. Att. X. 5. *rogavi, ut si quid posset, de ea summa* detraheret. Fin. I. 9. detractis *de homine sensibus reliqui nihil est* Red. ad Quir. 8. *mihi quod potuit vis et iniuria et sceleratorum hominum furor* detrahere, *eripuit, abstulit, dissipavit*.

Fam. I. 5. *si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna elargita est nonnullorum hominum perfidia* detraxerit. 4. Dignitatem alicuius imminuere, obtrectare. Fam. VI. 7. *solum liberum alterum laudare, de quo quidquid* detrahas, *necesse est aut infirmitati aut invidiae assignetur.* Off. I. 37. *quum studiose de absentibus* detrahendi *causa, aut per ridiculum, aut severe, maledice, contumelioseque dicitur.* Inv. II. 20. *quantum de honestate et auctoritate eius, qui arguitur,* detractum *est, tantundem de facultate totius defensionis est deminutum.* Rab. perd. 7. *hos patres conscriptos, qui nunc sunt in invidiam vocati, quo facilius de hoc senatu* detrahere *possitis.* Manil. 4. *de Lucullo alio loco, et ita dicam ut neque vera laus ei* detracta *oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur.* 5. Tollere. Tusc. IV. 11. *haec* detrahenda *opinio est.* 6. Adimere, denegare. Planc. 4. *Est haec conditio — huius principis populi — posse suffragiis vel dare, vel* detrahere, *quod velit, cuique.*

DETRIMENTUM. Orat. I. 9. *plura* detrimenta *publicis rebus quam adiumenta (mehr Nachtheile als Vortheile) per homines eloquentissimos importata.* Brut. 2. *nostro incommodo* detrimentoque *(Verlust) doleamus.* Fin. III. 21. *emolumenta et* detrimenta, *quae ὠφελήματα et βλάμματα appellant, communia esse voluerunt (Cynici.)* Fin. I. 6. *Plus in ipsa iniuria* detrimenti *est, quam in iis rebus emolumenti, quae pariuntur iniuria.* Fam. XVI. 11. Phil. V. 12. formula sollemnis; *consules provideant ne quid resp.* detrimenti *accipiat.* Fam. XVI. 11.

DETRUDERE, vi quadam e superiore loco ad inferiorem depellere. N. D. II. 54. *Linguam ad radices eius haerens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quae accepta sunt — is agitatione et motibus linguae quum depulsum et quasi* detrusum *cibum accepit, depellit.* 2. Demovere. Univ. 14. *Speculorum laevitas — dextra* detrusit *in laevam partem oculorum, laevaque in dextram.* 3. Depellere, deturbare. Fam. V. 10. *muros cepi et arcem, ex qua me nives, frigora, imbres* detruserunt. 4. Differo. Att. IV. 17. *comitia in adventum alicuius* detrudere. cf. Q. Fr. II. 13. ablego, amando. Orat. I. 28. *qui non potest — — hunc ad id, quod facere possit,* detrudendum *puto.* Off. I. 31. *sin aliquando necessitas nos ad ea* detruserit, *quae nostri ingenii non sunt.* Orat. I. 11. *oratorem repelli a gubernaculis*

civitatum — ac tantum in iudicia et conciunculas tamquam in aliquod pistrinum detrudi *et compingi* (*hingebannt und eingesperrt*) *videbam*. b. Verbum praetorium in interdicto, cui postea substitutum *deiicere*. Caec. in 17. *poterisne dicere, deiectum esse eum, qui tactus non erit? Quid?* detrusum *dices? nam hoc verbo antea praetores in hoc interdicto uti solebant — — necesse est, si ad verbum rem volumus attingere neminem statu* detrusum, *qui non adhibita vi manus demotus et actus praeceps intelligatur*.

DETURBARE. 1. Demoliri. Pis. 38. *illi* (milites) *statuam istius* (Pisonis) *persimilem* — deturbant, *affligunt, comminuunt, dissipant*. Q. Fr. III. 9. quid? *si caementum bonum non haberem*, deturbem *aedificium*? 2. Deiicere. Quint. 14. *de fortunis omnibus P. Quintius* deturbandus *est*. Pis. 20. *sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente* deturbat. Fam. XII. 25. *non solum spe sed certa re iam et possessione* deturbatus *est*. Ibid. V. 7. *ex magna spe* deturbatos *iacere*.

DEVEHI. Phil. I. 4. *celeriter Veliam* devectus, *scil.* navi.

DEVENIRE, delabi. Muren. 13. *qui oratores evadere non possunt, ad iuris studium* devenium (*die sich nicht bis zu Staatsrednern aufschwingen können, verfallen auf die Rechtsbeflissenheit*). 2. Pervenire. Pis. 29. devenit *aut potius incidit in istum Graeculus*. 3. Incidere. Fam. VII. 3. deveniendum *in victoris manus*. Fam. IV. 5. *in eam fortunam* deveni. Att. I. 7. *nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus* devenire.

DEVERSARI. Verr. I. 25. *Rubrium — parum laute* deversari *dicit* (*er habe ein zu schlechtes Quartier*).

DEVERSOR, qui in caupona aut alio quo loco deversatur. Liv. II. 4. *caupo, cum quibusdam* deversoribus *illum, qui ante exierat, consequitur*.

DEVERTERE. Verr. I. 6. *ad hospites meos ac necessarios* deverti *potius*. Sic illud verbum e Mss. scribitur. Male vulgo *diversari*, *diverti*, ut *diversorium*, vid Heinsius ad Ovid. Amor. II. 6. 9. et praeterea quos laudat Burmann ad Petron. 10 Scil. *deverti* est aliquo se convertere, in quo tamen etiam respicitur ad locum unde veneris: sed *diverti* dicitur de duobus, qui di-

versam viam instituunt, unde ipsum *diversum* est, et illud *diversi* abiere, *divortium* etc. *Ern.* Off. II. 18. *Theophrastus scribit Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim instituisse et villicis imperavisse, ut omnia praeberentur quicumque Laciades in suam villam* devertisset. Att. III. 7. *itineris causa ut* devorterem. 2. *Devertor* dep. Font. 5. *si qui Cobiomacho* deverterentur.

DEVERSORIUM. Phil. II. 41. de villa Varronis: *Studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud non libidinum* deversorium. 2. Metaphorice. Orat. II. 57. *defessus iam labore atque itinere disputationis requiescam in Caesaris sermone, quasi in aliquo peropportuno* deversorio. II. 71. *Sed tu Antoni, qui hoc* deversorio *sermonis mei libenter acquisturum te esse dixisti, tamquam in Pomptinum* deverteris, *neque amoenum neque salubrem locum, censeo ut satis te putes requiesse et iter reliquum conficere pergas.*

DEVEXARE. Fam. X. 3. *per tot annos re publica* devexata.

DEVEXUS, fr. Leg. V. *sol paululum a meridie iam* devexus *videtur.* Div. I. 45. *exaudita vox est a luco Vestae, qui a Palatii radice in novam viam* devexus *est* (*der sich — bis nach der neuen Straße hinzieht.*) Att. IX. 2. *aetas iam a diuturnis laboribus* devexa *ad otium.*

DEVINCERE. Orat. 45. *Duellium eum qui Poenos classe* devicit. N. D. II. 2. *quum — Crotoniatas Locri maximo praelio* devicissent.

DEVINCIRE. 1. Obstringere, obligare. Fam. XIII. 7. *viros primos et homines honestissimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisque* devinxeris. Fam. XIII. 3. *ipsum summo officio et summa observantia tibi in perpetuum* devinxeris. Cael. 15. ubi Clodiae frater minimus inducitur sororem alloquens: *illum filium familias patre parvo ac tenaci habere tuis copiis* devinctum *non potes* (*kannst ihn nicht erobern und fesseln.*) Phil. II. 45. *Caesar adversarios clementiae specie* devinxerat. Off. I. 17. *sanguinis coniunctio benivolentia* devincit *homines et caritate.* Planc. 15. *largitione* devinctas *tribus habere.* Ibid. 18. *suffragia largitione* devincta. 2. In potestatem redigere. Brut. 12. *nec in impeditis* (civitatibus) *ac regum dominatione* devinctis *nasci cupiditas dicendi*

solet. Pis. 13. *Pompeius omnes omnium gentium partes tribus triumphis* devinxerat. Rull. 1. *Italiam omnibus vinculis* devinctam *et constrictam tenere.* Prov. cons. 8. *nationes nondum legibus et iure certo nec satis firma pace* devinctae. Cluent. 61. *ut eum nuptiis alligatum, simul et testamenti spe* devinctum *posset habere in potestate.* Fat. 9. eleganti translatione: *qui introducunt causarum seriem sempiternam, ii mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati* devinciunt. 3. Retinere in audiendo, attentum reddere. Brut. 80. *duo summe tenuit* (M. Calidius) *ut et rem illustraret disserendo et animos eorum, qui audirent,* devinciret *voluptate,* (*daſs er die Aufmerksamkeit der Zuhörer durch die Anmuth seines Vortrags fesselte*). 4. De obligatione religiosa. Sext. 7. hunc — *Pompeius omni cautione, foedere, exsecratione* devinxerat, *nihil in tribunatu contrarie esse facturum.* Dom. 51. (C. Cassius censor) *Concordiae signum volebat in curia, curiamque ei deae dedicare — Praescribere enim se arbitrabatur, ut sine studiis dissensionis sententiae dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilii religione Concordiae* devinxisset. Cael. 22. *iureiurando* devincta *auctoritas.* 5. De periodis. Brut. 37. *verba comprehensione* devincire. Orat. 25. *nec acervatim multa frequentans una complexione* devinciet.

DEVITARE. Verr. Act. I. 3. *Verres dictitabat sese tempus ipsum emisse iudicii sui, ut quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis* devitaret. Scilicet largitione Verres illud assecuturum se speraverat, ut iudicium de pecuniis repetundis, quod ei impendebat, in annum sequentem differretur, qua de re videndum est eius orationis cap. 10. 2. Aliquid declinare, fugere. Tusc. II. 26. *Videmusne, ut apud magistros eorum ludorum, qui Gymnici vocantur, magnos honos sit, nullum ab iis, qui in id certamen descendant,* devitari *dolorem.* Att. IX. 6. *ne Caesar se a me* devitatum *putet*

DEVIUS. 1. Sensu proprio. Att. III. 7. *sed itineris causa ut devertar, primum est* devium. Att. XIV. 10. *Trebonius itineribus* deviis *proficiscitur in provinciam.* Phil. II. 41. *Anagnini quum essent* devii *obviam ei descenderunt.* 2. Per translationem. Lael. 25. *quid potest esse tam flexibile, tam* devium *quam animus assentatoris,* scil. quia assentator sibi non constat idem

modo ait, modo negat, ut Gnatho ille Terentianus Eunuch. II. 2, 22. Phil. V. 13. *homo in omnibus consiliis praeceps et* devius. Acad. III. fragm. *quod si liceret ut iis, qui in itinere deerassent, sic vitam* deviam (*ein ausschweifendes Leben*) *secutis, corrigere errorem poenitendo, facilior esset emendatio temeritatis.*

DEUNX, undecim unciae seu $\frac{11}{12}$ unius Assis. Caecin. 6. *facit heredem ex deunce et semuncia Caecinam.*

DEVOCARE. Prov. Cons. 12. nihil est quod eum (Caesarem) *de provincia* devocent; *ad gloriam* devocant, *ad triumphum, ad gratulationem* etc. Manil. 14. *ab instituto cursu ad praedam aliquam* devocavit. Tusc. V. 4. *Socrates primus philosophiam* devocavit *de coelo;* h. e. desiit de rebus coelestibus, astris etc. philosophari. Her. II. 2 *in suspicionem maleficii* devocari.

DEVOLARE. Quint. 30. *ab afflicta amicitia transfugere, et ad florentem aliam* devolare. Her. IV. 17. *qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt hi simulac fortuna dilapsa est,* devolant *omnes.*

DEVOLVERE. Att. IX. 10. *deliberationem accuratius* devolvere. Phil. VII. 4. *non auditis sententiam meam flagitari? cui quum pridie frequenter essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis* devoluti.

DEVORARE. 1 Deglutire. N. D. II. 54. *Stomachi partes, quae sunt infra id, quod* devoratur. 2. Cupide legere, audire; item de rebus omnibus, quae nobis valde placent, etc. Att. VII. 3. devorare *libros.* Sext. 10. *verbum ipsum voluptatis omnibus modis animi et corporis* devorabat, ubi vid. Abramius. 3. Perferre res graves et molestias. Item, facere aliquid, quamquam molestum. Phil. VI. 5. devorare *molestiam.* Brut. 67. devorare *stultitias et ineptias hominum.* Att. IV. 5. *dudum circumrodo, quod* devorandum *est.* 4. Decoquere. Fam XI. 21. *hanc ipsam rem recentem novam* devoravit. Pis. 21. *quum partim eius praedae profundae libidines* devorassent. Phil. XIII. 3. *qui suis rebus exhaustis, beneficiis Caesaris* devoratis *fortunas nostras concupierunt.* 5 Praecipere animo, de iis rebus, quas certe speramus nos consecuturos. Dom. 33. devorare *aliquid spe et avaritia.* Verr. I 51. *qui iam spe et opinione illam praedam* devorasset. 6 Brut. 82. *eius oratio nimia religione attenuata, doctis et attente audientibus erat*

illustris; a multitudine autem et foro, cui nata est eloquentia, devorabatur: h. e. audiebatur quidem, sed ita, ut nihil voluptatis afferret, et a paene invitis, neque intelligebatur adeo, aut sentiebatur eius vis: quemadmodum qui cibos insuaves necessario comedunt, non comminutos et gustatos deglutiunt. De hoc genere dicendi Cicero aliis locis dicit, *abhorret a populari ratione. Ern.*

DEVOTARE, devovere. Parad I. 3. *quae vis filium* (Decii) devotavit. Sic Mss. et edd. veteres. vid. Gruter. ad Plaut. Casin. II. 6. 36.

DEVOTIO. N. D. III. 6. *tu autem etiam Deciorum* devotionibus *deos placatos esse censes.* Dom. 57. *hanc ego* devotionem capitis *mei convictam esse et commissam putabo.* Vid. mox *Devovere.*

DEVOVERE, proprie idem est, quod vovere. vid. v. c. Off. III. 25. deinde est certis ritibus morti, s. Telluri et Diis manibus, consecrare, pro salute rei publ. et pernicie eius aliqua et calamitate avertenda: de quo est locus classicus ap. Liv. VIII. 9. 10. Fin. II. 19. *quum se Decius* devoveret, unde illi etiam *caput suum devovere* dicuntur, qui se aut periculis maximis intrepide pro patria obiiciunt, ut faciunt, qui se devoverunt: Quir. p. R. 1. *quum me fortunasque meas pro vestra incolumitate, otio, concordia* devovi; aut votum faciunt, in quo caput suum, tamquam hostiam, diis offerunt, cuius exemplum egregium est pr. Dom. c. 57. Parad. I. 2. *quae vis patrem Decium, quae filium* devovit (al. *devotavit*) *in armatas hostium copias.* Off. III. 25. *Agamemnon, quum* devovisset *Dianae quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno,* immolavit *Iphigeniam.* ⁂ Ducitur hinc etiam lusus ille Ciceronis Phil. XI. 6. *videte etiam P. Decii auctionem: qui maiorum suorum vestigia persequens, pro alieno se aere* devovit. 2. Div. I. 48. *hinc Remus auspicio se* devovet; h. e. auspicio capiendo se accingit, ex Ennio. *Ern.*

DEVOTUS, destinatus. Har. R. 3 *Clodius*, devota *Annio hostia et constituta*, h. e. quem certo video ab Annio Milone interfectum iri.

DEUS. 1. N. D. I. 8. Deus *opifex aedificatorque mundi.* Univ. 5. Deus *effector mundi atque molitor.* Somn. 2. *ille princeps* deus, *qui omnem hunc mundum regit,* Univ. 6. deus *ille aeternus hunc perfecte beatum* deum *procreavit.* Tusc. I. 11. *harum sententia-*

rum quae vera sit, deus *aliquis viderit*. Fam. XIV. 7. deus *aliquis mihi medicinam fecisse videtur*. Fam. XVI. 12. *nisi quis deus, vel casus aliquis subvenerit*. N. D. II. 2 deus *praesens et praepotens*. 2. *Deus* interdum de *deabus* dicitur Tusc. I. 47. de Iunone. Inv. II. 31. de Diana. 3 Dii. Verr. I. 3. dii *patrii*. Brut. 9. *o* dii *boni, quid quaeso nos aliud agimus?* Off. II. 2. *quid est enim per* deos, *optabilius sapientia*. Phil. VIII. 3. *Nunquid tale habemus?* Dii meliora! (*Gott bewahre!*) *id enim ipsum agimus*. Formula *si diis placet* usurpatur ad ironiam significandam. Pis. 16. *appellatus est hic vulturius*, si diis placet, *imperator*. Q. Fr. II. 4. diis *hominibusque plaudentibus*. 4. Deus pro sospitatore ad Quir. p. Red 5. *Lentulus consul parens*, deus, *salus vitae nostrae*. 5 Deus dicitur qui in aliqua re excellit. Orat. I. 42. *dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper* deus *esse videris*. Ibid. I. 23. *te in dicendo semper putavi* deum. N. D. II. 12. *Plato philosophorum* deus.

DEXTELLA, de eo, qui potentiori familiaris est, et auctoritate apud eum pollet. Att. XIV. 20. *Qu. filius Antonii est* dextella; (ut Germani: (*ist seine rechte Hand*) *per eum igitur quod volumus facile auferemus*.

DEXTER. Fam. X. 30. dexterius *cornu*.

DEXTRA s. DEXTERA. Univ. 13. *Nam et ante et pone, ad laevam et ad* dextram, *et sursum et deorsum* Phil. XII 11. *in urbe facilis est circumspectus unde exeam, quo progrediar, quid ad* dextram, *quid ad sinistram sit*. Ibid. X. 5. *Graecia tendit* dextram *Italiae suamque ei praesidium pollicetur*. Ibid. XI. 2. dextrae *quae fidei testes esse solebant sunt perfidia et scelere violatae*

DIADEMA, est fascia alba, qua caput redimire reges olim solebant; unde insigne regiae potestatis putabatur. Male quidam interpretantur coronam, quae hodie eius vim obtinet. Phil. II. 34. *sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea*, coronatus (hic nil regium, et tamen coronae mentio): *adscendis, accedis ad sellam*, diadema *ostendis, gemitus toto foro — — tu* diadema *imponebas eum plangore populi*. vid. Cuper. Observ. I. 6. Casaubon. ad Sueton. Cos. 79 Ciampin. oper. Music. c. 14. p. 110. etc. *Ern.* Cf. Phil. III. 5. it. X. 3. *nisi forte eos, qui* diadema

imposuerunt conservandos, eos qui nomen regis sustulerunt, deserendos putatis.

DIAETA, lenia remedia, inprimis illud, quod dies et tempus affert: opponitur vis. Att. IV. 3. *diaeta curare incipio, chirurgiae taedet.* Respiciuntur verba quae proxime praecedunt, ubi in illo tumultu, qui describitur, Clodium dixerat *facile occidi potuisse.*

DIALECTICA, s. DIALECTICE, est pars logices, quae rationem disserendi ac disputandi tradit. Orat. II. 38. *Videsne Diogenem fuisse, qui diceret artem se tradere bene disserendi et vera ac falsa diiudicandi, quam verbo Graeco διαλεκτικὴν appellaret. In hac arte, si modo est haec ars, nullum est praeceptum, quo modo verum inveniatur, sed tantum est quo modo iudicetur.* Fin. II. 6. dialecticam *contemnit Epicurus, quae una continet omnem et perspiciendi quid in quaque re sit scientiam, et iudicandi, quale quidque sit, et rationem via disputandi.* Ac. pr. II. 28. dialecticam *inventam esse dicitis veri et falsi quasi disceptatricem et iudicem — — quae primo progressu festive tradit elementa loquendi et ambiguorum intelligentiam concludendique rationem, tum paucis additis venit ad soritas, lubricum sane et periculosum locum.* Top. 2. *iudicandi vias* (Stoici) *diligenter persecuti sunt ea scientia quam* Dialectices *appellant. Inveniendi vero artem, quae* Topice *dicitur — totam reliquerunt.*

DIALECTICA, plur. Brut. 31. *Stoicorum in* dialecticis *omnis cura consumitur.* Fin. III. 12. *Carneades egregia quadam exercitatione in* dialecticis. Att. XIV. 12 *Vestorius homo remotus a* dialecticis, *in arithmeticis satis exercitatus.*

DIALECTICE. Fin. II. 6. *Rhetorice nos mavis, quam* dialectice *disputare?* Ac. post. I. 2. *multa admissa ex intima philosophia, multa dicta* dialectice.

DIALECTICUS. 1. Fin. II. 6. dialecticae *captiones.* Div. II. 59. *si velim — geometricum quiddam aut physicum aut* dialecticum *explicare.* 2. *Dialectici* sunt praeceptores s. auctores dialecticae disciplinae. Orat. 32. *disputandi ratio* dialecticorum *sit, oratorum autem dicendi et ornandi.* Ac. post. I. 7. dialecticorum *verba nulla sunt publica, suis utuntur.* Ac. pr. II. 30. *mina merces erat* dialecticorum. Dom. 18. *Sexte noster bona venia quoniam iam* dialecticus es (ironice) *et hoc quoque ligurris.*

DIALOGUS. Fam. II. 9. *scripsi tres libros in disputatione et* dialogo. Brut. 60. *quum disputatio inter eos esset ut est consuetudo* dialogorum.

DIARIUM. Att. VIII. 14. *iis* diariis *Caesar militum celeritatem incitat, ut timeam, ne citius ad Brundisium, quam opus sit, accesserit.* Diaria h. l. sunt stipendia aut praemia in singulos dies promissa, sc. si celeriter ire pergant. Nam quicquid datur in dies singulos, diarium dicitur. Servorum quoque sunt diaria, i. e. cibi in dies singulos assignati, prout se fideles praestiterint. vid. Intt. ad Petron. c. 24. Graevius etiam laudat Victorii Var. lectiones. Locus est. L. I. c. 13. *Ern.*

DIBAPHUS, vestis bis tincta, primo cocco, deinde purpura, qua utebantur sacerdotes. Fam. II. 16. *Curtius* dibaphum *cogitat, sed eum infector moratur.* Att. II. 9. *strumam Vatinii sacerdotii* dibapho *vestiant.* vid. Ind. Graec. δίβαφος *Ern.*

DICA, *γραφή*, actio, quae alicui intenditur. Verr. II. 15. *scribitur Heraclio* dica. *Ibid.* dicas *sortiri*, est forum agere; et quum dicitur *dicam sortiri*, id est, iudices dare sortitione: et quoniam id fit, quum caussa agenda est, dicitur etiam pro causam cognoscere; quoniam in conventu forensi, quum causae agendae sunt, iudices sortitur praetor, qui causam cognoscant et iudicent. Qui putant rationem ductam, a sortitione, nescio qua, ipsarum dicarum, ut sc. quo ordine agendae sint causae, constituatur, locum Ciceronis non recte perpenderunt. *Dicas sortiri*, dicitur, ut *iudicia reiicere*, pro iudices reiicere, et alia his similia. Rem conficiunt haec verba c. 17. *venit in mentem, e lege Rupilia* dicas sortiri *oportere. Educit ex urna tres: iis ut Heraclium absentem condemnent, imperat. Ern.*

DICACITAS. Orat. II. 54. *Duo sunt genera facetiarum; alterum aequabiliter in omni sermone fusum; alterum peracutum et breve. Illa superior cavillatio, haec altera* dicacitas *nominatur.* Orat. 26. Sales — *quorum duo genera sunt, alterum* facetiarum, *alterum* dicacitatis. *Utetur utroque, sed altero in narrando aliquid venuste; altero in iaciendo mittendoque ridiculo.* Orat. II. 60. *Scurrilis* dicacitas *oratori magnopere fugienda est.* Ibid. dicacitatis *moderatio et temperantia.* Att. I. 10. *genus morosum (ridiculi) quod etiam sine* dicacitate *ridetur.*

DICARE. 1. Balb. 17. dicare *se civitati*. Ibid. 15. dicare *se in civitatem*: est ius civitatis petere et consequi. 2. Orat. III. 3. *adolescentes, qui Crasso se dicarant*, i. e. se ad eum applicarant, eius partes sequebantur etc. 3. Leg. II. 3. *ordire igitur, nam hunc tibi totum* dicamus *diem*. Fam. II. 6. *huic meae laudi tuum studium* dices.

DICATIO. Balb. 11. *non solum* dicatione, *sed etiam postliminio potest civitas mutari*. Vid. dicare.

DICERE. 1. Proprio sensu; *sagen*. Caecil. *Nihil* dico *de meo ingenio neque est, quod possim* dicere, *neque si esset* dicerem. 2. *Aussprechen* Div. II. 46. *Demosthenem scribit Phalereus, quum Rho* dicere *nequiret, exercitatione fecisse, ut planissime* diceret. 3. *Vortragen, in einer Rede anbringen*. Phil. II. 17. *Vide quid inter te et avum tuum* (M. Antonium oratorem) *intersit. Ille sensim* dicebat, *quod causae prodesset, tu cursim* dicis *aliena*. Orat. 56. *Versus saepe in oratione per imprudentiam* dicimus. 4. *Sprechen*. N. D. I. 12. *de Platonis inconstantia longum est* dicere. (*ware viel zu sprechen.*) Off. I. 37. *quum de absentibus detrahendi causa aut per ridiculum, aut severe maledice contumelioseque* dicitur. Fam. XII. 2. *non* dicere *visus Antonius sed vomere*. 5. De oratione forensi. Orat. 32. *aliud videtur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui quod* dicere, *attamen utrumque in disserendo est*. Orat. II. 27. *Ratio omnis* dicendi *tribus ad persuadendum rebus est nixa; ut probemus vera esse ea, quae defendimus; et conciliemus nobis eos, qui audiunt; ut animos eorum ad quemcunque causa postulabit motum vocemus*. Inv II. 48. dicere *a scripto* est scripturam legis vel testamenti defendere. Aliud est *dicere de scripto*, i. e. orationem non memoriter, sed e scripto libello recitare. Planc. 30. *recitetur oratio, quae propter rei magnitudinem* dicta de scripto *est*. *Sic* Att. IV. 3. dicere *sententiam de scripto*. 6. De dictione philosophica. Ac. pr. II. 43. *Theophrasto multa diserte copioseque* dicente. Ibid. 19. *nunquam arbitror contra Academiam* dictum esse *subtilius*. Tusc. I. 17. (numerum esse animum) *subtiliter magis quam dilucide* dicitur. 7. *Causam dicere* est reum esse et contra accusatorem se defendere. Rosc. Am. 5. *accusant ii qui in fortunas huius invaserunt*; causam dicit *is cui praeter calamitatum nihil reliquerunt* etc. Sic Quint. 8. causam *de ca-*

fuisset, sed dictavi *propter lippitudinem.* Att. II. 23. *haec ambulans* dictavi *recreandae voculae causa.* Q. Fr. III. 1. *haec inter cenam Tironi* dictavi. Att. XIV. 24. *haec scripsi seu* dictavi *apposita secunda mensa.*

DICTATA, sunt theses, praecepta, decreta, quae a magistris artis alicuius discipulis scribenda traduntur, ut ab iis ediscantur. Et quoniam huiusmodi dictata non adeo solent aut debent esse acuta et subtilia, in iis acquiescere, iis uti, in contemtu habetur. Q. Fr. III. 1. *meam in illum orationem omnes pueri tamquam* dictata *ediscunt.* Tusc. II. 11. *versus admiscet, quasi* dictata, *nullo dilectu, nulla elegantia.* N. D. I. 26. *ista enim a vobis tamquam* dictata *redduntur.* Fin. II. 29. extr. *si longus, levis, si gravis, brevis. Haec sunt* dictata. Ibid. IV. 4. de Peripateticis disserendi artis peritia: *quae quidem res efficit, ne sit necesse, de iisdem rebus semper quasi* dictata *decantare, nec unquam a commentariolis suis discedere. Ern.*

DICTATOR. 1. Summus magistratus apud Romanos, isque extraordinarius. Fin. III. 22. Phil. II. 34. Att. IX. 18. Q. Fr. III. 8. 2. Magistratus municipalis nomen in municipio Lanuvino. Mil. 10.

DICTATORIUS. Cluent. 44. *Videte ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus, quam illa acerbissima proscriptio* (Sullae dictatoris) *possit afferre; ne censorium stilum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retuderunt, aeque posthac atque illum* dictatorium *gladium pertimescamus.*

DICTATURA, dictatoris munus. Phil. I. 2. *is* dictaturam, *quae vim iam regiae potestatis obsederat, funditus ex re publ. sustulit.* Q. Fr. II. 14. *erat aliqua suspicio* dictaturae *nec ea quidem certa.*

DICTERIUM. Fragm. ep. ap. Macrob. Sat. II. 1. *Nostri — quae facete et breviter et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari* dicteria *voluerunt.*

DICTIO. 1. Quodvis dicendi genus, Vortrag. Orat. I. 6. *Graecos homines video seposuisse a ceteris* dictionibus *hanc partem dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum versaretur.* Ibid. 15. *quaecunque res inciderit, quae sit* dictione *explicanda.* Ibid. 33. *Quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt* (ea nemo) *nisi*

DIES. 1. Dicitur saepe et variis modis *de die certo* et *constituto*, ut de eo, qui agendis causis in foro dictus est. Verr. II. 15. iste *omnibus dicis* diem (den Termin) *distulit;* imprimis *de die solutionis*. Planc. 28. *quum cuiusque* dies *venerit*. cf. ad Att. XVI. 15. Tusc. I. 39. *nulla* die (solutionis) *praestituta*. Quint. 25. *nominis* diem *petivit*. Att. VIII. 10. dies *nondum est*. Att. X. 5. dies *pecuniae* Id. Novemb. ad Div. VII. 23. dies *annua:* est dies solutionis, quae est, exacto anno uno. vid. Manut. ad h. l. ubi et de *die bima* et *trima* agitur. Her. I. 14. dies *commeatus*, i. quo venia absentiae finitur. Att. I. 10. extr. *Tullia tibi* diem dat; i. e. diem solutionis constituit. cf. Gronov. ad Senec. Benef. IV. 12. 2. Porro de certis morborum diebus, quibus sc. febris accedit, dicitur. Att. IX. 2. *etsi Id. Mart.* die tuo, *ut opinor, expectabam epistolam a te longiorem* etc. Contra XIII. 12. de natali: diem *meum scis esse III. Non. Ian. aderis igitur*. Orat. 13. *quum* dies *meus venerit*, pro die mortis. 3. Tempus, spatium temporis. Act. 1. in Verr. 2. diem *perexiguum postulavi*. Tusc. III. 22. dies *procedens mitigat aegritudinem*. Fam. I. 6. *ut infringatur inimicorum improbitas — — ipsa* die. 4. Pro eo, quod in die fit. Fam. I. 2. *hic* dies *nobis honestissimus in senatu fuerat;* h. e. quae eo die in senatu acta sunt, nobis honestissima fuere. Att. X. 8. *non tam dirus ille* dies *Sullanus C. Mario fuisset*. vid. Gronov. Observ. I. 2. p. 29. et ad Senec. de Ira III. 36. Duker. ad Flor. II. 6. 58. 5. In diem vivere: non eodem sensu ubique dicitur. Habet tamen semper aliquam incuriae et negligentiae significationem. Phil. II. 34. *cum perditissimis latronibus non solum* de die, *sed etiam in* diem *vivere* (*nicht nur ganze Tage, sondern auch in den Tag hinein leben*) Graevius ita interpretatur: omnia divina et humana contemnere, nec de futuro aut iudicio hominum sollicitum esse. Orat. II. 40. est simpliciter, futuri curam non habere: *si barbarorum est*, in diem vivere, *nostra consilia sempiternum tempus spectare debent*. Academici eleganter dicuntur, *in diem vivere*, quia quotidie parati sunt ad mutandam de rebus sententiam. Tusc. V. 11. *Vos in diem vivimus, quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus*. Ei obiectum erat, se in alio libro aliter sensisse: respondet, Academicos non curare, quid aliquando statuerint, aut olim sint statuturi. 6. De for-

mulis: *proferre, producere, eximere; obire diem* etc. suis locis agitur. 7. *In diem* etiam aliter dicitur, et opponitur adverbio *statim*. Petit. 12. *si promittas, et incertum est*, in diem (scil *promittas*) *sin autem id neges, et certe abalienes, statim.* Cael. 24. *cur poenas scelerum* in diem *reservatis.* 8. Phil. II. 33. *alio die:* est formula, qua obnunciatio fiebat in comitiis. 9 Phil. III. 8. *in ante diem IV. Kal. Dec.* cf. Catil. I. 3. etc. idem est, ac si diceretur: *in diem IV. ante Kalendas Dec.* vid. Ferrar. ad Phil. III. 8. qui multa ex Cicerone et aliis exempla congessit. cf. Cortius ad Sallust. Catil. 30. 1. 10. Genitivus *dies* pro *diei*, est pro Sextio 12. vid. not. *Ern.*

DIFFERENS. Orat. I. 42. *Genus est id quod sui similes communione quadam, specie autem* differentes *duas aut plures complectitur partes.* Orat. 23 de oratore in genere tenui: *summissus est — ab indisertis re plus quam opinione* differens. Leg. I. 13. Aristoteles *et* Theophrastus *cum illis* (ex Academia vetere) *re congruentes, genere docendi paullum* differentes. Ibid. I. 10. *Ratio qua una praestamus maxime beluis — certe est communis, doctrina* differens, *discendi quidem facultate par.* Fat. 4. *quoniam tantum natura a natura distat, quid mirum est has dissimilitudines ex* differentibus *causis esse factas?*

DIFFERENTIA. 1. Discrepantia. Fin. V. 19. *ita fit, ut quanta* differentia *est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumque dissimilitudo.* Off. I. 27. differentia *honesti et decori* . . . . differentia *naturarum.*

DIFFERRE. 1. Sensu transitivo. Q. Fr. II. 7. *cetera praesenti sermoni reserventur; hoc tamen non possum* differre. Brut. 87. *rem commovisti nova disputatione dignam, quam in aliud tempus* differamus Fam. V. 12. *sin* differs *me* (i. e. *historiam de consulatu meo*) *in aliud tempus.* Fin. IV. 1. quum Cicero finita Catonis disputatione, spatium se sibi sumpturum ad cogitandum dixisset, ille respondet: *in hac me causa tempus* (tibi) *dicaturum putas?* Rosc. Am. 9. *rem* differre *quotidie ac procrastinare.* Quint. *cum ceteris quae habebat vadimonia* differt. Phil. VI. 7. *venit tempus — ita maturum ut differri hora non possit.* Verr. II. 32. *vim doloris in posterum* differre. 2. Sensu intransitivo. Orat. 20. Poetae

tae quaestionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent *ab oratoribus.* Brut. 40. *aetates vestrae — nihil aut non fere multum* differunt. Off. I. 27. *decorum*, i. e. *quod consentaneum sit hominis excellentiae, in eo, quo natura eius a reliquis animantibus* differat. N. D. I. 29. *si una omnium* (deorum) *facies est, florere in caelo* Academiam *necesse est. Si enim nihil inter deum et deum* differt, *nulla est apud deos cognitio, nulla perceptio.* Orat. III. 51 *mirabile est, quum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum* differat *in iudicando.* Fat. 4. *inter locorum naturas, quantum intersit videmus, alios esse salubres, alios pestilentes; — multaque sunt alia quae inter locum et locum plurimum* differunt. Inv. I. 27. *Occasio cum tempore hoc* differt. Orat. II. 23 *multi naturis* differunt, *voluntate autem similes sunt et inter sese et magistri.* Fin IV. 2. *hoc — dico, a veteribus Peripateticis Academicisque, qui re consentientes vocabulis* differebant *hunc locum — copiose esse tractatum.* Tusc. IV. 11. *haec quae dico, cogitatione inter se* differunt, *re quidem copulata sunt.* Div. II. 36. *Solebat ex me Deiotarus percontari augurii nostri disciplinam; ego ex illo sui. Dii immortales! quantum* differebat! *ut quaedam essent etiam contraria.*

DIFFICILE, adverbialiter. Inv. II. 56. Difficile *fieri* (id dicimus) *quod quamquam laboris, sumptus, molestiae longinquitatis indiget, atque aut omnes aut plurimas, aut maximas causas habet* difficultatis, *tamen his susceptis* difficultatibus *compleri atque ad exitum perduci potest.*

DIFFICILIS. 1. Univ. 11. Difficile *factu est, a diis ortis fidem non habere.* Fam. I. 7. difficile *dictu est de singulis.* Orat. I. 58. *si de finibus — controversia est, contortas res et saepe* difficiles *necessario perdiscimus.* N. D. III. 39. *haec dicere habui de natura deorum — ut intelligeretis quam esset obstura, et quam* difficiles *explicatus haberet.* Caecil. 11. *intelligo, quam scopuloso* difficilique *in loco verser.* Off. I. 35. difficilibus *ad eloquendum.* 2. De hominibus morosis. Orat. 29. *usque eo* difficiles *ac morosi sumus* (schwer zu befriedigen.) N. D. III. 29. *parens illepidus et in liberos* difficilis Sen. 3. *Senes moderati nec* difficiles *nec inhumani tolerabilem agunt senectutem.* 3. De tempore. Phil. V. 13 *Bruti opera* difficillimo *reip. tempore esse*

DIFFIDENTIA. Tusc. IV. 37. *metus est* diffidentia *exspectati mali.*

DIFFIDERE. Fin. II. 27. *qui* diffidet *perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est.* — Cluent. 23. *Verisimilius est — eum certe potius* (iudices corrupisse), *qui sibi aliqua ratione* diffideret, *quam eum qui omni ratione confideret.* Orat. 1. *vereor ne — tardem studia multorum, qui desperatione debilitati experiri nolint, quod se assequi posse* diffidant. Mur. 21. *Videsne tu illum tristem, demissum? iacet,* diffidit, *abiecit hastas.* Div. II. 3. *dicendum est mihi — sed ita nihil ut affirmem, quaeram omnia, dubitans plerumque, et mihi ipse* diffidens. Mur. 30. *fatebor me quoque in adolescentia* diffisum *ingenio meo, quaesisse adiumenta doctrinae.* Fam. IV. 5. *Plura me scribere pudet — ne videar prudentiae tuae* diffidere. Att. XII. 42. *de Othone* diffido.

DIFFINDERE. Univ. *hanc coniunctionem duplicem in longitudinem* diffindit. Div. I. 13. *Saxum* diffissum.

DIFFITERI. Fam. X. 8. *numquam* diffitebor, *multa me — et simulasse invitum et dissimulasse cum dolore.*

DIFFLUO. 1. Brut. 91. *Molo dedit operam — ut nimis redundantes nos, et superfluentes — reprimeret, et quasi extra ripas* diffluentes *coerceret.* Off. I. 30. diffluere *luxuria.* Orat. III. 32. *Graeci — otio* diffluentes. 2. Brut. 79. *diffluentia* in oratione dicuntur, quae non sunt numerosa, non adstricta numeris, Orat. 79. diffluens *et solutum.*

DIFFUGERE. Phil. II. 42. *metu perterriti repente* diffugimus. Off. III. 32. *qui periculo mortis* diffugissent.

DIFFUNDERE. 1. Sensu proprio. N. D. II. 55. *sanguis per venas in omne corpus* diffunditur. Ibid. 10. *aqua neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se, admisto calore liquefacta et dilapsa* diffunderet. Sen. 15. *Terra semen tepefactum vapore et compressu suo* diffundit. 2. Metaphorice. Div. I. 31. *dii vim suam longe lateque* diffundunt. Lael. 13. *virtus et bonus amici quasi* diffunditur (i. e. laeti iam percipit) *et incommodis* contrahitur.

DIFFUSE. Inv. I. 52. *res disperse et* diffuse *dictae,* i. e. aliis atque aliis locis dictae.

Rosc. Com. 3. *utrum cetera nomina in codicem accepti et expensi* digesta *habet?* Q. Fr. II. 13. *facies ut mea mandata* digeras, *persequare, conficias.* Orat. II. 19. *ut eas quatuor, quinque, sexve partes, vel etiam septem (quoniam aliter ab aliis* digeruntur) *in quas est ab his omnis oratio distributa.* Orat. I. 42. *si quispiam — effecerit — ut omne ius civile in genera* digerat, *quae perpauca sunt.* Ibid. I. 41. *nulli fuerunt, qui illa artificiose* digesta *generatim componerent.* Inv. I. 30. *descripte et electe in genus quodque causae, quod cuique conveniat ex hac copia* digeremus.

DIGESTIO. Orat. III. 53. est figura sententiarum, qua orator id agit, *ut aliud alii tribuens dispertiat.* Orat. 40.

DIGITULUS. Scaur. fr. *duobus* digitulis *gulam oblisit.*

DIGITUS. Acad. pr. II. 47. *Scire negatis quemquam rem ullam nisi sapientem. Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. Nam quum extensis* digitis *adversam manum ostenderat,* visum, *inquiebat, huiusmodi est. Deinde quum paullum* digitos *constrinxerat,* assensus *huiusmodi. Tum quum plane compresserat pugnumque fecerat,* comprehensionem *illam esse dicebat. — Quum autem laevam manum admoverat, et illum pugnum arcte vehementerque compresserat,* scientiam *talem esse dicebat, cuius compotem nisi sapientem esse neminem.* 2. *Digitum tollere* est licitantium in auctionibus. Verr. III. 11. digito *liceri.* Verr. I. 54. *tollit* digitum *Iunius.* 3. Cael. 12. *qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae et* extremis, *ut dicitur,* digitis *attigissent.* 4. Orat. I. 46. *ut commonstrarem tantum viam, et ut fieri solet,* digitum *ad fontes intenderem.* 5. Verr. IV. 15. *pueri Sisenam — oculos de isto* (Verre) *nunquam deiicere, neque ab argento (quod erat expositum)* digitum *discedere,* (ne ille forte quid furtim auferret.) Att. VII. 3. *mihi certum est, ab honestissima sententia* digitum *nusquam.* Att. II. 1. digito *caelum se putant attingere principes civitatis, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant.*

DIGLADIARI. 1. Sensu proprio armis depugnare. Leg. III. 9. 2. Metaphorice de philosophorum concertationibus. Off. I. 9. Tusc. IV. 21. Acad. post. 1. fr. ap. Non. *quid Antipater* digladietur *cum Carneade tot voluminibus.*

DIGNITAS, definiente ipso Cicerone. Inv. II. 55. *est alicuius honesta auctoritas quae cultu, honore et verecundia digna est.* Sed haec definitio non omnibus locis convenit. Et quoniam saepe in hoc verbo interpretando tironibus aqua haeret, alias afferemus, quarum ope facile ubique huius verbi vis intelligi et erui possit. 1. *Dignitas* est conditio, qua quis dignus est aliqua re, tamquam magistratu, honore, verecundia etc. beneficio: quae definitio fere convenit cum Ciceroniana. Mur. 8. *non eundem ordinem esse* dignitatis *et renunciationis.* Ibid. 9. dignitate *contendere:* h. e. quis altero sit consulatu dignior. Ibid. 11. *summa* dignitas *esset in iis* etc. dignissimi sunt consulatu. Ibid. 13. dignitas *consularis in ista scientia non fuit;* h. e. nemo propter illam scientiam dignus consulatu iudicatus est. Div. XI. 17. *Lamia petit praeturam: omnes intelligent, nec* dignitatem *ei deesse, nec gratiam.* Verr. II. 69. *an quorum auctoritate statuas tuas cohonestare conatus es, eorum ego* dignitate *accusationem meam comprobare non potero?* h. e. si statuas tuas tibi honorificas potuisti efficere, quod Siculos auctores earum ponendarum dixisti fuisse, ego etiam mihi honestum esse probabo, te accusare, si dixero, Siculos esse dignos, quibus hoc officii tribuatur a me. 2. Iam quoniam ii, qui digni sunt, quibus huiusmodi res tribuantur, in quadam amplitudine, splendore et auctoritate sunt, propterea *dignitas* etiam dicitur pro splendore, amplitudine, auctoritate, quae ex magistratibus rebusque publicis bene gestis, sapientiae opinione etc. proficiscitur. Off. I. 39. *ornanda* dignitas *domo.* Verr. II. 29. *nitebatur frequentia consilii et* dignitate, pro quo aliis locis *splendor* dicitur. Sensus autem hic est: hoc potissimum confidebat causae suae, quod iudices essent non solum multi, qui non facile omnes possent corrumpi, sed etiam prudentes, iusti et hac laude insignes, atque digni adeo, qui iudicarent causas. Hic sensus est maxime obvius. 3. Est adeo ubi pro magistratu dicitur. Fam. II. 9. *laetor tum praesenti tum etiam sperata tua* dignitate. Ubi vid. Manut. 4. *Dignitas* dicitur de iis rebus, quae aliquo dignae sunt, h. e. eum decent, eique conveniunt, ei denique debentur. Off. I. 39. *plena* dignitatis *domus:* h. e. digna domini persona. Ibidemque *species* et *dignitas* iunguntur. Q. Fr. I. 2. *species ipsa tam gratiosi liberti aut servi* dignitatem *habere nullam potest.* Tusc.

V. 10. dignitate *sententiae capitur;* h. e. quia honesta est, digna homine honesto. Orat. II. 85. *retinere* dignitatem *in rebus asperis:* h. e. fortem se praebere: fortitudo autem in rebus adversis maxime decet magnos homines et sapientes. Inv. II. 53. *iustitia est habitus, suam cuique tribuens* dignitatem. 5. Hinc, quoniam apta et pulchra, neque tamen nimis venusta forma et species decet viros, propterea *dignitas* etiam de pulchritudine viro digna dicitur. Off. I. 30. *in forma* dignitas et venustas. cf. Inv. II. 1. 6. Neque solum de pulchritudine formae humanae, sed etiam aliarum rerum. Orat. I. 51. de oratore: *agere cum* dignitate *et venustate.* 7. Ipsum denique πρέπον, ἦθος quod rhetores dicunt, dignitas *vocatur.* Inv. I. 21. *personarum* dignitas *servare. Ern.*

DIGNUS. 1. Philipp. III. 9. haec vérba in edicto M. Antonii reprehenduntur a Cicerone: *Nulla contumelia est quam facit* dignus. Horum verborum quae fuerit sententia quaesitum est. Et Io. Fr. Gronovius quidem diversas XV doctorum virorum de iis sententias postquam enumeraverat, sic ipse ea explicuit: (obss. lib. III. cap. 8.) „*Dignum* meo iudicio dixit Antonius, qui iure potest et debet. Exemplum est in eo, qui lacessitus respondet vel graves inimicitias persequitur. Herus, quum Davum vel Getam vocat *furciferum* aut *mastigiam* nullam ei contumeliam infert. Sic ille rhetor: *impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto officium.* Quasi in duobus posterius nominatis generibus ὕβρις non sit. Qui convicium convicio diluit, in eum actio iniuriarum non datur. Vespasianus pronuntiavit, non oportere maledici senatoribus, remaledici civile fasque esse. *Dignus* igitur hoc casu talis, qui iure et merito facit, qui excusatus facit, qui sine culpa facit, qui debet seu iure, seu irritatus, seu ob mores suos notos, seu quacumque de causa; quem decet licetque facere, quod si ab alio vel in alium fieret merito pro contumelia haberetur. Sic apud Senecam de Ira lib. III. c. 18. *Dignus erat Marius, qui illa pateretur, Sulla qui iuberet, Catilina qui faceret; sed indigna res publica, quae in corpus suum et hostium et vindicum gladios reciperet.* Debebat hoc Sulla facere, ob crudelem animum, Catilina ob cetera scelera; decebat eos hoc opus. Valerius Maximus lib. IX. cap. 2. *Carthaginienses Atilium Regulum, palpe-*

bris resectis, machinae in qua undique praeacuti stimuli eminebant, inclusum, vigilantia pariter et continuo tractu doloris necaverunt. Tormenti genus haud dignum passo, auctoribus dignissimum. Frequentius *indignus* hac significatione et praeivit Terentius in Eunucho (V. 2, 27.) *si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen*, i. e. si ego hoc merebar pati, attamen tu non debebas facere; non conveniebat. — — Sic igitur ait Antonius: Ea non est contumelia, quam facit dignus, qui sic faceret; a quo nihil aliud erat exspectandum; qui debuit facere. Livius de Ciceronis morte apud M. Senecam: *quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nihil crudelius passus erat, quam qued eiusdem fortunae compos ipse fecisset.* Dignus erat Antonius, qui Ciceronem occideret, utpote capitalis hostis; itaque ex hac sentententia Livii (cui tamen saepe me indignatum fateor) non fuit saevitia haec, quam fecit dignus. Idem Livius lib. XXXI. 1. 30. *neque se id queri, quod hostilia ab hoste passi forent; esse enim quaedam belli iura, quae ut facere, ita pati sit fas; sata exuri, dirui tecta, praedas hominum pecorumque agi, misera magis, quam indigna patienti esse.* Iustinus lib. XIV c. 4. in oratione Eumenis: *Cernitis milites, habitum et ornamenta ducis vestri; quae mihi non hostium quisquam imposuit; nam hoc etiam in solatio foret.* Cur, quia phrasi Antonii *fecissent digni.* — — Seneca lib. III. de Ira c. 24. *Amicus est? fecit quod noluit? inimicus est? fecit quod debuit.* Cum Antonio dixisset: *fecit dignus.* Huic optime quadrat quod (apud Ciceronem l. l.) sequitur: *neque timor, quem denuntiat inimicus;* quia nempe iam ante nihil nisi timendum ab eo exspectavi, siquidem sapui. Quicquid igitur denuntiet, non mihi novum timorem iniicit, sed me cautiorem reddit. Etenim *ira, quae tegitur nocet: professa perdunt odia vindictae locum*, ut est apud Senecam. Ceterum Cicero nihil aliud reprehendit in his verbis quam insolentiam. — — Nam quod rogat, quid sit *facere contumeliam* — non exaudio, quasi id dici Latine nolit, sed quod hic loci quid sit illud primo aspectu sit obscurissimum. Porro notum est illud Horatii (A. P. 25.) *brevis esse laboro, obscurus fio,* praesertim si et ingenii species accedat. Atque haec in genera vitiorum incidere etiam linguae peritisssimos

disertissimosque nemo ignorat. Non erat tam illiberaliter educatus Antonius, ut facile barbarismum aut soloecismum committeret. *Magnum virum et nobilis ingenii* appellat Seneca epist. 83. Exstat epistola eius ad Hirtium et Octavium, exstat ad ipsum Tullium, quibus paria exstare plura monumenta magno emptum vellem. Ceterum id vitium quod nos in Antonio ponimus, non vitasse illum Suetonius quoque testatur. Octav. c. 86. *M. quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quae mirentur potius homines, quam intelligant.*" Hactenus Gronovius, cuius interpretationem iam Gesnerus et Ernestius optimo iure probaverunt. Fam. XI. 3. *literae non dignae, quae a te nobis mitterentur*, h. e. quae nec te decebant, nec ad me mitti debebant istis contumeliis indignum. 2. Arch. 3. *omnes qui aliquid de ingeniis poterant iudicare cognitione atque hospitio* dignum *existimaverunt.* Phil. VII. 2. *nomine* (consularis viri) dignus *est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere.* Fam. II. 11. *totum negotium non est* dignum *viribus nostris.* Ac. pr. II. 6. *homines* digni *quibuscum disseratur.* 3. Cum genitivo. Att. VIII. 15. Balbus scribit: *suscipe curam et cogitationem* dignissimam *tuae virtutis.* Harusp. 24. *unum esse in hac civitate* dignum *huius imperii.*

DIGREDI, opponitur verbo *Congredi.* Fam. XII. 18. *periniquo patiebar animo te a me* digredi. N. D. II. 40. *Luna tum* congrediens cum *sole tum* digrediens. Ab hoc verbo differt DEGREDI, saepe in codd. Mss. cum DIGREDI permutatum. His igitur locis, qui sequuntur recte ponitur DEGREDI. Part. 4. *paululum* degredi *de cursu.* Brut. 93. *delectandi gratia* degredi *parumper a causa* (*ein wenig abschweifen.*) Ibid. 87. *sed iam ad id unde* degressi *sumus revertamur.* Inv. I. 51. *nobis de causa* degredi *nisi per locum communem displicet.*

DIGRESSIO, opponitur *congressioni.* Q. Fr. I. 3. *id minus miserum fuit, quam fuisset tum* congressio *tum* digressio *nostra.* Aliud est DEGRESSIO in arte rhetorica. Orat. II 77. *Eae causae sunt ad agendum et ad ornandum gravissimae atque plenissimae, quae plurimos exitus dant ad eius mali* degressionem. Inter figuras sententiarum numeratur. Orat. III. 53. *ab re longa* degressio, *in qua quum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit.* Ab hac de-

iam fluxerunt, severius vincienda sunt. Off. II. 23. *ut praeclarissime constituta res publ.* dilaberetur. Phil. II. 27. *male parta male* dilabuntur. Her. V. 17. *simul ac fortuna* dilapsa *est, devolant omnes.* Tusc. IV. 5. *intento opus est animo, ne omnia* dilabantur, *si unum aliquod effugerit.* Phil. XIII. 5. *sunt alii plures fortasse, sed mea* memoria *dilabuntur.*

DILACERARE. N. D. I. 11. in Mss. et edd. nonnullis legitur *discerpi et* dilacerari *deum.* Sed plerique habent *lacerari.* Mil. 9. *annum integrum ad* dilacerandam *remp. quaerere.*

DILANIARE. Mil. 13. *Tu Clodii cadaver — nocturnis canibus* dilaniandum *reliquisti.*

DILARGIRI. Rull. II. 29. *L. Sulla, qui omnia sine ulla religione, quibus voluit est* dilargitus.

DILATARE. 1. Sensu proprio extendere. Orat. 32. *quum* (digitos) *diduxerat manumque* dilataverat. N. D. II. 55. *pulmones — qui tum se contrahunt aspirantes, tum respiritu* dilatant. Off. I. 22. *Pausaniae Lysandrique rebus gestis — imperium Lacedaemoniorum* dilatatum *putatur.* Leg. III. 14. *haec lex* dilatata *in ordinem cunctum coangustari etiam potest.* Fin. III. 15. *quamquam negent* (Stoici) *nec virtutes nec vitia crescere attamen utrumque eorum fundi quodam modo et quasi* dilatari *putant.* 2. De pronunciatione vasta et agresti (*breite Aussprache.*) Brut. 74. *Cotta se valde* dilatandis *literis a similitudine Graecae locutionis abstraxerat*, i. e. ut I literam tolleret et E plenissimum diceret. cf. Orat. III. 12. — 3. De amplificatione orationis. N. D. II. 8. *Haec quae* dilatantur *a nobis Zeno sic premebat.* Brut. 90. *iusta eloquentia quam* dialecticam dilatatam *esse putant.* Parad. 1. *Cato nullum sequitur florem orationis, neque* dilatat *argumentum.* Flacc. 5. *non* dilatabo *orationem meam. Etenim potest esse infinita.* Partit. 7. *commutatio verborum — simplicibus in verbis ita tractatur, ut aut ex verbo* dilatetur, *aut in verbum contrahatur oratio.* 4. De gloria aut fama. Somn. 6. *Cernis profecto, quantis in angustiis vestra gloria se* dilatari *velit.* Fragm. Hortens. ap. Non. *in continentibus terris vestrum nomen* dilatari *potest.*

DILATIO. Phil. III. 1. *temporis.* Manil. 1. *comitiorum.*

DILAUDARE. Att. VI. 2. *libri quos tu* dilaudas,

DILIGENS. Verr. III. 21. *experientissimus ac* diligentissimus *orator*. Cael. 30. *omnis officii* diligentissimus. Q. Fr. I. 1. diligentissimus *omnium in promerendo*. Planc. 1. *homo studiosissimus ac* diligentissimus *salutis meae*. Orat. I. 33. *si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac* diligens *scriptura superabit*.

DILIGENTIA, providentia. Agr. II. 27. *est operae pretium*, diligentiam *maiorum recordari*. Mil. 24. *laudabam* diligentiam *Cn. Pompeii*. 2. Studium augendae et servandae rei familiaris. Agr. II. 30. *vobis nulla gleba de paternis et avitis possessionibus relinquetur; ac tantum intererit inter vestram et privatorum* diligentiam etc. 3. Off. I. 39. *commoditatis* diligentia. 4. Inv. I. 11. *Negotialis constitutio est, in qua, quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur; cui* diligentiae *praeesse apud nos ICti existimantur*. 5. *Industria* et *diligentia*, quomodo differant, intelligi potest ex Verr. I. 6. *quo in negotio* industriam *meam celeritas reditionis*, diligentiam *multitudo literarum et testium declaravit*. Nempe *diligentia* est quae Graecis *ἀκρίβεια*, cura, providentia; industria est alacritas et studium in labore suscipiendo, urgendo et perferendo. *Ern.*

DILIGENTISSIME, in commendando, intercedendo, deprecando est, cum cura et cum delectu verborum et sententiarum, ex quibus, quantum aliquid velimus, intelligi potest, v. c. Fam. XIII. 10. diligentissime *scribere*. 2. Cum singulari dilectu. Verr. II. 53. *ille enim est magistratus, qui* diligentissime *mandatur a populo*. *Ern.*

DILIGERE. 1. Carum habere. Fin. III. 5. *Placet his quorum ratio mihi probatur simulatque natum sit animal — ipsum sibi conciliari et commendari ad se conservandum et ad suum statum et quae conservantia sunt eius status* diligenda. Att. XII. 33. *tuam — benivolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice* diligo. Rosc. Com. 2. *usque cone te* diligis *et magnifice circumspicis?* 2. Differt ab *amare*, quod *diligere* magis ad iudicium, *amare* vero ad intimum animi sensum pertinet. Fam. IX. 14. *tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea* dilexisse. Fragm. epist. *Me aut* amabis, *aut quo contentus sum* diliges. Fam. XIII.

47. *ut scires eum non a me* diligi *solum sed etiam* amari. Ibid. I. 9. *Pompeium non solum beneficio, sed amore etiam et perpetuo quodam iudicio meo* diligebam.

DILORICARE. Orat. II. 27. *in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem et eius* diloricare *tunicam et iudicibus cicatrices adversas senis imperatoris ostendere.*

DILUCESCERE. 1. De solis ortu. Catil. III. 3. *comprehensi ad me, quum iam* dilucesceret, *deducuntur.* 2. Metaphorice, patefieri. Phil. XII. 2. *discussa est illa caligo* — diluxit, *patet, videmus omnia.*

DILUCIDE. Orat. 23. dilucide *planeque dicere.* Div. I. 51. *ratio quae est de natura deorum a te explicata* dilucide. Vat. 15. *quum mea lex* dilucide *vetet.*

DILUCIDARE. Her. III. 4. *quod in docendo, rei* dilucidandae *causa dolum appellavimus, id in dicendo honestius consilium oppellabimus.*

DILUCIDUS. Her. I. 9. *quo brevior eo* dilucidior *erit narratio.* Ibid. II. 2. *perspicua et* dilucida *expositio.* Orat. 5. (oratore), *tenues, acuti, omnia docentes et* dilucidiora, *non ampliora facientes.*

DILUCULUM. Rosc. Am. 7. *primo* diluculo. Att. XVI. 13. *quum ante lucem surrexissem* diluculo *veni ad Pontem Tirenum.*

DILUERE. 1. Minuere. Tusc. III. 16. diluere *molestiam.* 2. Infirmare, refutare. Mil. 27. diluere *crimen.* Inv. I. 42. *adversariorum confirmatio* diluitur. Rosc. Am. 15. *ego res tam leves qua ratione infirmem ac* diluam *reperire non possum.*

DILUTUS, aqua mixtus. Fragm. ap. Ammian. XV. 29. Gallos post hac dilutius esse poturos quod illi venenum arbitrabantur.

DIMANARE. Cael. 3. *Mens hic forensis labor vitaeque ratio* dimanavit *ad aestimationem hominem paullo latius.*

DIMENSIO. Tusc. I. 24. *geometrica quaedam de* dimensione *quadrati.*

DIMETARI. N. D. 62. *siderum cursus* dimetati *maturitates temporum — cognovimus.*

DIMETIRI. Sen. 14. *Studium* dimetiendi *paene coeli ac terrae.* Ibid. 17. *ego ista sum* dimensus, *mei*

sunt ordines, mea descriptio. 2. Parad. 5. dimetiri *peccata digitis.* Orat. 43. *de syllabis propemodum dinumerandis et* dimetiendis *loquimur.*

DIMICARE. 1. Sensu proprio. Tusc. IV. 19. *praelium rectum est hoc fieri; convenit* dimicare *pro legibus, pro libertate, pro patria.* Fam. VI. 3. *alteri* dimicant, *alteri victorem timent.* N. D. II. 3. *praelio* dimicare. 2. De contentione forensi. Sext. 1. *rei de capite* dimicantes.

DIMICATIO. 1. Discrimen, contentio. Planc. 13. *in* dimicatione *fortunarum.* Sull. 28. *in extremo discrimine ac* dimicatione *fortunae.* Planc 32. *Nullas — neque contentiones, neque vitae* dimicationes *nec pro rep. nec pro me defugiendas putavit.* Orat. 13. *nos iam in aciem dimicationemque descendamus,* h. e. agamus de iis, quae oratori in veris causis videnda sint.

DIMIDIATUS. Tusc. II. 16. *ferre plus* dimidiati *mensis cibaria.* Verr. II. 52. (Verres) *novus astrologus eximit ex anno unum* dimidiatumque *mensem.* Tusc. V. 23. *apparebat epigramma* (in sepulcro Archimedis) *exesis posterioribus partibus versiculorum* dimidiatis *fere.*

DIMIDIUS. N. D. II. 40. *Luna maior quam* dimidia *pars terrae.* Verr. III. 16. *si praeco iussu tuo praedicasset, non decumas frumenti, sed* dimidias *venire* partes *et ita emptores accessissent, ut ad* dimidias partes *emendas.* Orat. II. 86. *Dicunt — Scopam — nimis sordide Simonidi dixisse, se* dimidium *eius ei, quod pactus esset pro illo carmine daturum.* Dom. 44. *emit domum prope* dimidio *carius, quam aestimabat.* Att. XIII 29. *ambulatiuncula prope* dimidio *minoris constitit illo loco.* Ibid. IX. 11. *de numero militum,* dimidio *plus scripsit* Clodia. Flacc. 20. *habebat rhetor iste* (Heraclides Temnites) *adolescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat; ubi nihil possent discere nisi ignorantiam literarum.*

DIMINUERE, est distributione partium minuere, *zerstückeln.* Orat. III. 55. *distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium* diminutae: Ab hoc verbo diversum est DEMINUERE, i. e. parte aliqua detracta minuere. Sull. 1. *quantum de mea auctoritate* deripuisset, *tantum se de huius praesidiis* deminuturum *speravit.* Orat. III. 49. *eo te ne laudandi quidem*

causa interpellari, ne quid de hoc tam exiguo sermonis tui tempore verbo uno meo deminueretur. Q. Fr. I. 2. *ne quid de bonis* deminuerent. Brut. 1. *interitu talis auguris dignitatem nostri collegii* deminutām *dolebam.* Planc. 38. *aliquid de libertate* deminutum *putant.* Caecin. 13. *si ulla ex parte sententia huius edicti* deminuta *aut infirmata sit.*

DIMINUTIO vulgo legebatur his qui sequuntur Ciceronis locis, ubi rectius nunc legitur DEMINUTIO. Rull. I. 7. *non queror* deminutionem *vectigalium.* Off. II. 21. *Videndum erit ei, qui rem publicam administrabit, ut suum quisque teneat neque de bonis privatorum publice* deminutio *fiat.* Fam. IV. 5. *de imperio tanta* deminutio *facta est.* Rull. II. 7. *tentamini leviter quo animo libertatis vestrae* deminutionem *ferre possitis.* Prov. Cons. 15. *occultari imperatorem* deminutione *provinciae* (h. e. deminutione temporis provinciae administrandae ei debiti) *contumeliosum est.* Tusc. I. 28. *videmus — lunam accretione et* deminutione *luminis quasi fastorum notis signantem dies.* 2. *Deminutio* numeratur inter figuras sententiarum. Her. IV. 38. Deminutio *est, quum aliquid esse in nobis, aut in iis, quos defendimus, aut natura aut forma, aut industria dicemus egregium, quod ne qua significetur arrogans ostentatio,* deminuitur *et attenuatur oratione.*

DIMISSIO Verr. V 33. *classis inops et infirma, propter* dimissionem (*Entlassung*) *propugnatorum atque remigum.* Parad. VI. 2. dimissione, (*Aussendung*) *libertorum ad fenerandas diripiendasque provincias.*

DIMITTERE. 1. *Entlassen.* Verr. II. 32. *qui honestos homines, qui causam norint ablegat a consilioque* dimittat. Verr. V. 38. dimittere remiges. Sull. 20. *familiarissimum suum* dimittere *ab se et mandare in ultimas terras.* Orat. 10. *consequeris ut eos quos contra statuas aequos placatosque* dimittas. Pis. 20. dimittere *exercitum.* Att. I. 11. *comitia* dimittuntur. Verr. II 29. *res illo die non peroratur,* dimittitur *iudicium.* Ibid. IV. 65. *praetor* dimitti *iubet senatum.* Leg. II. 12. *augures possunt concilia vel instituta* dimittere, *vel habita rescindere.* 2. *Entsenden.* Quint. 6 *Naevius pueros circum amicos* dimittit. Att. XVI. 13. *nondum legere poteramus; nam et lumina* dimiseramus, *nec satis lucebat.* 3. *Von sich lassen, loslassen.* Orat. I. 22. *de reliquo iam nostra culpa erit, si te* dimiserimus. Att. XII.

etiam in dira potest, omina s. auspicia, sunt enim, ut diserte Cicero tradit in auspiciis dirae. Tibull. I. 3. 17. inter impedimenta itineris habet omina dira. *Ern.*

DIRECTO, opponitur circuitioni et anfractui. Div. II. 61. quid *opus* est circuitione *et anfractu, ut sit utendum somniorum interpretibus potius, quam* directo *deus, si quidem nobis consulebat,* hoc facito hoc ne feceris, *diceret.* Partit. 13. *alterum ad fidem* directo *spectat, alterum se inflectit ad motum.* N. D. I. 25. directo *deorsum ferri.* Acad. IV. 20. directius *gubernant.*

DIRECTUS. 1. Cael. 16. directus *senex.* Graevius retinuit vulgatam *decrepitus:* alteram lectionem tuentur Lambinus, Gruterus etc. sed non eodem modo interpretantur: Guilielmius interpretabatur *senex.* Hotomannus sic ad h. l. „Lambinus ex antiquis libris reponit: *directo,* opinor pro *severo;* (h. e. qui omnia recte, sapientia, moderate fieri vult) cuius locutionis exempla requiro." Haec Hotomannus. Age dabimus, Cael. 18. *sit adolescentia* liberior: *non omnia voluptatibus denegentur: non semper superet illa vera et* directa *ratio.* Quid est *vera et directa ratio,* nisi severa illa et tristis vivendi ratio, quam antea descripserat c. 17. qua Fabricii, Camilli, Curtii usi sunt, quam philosophi praescribunt; quam ibid. severitatem appellat, et paullo post directum iter ad laudem. Rosc Com. 4. *Quid est in iudicio?* directum, *asperum, simplex* etc. *Quid est in arbitrio? mite, moderatum.* 2. Top. 4. *paries directus,* est, qui ad angulos rectos attingit eum, ad quem ductus est. *Ern.*

DIREPTIO. Fam. IV. 1. *urbs relicta* direptioni *atque incendiis.* Catil. I. 7. *vexatio* direptioque *sociorum.* Fam. IV. 13. *versor in eorum naufragiis et bonorum* direptionibus.

DIREPTOR. Phil. III. 11. *custosne urbis an* direptor *et vexator esset Antonius?*

DIREPTUS, us. Tusc. I. 29. *Est enim interitus quasi discessus et secretio ac* direptus *earum partium et.* Sed Codd. et edd. quaedam habent *diremptus:* quod praefero. Nam etiam dirimere pro dividere dicitur, non *deripere.* Et librariis solitum fuit, *direptus* scribere pro *diremptus.* Vid. Gesner. ad Varr. R. R. III. 5. etc. et Drakenb. ad Liv. XXIV. 49. *Ern.*

DIRIBERE, distribuere. Fr. Corn. 1. *dum tabellae* diribentur, *dum situla defertur.* Pis. 40. *an ego expectem, dum de te LXXV tabellae* diribeantur, *de quo iam pridem omnes mortales iudicaverunt.* Uterque locus mirifice facit ad convellendam Abramii sententiam, qui ad h. l. et ad Pison. c. 15. disputabat contra Gruchium, *diribere* esse secernere suffragia, quae ad iudicibus aut populo, sc. per tabellas, lata sint. Nam in primo, *tabellae diriberi* dicuntur ante, quam situla delata dicatur, in quam tabellae mittantur: in altero, quod ante dicitur, *tabellae diribentur*, scil. iudicibus sententiae ferendae causa, ut nos cum Gruchio interpretamur, id statim dicitur iudicare. In loco Pis. 40. Mss. habent *diripiantur.* Vid. Graev. ad h. l. et Intt. Varron. R. R. III. 5. *Ern.*

DIRIBITIO, distributio. Planc. 6. sic est in Graeviana et aliis, Gronoviana habet: *direptio*, pro *diremptio.* Verissima vero est lectio *diremptio.* Scil. ibi componuntur *diremptio et renuntiatio suffragiorum; ac diremptio suffragiorum* fit, ut recte Gesnerus exposuit quum tabellae in cistas iniectae discernuntur a custodibus cistularum ac dinumerantur. Sic Varr. de R. R. III. 2. *dum* dirimentur *suffragia.*

DIRIBITOR, distributor, genus operarum comitialium et iudicialium, quae tabellas distribuebant. Sen. p. R. 11. Pis. 15. ubi quidam: distributores. vid. Gruch. de Comit. I. 3. et Intt. ad Varr. l. c.

DIRIGERE. 1. De cursu. Fam. X. 11. *quum ipse iter ad Mutinam* dirigerem. N. D. II. 53. *ab iisdem* (Etesiis) *etiam maritimi cursus celeres et certi* diriguntur. 2. Metaphorice, de iudiciis, opinionibus, virtutibus, artibus. Orat 71. *ne in maximis quidem rebus, quidquam inveni firmius, quod tenerem aut quo iudicium meum* dirigerem. Att. XIV. 14. *me sine ad hanc opinionem* dirigere *puerum.* Mur. 36 *haec omnia ad rationem civitatis si* dirigas *recta sunt, sin perpendere ad disciplinae praecepta velis, reperiantur pravissima.* Ac. pr. II. 20. *Ego vero ipse et magnus quidem sum opinator — et meas cogitationes sic* dirigo, *non ad illam parvulam Cynosuram — sed ad Helicen et clarissimos Septemtriones, id est rationes has latiore specie non ad tenue elimatas.* Div I. 14. *Divinatio fallit fortasse nonnumquam, sed tamen ad veritatem saepissime* diri-

gitur (*trifft doch oft auch das Wahre.*) Mur. 2. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti (*der nach der festen Richtschnur der Vernunft sein Verhalten bestimmt*) *et diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo.* Off III. 21. *honestate* dirigenda *utilitas est.* Ibid. 23. (Hecato in VI libro de officiis) *ad extremum utilitate putat officium* dirigi *magis, quam humanitate.* Leg. II. 5. *Lex est iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum* diriguntur Fin. II. 22. *Epicurei voluptate omnia* dirigentes, *i. e.* ad voluptatem tanquam finem bonorum omnia referentes. Orat. III. 49. *nec sunt haec rhythmicorum ac musicorum acerrima norma* dirigenda. Orat. I. 28. *ut ad hanc similitudinem huius histrionis oratoriam laudem* dirigamus. Orat. 3. *ipsius* (Phidiae) *in mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens — ad illius similitudinem artem et manum* dirigebat. Div. I. 17. *Romulus lituo* direxit *regiones*, i. e. determinavit; in re augurali.

DIRIMERE. 1. Distrahere, *de corporum partibus.* N. D. III. 12. (Carneades dixit:) *corpus immortale nullum esse, nec quod* dirimi distrahive *non possit.* Paullo post de eadem re dicitur *secari ac dividi.* 2. Metaphorice pro *disiungere, tollere.* Sull. 2. *quum ille tanto scelere commisso omnium officiorum societatem* diremisset. Fam III. 10. *Ego cum eo citius veterem coniunctionem* diremissem, *quam novam conciliassem.* Phil. II. 10. *utinam Cn. Pompei cum C. Caesare societatem aut nunquam coisses aut nunquam* diremisses. Leg. I. 20. *haec controversia omnia* dirimit; h. e. facit discidium ut nihil inter eos convenire possit. 3. Inprimis dicitur de deliberationibus in senatu vel comitiis, quum vel ipso tempore, ut nocte ingruente, vel obnuntiatione augurum interrumpuntur et in alium diem differuntur. Q. Fr. II. 14. *actum est eo die nihil, nox* diremit. Div. I. 39. *quid habet haruspex cur pulmo incisus etiam in bonis extis* dirimat *tempus* (v. c. comitiorum) *et proferat diem.* 4. dirimere tabellas *in iudiciis*, est eas postquam sunt ab omnibus iudicibus in sitellas coniectae, secernere, ut intelligatur, quot sententiae absolverint, quot condemnarint. Q. Fr. III. 4. *Cato* di-

remptis *tabellis de circulo se subduxit et Pompeio primus renuntiavit sc. Gabinium absolutum esse.*

DIRIPERE, compilare bona alterius. In quo animadvertant tirones, tum demum dici, quum a pluribus fit ista compilatio, tamquam in expugnationibus urbium, aut quum res ad plures pervenit; quum autem unus compilat, aut aufert, aut pro *detrahere* et *auferre* simpliciter dicitur, *deripere* dicendum esse, non *diripere.* Huius rei ignoratio fecit, ut librarii haec duo verba saepe confunderent, eaque in plerisque auctorum editionibus adhuc regnat confusio: quae, hac regula pervulgata, sensim in auctoribus edendis et in dicendo scribendoque vitari poterit. Vid. Graev. ad Orat. pr. Sull. c. 1. ad Verr. II. 7. ut Heinsium ad Ovidium, et Drakenborchium ad Silium taceam, iam in Lexico Fabri laudatos. Verr. III. 20. *paterere oratores indignissimis iniuriis vexari ac* diripi, sc. a redemptoribus decumarum. Contra, quum Verr. II. 7. dicitur in Gronoviana: *argenti vestisque stragulae quod esset, esse* direptum; quum id factum sit a solo Verre, aut certe omnia ista ad Verrem pervenerint, recte Graevius reposuit: *dereptum.* Sic Q. Fr. I. 2. direptum *te iri a tuis, dum is abesset:* h. e. tuos male administraturos esse rem tuam, teque compilaturos. Neque vero haerere debent tirones, ubi etiam de singulis dici videtur, quum re vera de pluribus dicatur, tamquam quum imperatores et magistratus provinciales dicuntur socios, provincias, civitates diripuisse: tamquam Fam. VIII. 10. *quae* diripuisses *ipse, ut viderentur ab hoste vastata.* [Sic Orat. III. 2. *tanquam ab aliquo nefario praedone* diriperetur *patrimonium dignitatis,*] in Tog. Cand. *Antonius* diripuit *socios.* 2. Cum dat. personae. Quint. 20. *ei ornamenta* diripis, sed lectio vitiosa videtur, vid. not. *Ern.*

DIRITAS, malum, calamitas, Tusc. III. 14. *si qua invecta* diritas *casu foret.* Ex Graeco Euripidis: *ἐν εἴ τι πάσχοιμι.* 2. Saevitia, crudelitas. Vatin. 3. *quamquam sic omni* diritate, *atque immanitate teterrimus. Ern.*

DIRUMPERE. 1. De vehementi oratoris contentione. Fam. VII. 1. dirupi paene me in iudicio Galli familiaris tui (ut nos dicimus: *habe mir fast die Brust zersprengt*). 2. De aegritudine ex invidia. Fam.

XII. 2. *iam infinito fratris tui plausu* dirumpitur (*möchte bersten vor Neid.*)

DIRUPTUS. Phil. XIII. 12. *homo* diruptus *dirutusque, Q. Caelius,* ex collusoribus Antonii, in quo voc. *diruptus* de hernia interpretantur, qua Caelius laboraverit. Vid. mox *Dirutus.*

DIRUS, in re augurali et haruspicina totaque divinatione frequentissimum verbum. Div. II. 15. *exta* dira. Leg. II. 8. *quae augur iniusta, nefasta, vitiosa,* dirave *defixerat* etc. cf. *Dirae. Ern.*

DIRUTUS. 1. Proprio sensu. Q. Fr. I. 1. *Complures* dirutas *ac paene desertas urbes per te esse recreatas.* 2. Metaphorice. Phil. XIII. 12. Q. Caelius dicitur *homo dirutus*, i. e. aere dirutus, bonis eversus, obaeratus. Festivissimus est locus Verr. V. 13. ubi agitur de Verris adolescentuli tirocinio in militia et impudicitia posito. *Renovabitur prima illa militia, quum iste foro abduci, non ut ipse praedicat, perduci* (vid. *Perducere*) *solebat. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus quum frequens fuisset tamen* aere dirutus *est.* Nempe *aere dirui* dicebantur milites, qui propter culpam aliquam aut negligentiam stipendio menstruo multabantur. Itaque Verres dicitur apud aleatorem illum, quamquam frequens apud eum fuisset, nec propter infrequentiam multandus, tamen ut milites emansores, aere dirutum esse, h. e. pecuniam alea disperdidisse.

DISCEDERE. 1. Sensu proprio. Att. VII. 20. *Eo die Capua* discessi. Phil. VIII. 7. *non modo illum e Gallia* discessisse — *sed nec Mutina quidem recessisse.* Verr. IV. 65. *tum de foro quum iam advesperasceret,* discessimus. 2. De caeli vel terrae hiatu. Div. I. 43. *quum caelum* discessisse *visum est, atque in eo animadversi globi.* Ibid. 44. *Sisenna — exponit initio belli Marsici — caelum* discessisse. Off. III. 9. *Gyges quum terra* discessisset *magnis imbribus in illum hiatum descendit.* 3. De uxore, quae divortium facit. Fam. VIII. 6. *uxor a Dolabella* discessit. 4. De morbo qui desiit. Att. VIII. 6. *modo audivi quartanam* (febrem) *a te* discessisse. 5. De negotiis aut agendi rationibus a quibus desistimus. Orat. II. 33. *saepe ex eo* (Crasso) *audiri, quum diceret, sibi certum esse a iudiciis causisque* discedere. Fam. IX. 26. *a literis quum* discessi, i. e.

quum desii illo die literis operam dare. Brut. 91. *quum me et amici et medici hortarentur, ut causas agere desisterem, quodvis potius periculum mihi adeundum, quam a sperata dicendi gloria* discedendum *putavi.* Orat. 31. *An ego — poetis — concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur — ipse nunquam ab illa acerrima contentione* discederem? 6. De qualitatibus quae in animo ac mente mutantur. Div. II. 55. *in magnitudine timoris a constantia atque a mente, atque a se ipso* discessit. Off. I. 20. *acerba — ita ferre, ut nihil a statu naturae* discedas, *nihil a dignitate sapientis.* Ibid. III. 20. *Marius — a fide iustitiaque* discessit. Font. 1. *videte — quam longe videar ab consuetudine mea et cautione ac diligentia* discedere. Off. II. 2. *si est aliqua disciplina virtutis, ubi ea quaeretur quum ab hoc discendi genere* discesseris. 7. Cum participiis vel adiectivis. Rosc. Am. 3. *ut spoliis Sex. Roscii ex hoc iudicio ornati auctique* discedant. Verr. IV. 30. *si istius haec tanta iniuria impunita* discesserit. Brut. 64. *Hortensius — primum in foro dixit, — et quum eorum qui affuerunt, tum ipsorum consulum — iudicio* discessit *probatus.* Caecin. 1. *nisi forte hoc rationis habuit — se quo impudentius egerit, hoc superiorem* discessurum. 8. Fam. I. 9. *sic te existimare velim, quum a vobis meae salutis auctoribus* discesserim, (i. e. *vobis exceptis*) *neminem esse* etc. Fam. VI. 12. *Caesaris familiares quum ab eo* discesserint (i. e. post illum) *me habent proximum.* 9. Att. II. 16. *si possum* discedere, *h. e.* obtinere, consequi; vel si hunc eventum res habere potest.

DISCEPTARE. 1. Iudicare, iudicis aut arbitri partes sus inere. Mil. 9. *electi iudices, isque praepositus quaestioni, qui haec iuste sapienterque* disceptet. Tusc. IV. 3. *Academia eorum controversias* disceptat. Leg. II. 6. bella *disceptanto;* de fetialibus, qui arbitri sumuntur et iudices, ut, an bellum iure suscipi possit, statuant. 2. *Disceptare* tamen etiam dicuntur partes litigantes et certantes. Fam. VI. 1. *non consiliis nec auctoritatibus nostris de iure publico* disceptatur. Fam. IV. 14. *videbam quanto periculo de iure publico* disceptaretur *armis.* Verr. II. 15. *ut sibi cum palaestritis aequo iure* disceptare *liceat.* 3. Res ipsa dicitur, disceptare, de qua est controversia; ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ. Fam. X. 10. *quamquam in uno praelio omnis fortuna reip.* disceptat. *Ern.*

DISCEPTATIO. Partit. 30. *ex rationis et ex firmamenti conflictione et quasi concursu quaestio exoritur quaedam, quam* disceptationem *voco: in qua quid deveniat in iudicium, et de quo* disceptetur, *quaeri solet.* Agr. II. 21. *nulla* disceptatione, sc. ad iudicem. Off. I. 11. *duo genera decertandi; alterum per vim, alterum per* disceptationem. Agr. III. 1. *aequitatem vestrae* disceptationis (vestri iudicii) *retinuissent.* Partit. 12. disceptatio *legitima.* Off. I. 37. *contentio* disceptationibus *tribuitur iudiciorum, concionum, senatus.* Mil. 9. *Lator ipse legis, quum esset controversia nulla facti, iuris tamen* disceptationem *esse voluit.*

DISCEPTATOR. Leg. III. 3. *Iuris* disceptator *qui privata iudicet, iudicarive iubeat, praetor esto.* Part. 3. disceptator *est rei sententiaeque moderator.* Caecin. 2. disceptator *domesticus;* de arbitro honorario. Flacc. 38. disceptatorem *populum non recuso,* i. e. iudicem. Cael. 15. *vel severissimis* disceptatoribus *M. Caelii vitam me probaturum esse confidam.*

DISCEPTATRIX. Ac. pr. II. 28. *dialecticam inventam esse dicitis, veri et falsi quasi* disceptatricem *et iudicem.*

DISCERNERE. Univ. 8. *animus* discernit *quid sit eiusdem generis, quid alterius.* Tusc. V. 39. *Democritus luminibus amissis alba scilicet et atra* discernere *non poterat.* Harusp. 18. *quum uxorem sororemque non* discernis, *h. e.* cum sorore cois tamquam cum uxore. Partit. 22. *Temperantia — duobus modis in rebus commodis* discernitur, *et ea quae absunt, non expetendo, et ab iis, quae in potestate sunt obstinendo.*

DISCERPERE. 1. Tusc. I. 29. *dubitare non possumus — quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum — Quod quum ita sit certe nec secerni, nec dividi, nec* discerpi, *nec distrahi potest.* Hic *discerpi* refertur ad *copulatum.* 2. Dividere. Top. 3. *partitionum, quum res ea quae proposita est quasi in membra* discerpitur. 3. Segregare, seiungere. Orat. III. 6. *oppressi sumus opinionibus hominum leviter eruditorum, qui quae complecti tota nequeunt haec facilius* divulsa *et quasi* discerpta *contrectant.* 4. Conviciis lacerare. Acad. fr. inc. ap. Augustin. *Epicurus convocata de hortulis quasi libera turba temulentorum, quaerentium tamen, quem incomptis*

unguibus bacchantes asperoque ore disserpant — *instat.* —

DISCESSIO, genus sententiae in senatu declarandae, quum dictis sententiis ab iis, qui eo loco essent, ut sententiae dicenda ius haberent, si eam essent rogati, consules iuberent reliquos senatores discedere ad eum locum, ubi esset alicuius sententiae pronunciatae auctor. Hoc planius explicatur in *Pedarius.* Locus inprimis notabilis est in Verr. IV. 66. Fam. I. 2. *ante se oporiere* discessionem *facere, quam consules*, i. e. se ex relatione sua (vid. ep. 1.) iubere debere discessionem in sententias ex sua relatione dictas. Ibid. 4. *nemo est, qui nesciat, quo minus* discessio *fieret, per adversarios tuos esse factum.* Sext. 34. discessio *sine ulla varietate.* Phil. III. 9. *SCtum de supplicatione per* discessionem *fecit, quum id factum esset ante nunquam.* Vid. Gell. III 18. *Ern.*

DISCESSUS. Dom. 32. discessu *meo*, h. e. quum ego discessissem. 2. Att. VI. 12. *nec eum rerum prolatio, nec senatus magistratuumque* discessus — — *tardabit.* Ibid. XII. 40. *si quis requirit, cur Romae non sim: quia* discessus *est.* Viri docti interpretantur de tempore, quo senatores discedere solebant, quod senatus nullus haberetur. Sed Graevius e Balliolensi malebat: *discessimus*, quod dubitaret, verbum hoc nudum de tempore dici posse. 3. Tusc. I. 29. *est enim interitus, quasi* discessus *et secretio et diremptio earum partium.* Sen. p. R. 10. discessus *de patria.* 4. Quir. p. R. 3. in discessu civium: ubi tamen alii *dissensu.* 5. Discessus caeli. Div. II. 28. est genus fulguris (*das Wetterleuchten*).

DISCIDIUM, distractio rerum et seiunctio: disiunctio hominum non solum animis, sed etiam corporibus. Att. XV. 29. *constitutum est* discidium; de divortio. Sic ibid. XI. 23. *melius quidem in pessimis nihil fuit* discidio. Sed Dom. 36. discidium *coniugis* dicitur de seiunctione, quae eo tempore fuit, quum Cicero maritus in exilio esset. Acad. I. 12. *docere, quod et qua de causa* discidium *factum sit; ut videamus, satisne iusta sit ista defectio.* Saepe in libris confunduntur *discidium* et *dissidium.* De horum verborum discrimine et permutatione vid. fuse et accurate disputantem I. Fr. Gronov. ad Liv. XXV. 18. a quo repetiere eandem observationem Graevius ad Ciceronem passim et alii. Nempe in *dissidio* est tantum *dissensio:* in *discidio* au-

tem seiunctio. Hac regula de discrimine *discidii* et *dissidii* decerni etiam potest de lectione vera Orat. III. 16. *hinc* discidium *illud extitit, quasi linguae atque cordis. — — ut alii nos sapere, alii dicere docerent:* ubi olim legebatur *dissidium*, male profecto. Non enim dissidere lingua et cor dicuntur, sed disiungi, h. e. philosophia et eloquentia pro duabus diversis et seiunctis artibus haberi. Sed et *discidium* pro *dissidio* interdum temere repositum est. Vid. ad Sull. 21. et Lael. 21. in his: *ne qua eorum* dissidia *fiant*, a Graevio, ut bene monet Drakenb. ad Liv. XXV. 18. *Ern.*

DISCINDERE. 1. Sensu proprio, *zerreifsen.* Cael. 16. discidit *vestem, resarcietur* (e Terent. Adelph. I. 2.) 2. *aufreifsen.* Orat. II. 47. *feci — ut* discinderem *tunicam.* 3. *Zerschneiden.* Div. I. 17. *cotem — novacula esse* discissam. 4. Vi dissolvere. Lael. 21. *tales amicitiae* dissuendae *magis quam* discindendae.

DISCINGI. Q. Fr. II. 15. *Caesar, mihi crede, in sinu est, neque ego* discingor, h. e. neque desinam eum in sinu gestare. Nam qui discinguntur, iis, quae in sinu habent, excidunt. Sic interpretatur etiam Manutius. Ceterum mihi videtur esse iocus ex ambiguo, in verbo *discingi.* Nempe discincti dicuntur homines negligentes, rerum suarum parum curiosi, securi: unde *discincti nepotes*, qualis Nomentanus apud Horatium. *Laxo sinu ferre nuces* apud eund. Serm. II. 3. 172. pro signo futurae negligentiae habetur, et hominis Nomentano similis futuri. Itaque sensum hunc putem esse: Canto eundem, quem tu Caesarem, neque uno Pompeio nitor, sed illum quoque amo, verum ita, ut numquam me aut remp. ab eo satis tutam putem, aut nobis non ab eo cavendum existimem. *Ernesti.* Mihi vero haec ratio ab h. l. aliena esse videtur, et in verbis *neque ego discingor* nihil aliud quaerendum nisi hoc: neque ego patiar negligentia mea aut incuria Caesarem mihi e sinu excidere; h. e. nihil temere committam, quo eius amicitiam dimittere videri possim.

DISCIPLINA. 1. Institutio ad discendum, *Unterricht.* Div. II. 3. *eadem in literis ratio est quarum est* disciplina, i. e. quae doceri solent. Orat. 5. *alia intelligendi, alia dicendi* disciplina *est.* Brut. 67. *M. Piso quicquid habuit, habuit ex* disciplina, *maximeque ex omnibus, qui ante fuerunt, Graecis doctrinis eruditus*

dos collata (die Zucht, Mannszucht.) Q. Fr. I. 1, 6. *familiae* (h. e. servorum) *gravis et constans* disciplina. Ibid. 7. *Haec institutio atque haec* disciplina *potest sustinere in rebus statuendis et decernendis eam severitatem qua tu — usus es.* 8. Disciplina etiam dicitur de singulorum rei publ. partium constitutione. Sic *disciplina civitatis* (*die Staatsverfassung.*) Orat. I. 1. *prima aetate incidimus in ipsam perturbationem* disciplinae *veteris* Ibid. 34. *percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo,* disciplina *rei publicae.* Hortens. fr. *Unde facilius quam ex annalium monumentis aut res bellica, aut omnis reip.* disciplina *cognoscitur.* Verr. III. 69. Susceperas liberos non solum tibi, sed etiam patriae. — *Eos instituere atque erudire ad maiorum instituta atque civitatis* disciplinam, *non ad tuas turpitudines debuisti.* Sic *disciplina navalis*, (*Verfassung des Seewesens.*) Manil. 18. *quae civitas, antea usquam fuit, non dico Atheniensium — non Rhodiorum quorum usque ad nostram memoriam* disciplina *navalis et gloria permansit.*

DISCIPLINABILIS. Her. III. 2. *cuius rei aliquam* disciplinabilem *scientiam poterimus habere;* i. e. scientiam quae disciplina tradi possit, (Gr. διδακτόν, vel μαθητόν).

DISCIPULUS. Fam. IX. 16. *Hirtium et Dolabellum dicendi* discipulos, *cenandi magistros habeo.* N. D. III. 3. *Rudem me* discipulum *et integrum accipe, et ea quae requiro, doce.* Balb. 20. Dicat (Marius) *se — non ignarum belli fuisse, se P. Africani* discipulum *ac militem.*

DISCLUDERE. Tusc. I. 10. *Plato duas partes animi iram et cupiditatem locis* disclusit, *iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit.* Ibid. 33. partes animi, *in quibus aegritudines irae libidinesque versantur — semotas a mente et* disclusas *putat.*

DISCO. Orat. III. 36. *eum negasti, qui non cito quid* didicisset, *umquam omnino posse* perdiscere. Quint. 15. *si vult virorum bonorum instituto vivere, multa oportet* discat *atque dediscat.* Orat. II. 1. *Antonius hoc probabiliorem populo orationem fore censebat suam, si omnino* didicisse (i. e. literis operam dedisse) *numquam putaretur.* Sen. 8. discebant *fidibus antiqui.* Orat. I. 12. discere *causam* dicitur Patronus, qui quae

duo maria maxime navigationi diversa paene coniungeret, quum pertenui discrimine *separarentur.* 2. Differentia. Fin. IV. 23. *officia tollebantur delectu omni et* discrimine *remoto.* Balb. 21. *sit hoc* discrimen *inter gratiosos cives atque fortes, ut illi vivi fruantur opibus suis, horum etiam mortuorum — vivat auctoritas immortalis.* N. D. III. 33. *Videsne deorum iudicio, si vident res humanas*, discrimen *esse sublatum*, scil. quia multis bonis male evenerit, multis improbis optime. 3. Facultas discernendi. Planc. 4. *non est consilium in vulgo, non ratio non* discrimen, *non diligentia.* 5. Anceps eventus. Phil. III. 11. *res in* discrimen *adducta est, utrum ille poenas rei publ. luat, an nos serviamus.* Sull. 27. *quod ad tempus existimationis partae fructus reservabitur, si in extremo* discrimine *ac dimicatione fortunae deseruerit.* Orat. I. 1. *consulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque* discrimen. Deiot. 1. *crudelem Castorem — qui nepos avum in* discrimen *capitis adduxerit.* Mur. 27. *propter studium novae laudis etiam in veteris fortunae* discrimen *adducitur,* Caecil. 21. *semper ii diligentissime laboriosissimeque accusarunt, qui se ipsos in* discrimen *venire existimationis venire arbitrati sunt.* Phil. XIV. 1. Discrimen *totius huius belli in unius viri fortissimi vita positum est.*

DISCRIMINARE. Phil. XII. 9. *Hetruriam* discriminat *Cassia* scil. *via.*

DISCRUCIARE. 1. De corpore. Phil. XIII. 18. *si posset Brutum, Cassium* discruciatos *necaret.* 2. De animo (*sich ärgern.*) Rosc. Com. 11. *Quo quisque est sollertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius. Quod enim ipse celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt*, discruciatur. Att. XIV. 6. Discrucior *Sextilii fundum a Curbilio possideri.*

DISCUMBERE. 1. Ad mensam accumbere. Att. V. 1. discubuimus *omnes praeter illam.* Verr. I. 26. *Philodamus — convivium comparat —* discumbitur. 2. Cubitum ire. Inv. II. 4. *cenati* discubuerunt *ibidem.*

DISCUPERE. Fam. VIII. 15. *te videre —* discupio.

DISCUS. Orat. II. 5. *hoc ipso tempore quum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores* discum audire, *quam philosophum, malunt; qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis*

causa relinquunt. Fuit autem *discobolia* inter genera exercitationis apud veteres, quum in massae plumbeae in disci speciem rotundam conformatae proiectionibus se exercerent, et vires brachiorum augerent. Itaque Horat. Carm. I. 8. inter reliqua exercitationum genera etiam *discus* commemoratur. *Ern.*

DISCUTERE. 1. Dispellere. Dom. 21. *eorum advocationem manibus ferro, lapidibus* discussisti. 2. Metaphorice, removere, tollere Phil. XII. 2. discussa *est illa caligo — videmus omnia.* Muren. 39. *dii faxint ut — hoc — periculum consilio* discutiam *et comprimam.* Fam. X. 33. *si ad Lepidum venissem, omnem cunctationem eius* discussissem. 3. Transfertur ad confutationem in oratione vel disputatione. Att. II. 24. *modo caedem timueramus, quam oratio fortissimi senis Q. Considii* discusserat. Ac. pr. II. 15. *ut occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesque* discutere. Q. Fr. II. 12. *rem totam* discusseram (i. e. ut reiiceretur effeceram). Ibid. *nihil facilius est, quam reliqua* discutere. Ibid. 11. *de Commageno rege quod rem* discusseram. 4. De obscuris animi permotionum signis ab oratore in actione tollendis. Orat. III. 57. *quia animi permotio quae maxime aut declaranda, aut imitanda est actione perturbata saepe ita est, ut obscuretur ac paene obruatur,* discutienda *sunt ea, quae obscurant et ea quae eminentia sunt et prompta sumenda.*

DISERTE. Orat. I. 10. *satis id est magnum, quod potes praestare, — ut prudentibus* diserte, *stultis etiam vere dicere videaris*

DISERTUS. 1. Differt ab eloquente. Orat. 5. Orat. I. 21. *scripsi* (inquit Antonius) — disertos *me cognosse nonnullos,* eloquentem *adhuc neminem; quod eum statuebam* disertum, *qui posset satis acute, atque dilucide, apud mediocres homines, ex communi quadam opinione dicere;* eloquentem *vero, qui mirabilius et magnificentius augere posset atque ornare quae vellet* etc. Brut. 26. C. Fannii *historia — neque nimis est infans, neque perfecte* diserta. Orat. I. 54. Socrates dixit — *illam orationem* (Lysiae) disertam *sibi et oratoriam videri, fortem et civilem non videri.* Orat. 3. *doctis eloquentia popularis, et* disertis *elegans doctrina defuit.* Att. III. 11. disertae *literae.* Ibid. IV. 14. disertus *epilogus.* Ibid. VII. 2. disertissima *epistola.*

DISIECTUS. 1. Dispersus, de rebus quae oratione aut disputatione tractantur. Her. IV. 2. res dispersas et vage disiectas eligere. 2. De aliis rebus. Arat. disiecta *saxa.* Att. VII. 1. 18. disiecta *manu pares adversariis esse non possumus.*

DISIUNCTIO. Lael. 21. *tales amicitiae — dissuendae magis quam discindendae, nisi quaedam intolerabilis iniuria exarserit, ut neque rectum neque honestum sit, neque fieri possit, ut non statim alienatio et* disiunctio *facienda sit.* Prov. cons. 17. ita dissensi ab illo (Caesare) *ut in* disiunctione *sententiae coniuncti tamen amicitia maneremus.* Rull. II. 6. *non potestatum* (consulatus et tribunatus) *dissimilitudo sed animorum* disiunctio *dissensionem facit.* 2. *Disiunctio,* enuntiatio disiunctiva in logicis. N. D. I. 25. *in omnibus* disiunctionibus, *in quibus* aut etiam aut non *poneretur, alterutrum verum esse.* Top 14. *in* disiunctione *plus uno verum esse non potest.* 3. In rhetoricis. Her. IV. 27. disiunctio dicitur figura, *quum eorum de quibus dicimus, aut utrumque, aut unumquodque certo concluditur verbo.*

DISIUNCTUS. 1. De locis. Pis. 37. *Aetolia procul a barbaris* disiuncta *gentibus.* Verr. IV. 53. *fons aquae dulcis* (in parte Syracusarum quae Insula dicebatur) *cui nomen Arethusa est, — qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari* disiunctus *esset.* Manil. 4. *duobus in locis* disiunctissimis *maximeque diversis.* Fam. I. 7. *quoniam intervallo locorum et temporum* disiuncti *sumus.* 2. De tempore, fr. Orat. pro Gallio, *quorum aetates non annis sed seculis scimus esse* disiunctas. 3. De rerum aut hominum diversitate. Rosc. Am. 14. *vita* (rustica) *maxime* disiuncta *a cupiditate et cum officio coniuncta.* Cael. 22. *possum dicere mores M. Caelii longissime a tanti sceleris atrocitate esse* disiunctos. Orat. I. 3. *ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur — ut in ceteris id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque* disiunctum. Fin. II. 14. *ratio et mens — quae — similitudines transferat et* disiuncta *coniungat.* Orat. III. 15. *vetus illa doctrina eadem videtur et recte faciendi et bene dicendi magistra, neque* disiuncti *doctores, sed iidem erant vivendi praeceptores atque dicendi.* Sext. 67. *Graeci longe a nostrorum hominum gravitate* disiuncti. Harusp. 12. *si examen apum ludis in scenam venisset, haruspices acciendos ex*

Etruria putaremus; videmus universi repente examina tanta servorum immissa in populum Rom. septum atque inclusum et non commovemur? atque in apum fortasse examine nos — haruspices ut a servitio caveremus monerent. Quod igitur ex aliquo disiuncto diversoque *monstro significatum caveremus, id quum ipsum sibi monstrum est — non pertimescemus?* 4. De disiunctione logica. Ac. pr. II. 30. *quum dialectici sic statuant, omne quod ita* disiunctum sit, *quasi* aut etiam, aut non, *non modo verum esse sed etiam necessarium.* 5. De hiatu in concursu verborum. Partit. 6. *Suave genus erit dicendi primum elegantia verborum; deinde coniunctione, quae neque asperos habent concursus, neque* disiunctos *atque hiantes.*

DISIUNGERE. 1. Discernere. N. D. I. 7. *miror Antiochum — non vidisse interesse plurimum inter Stoicos, qui honesta a commodis non nomine sed genere toto* disiungerent, *et Peripateticos, qui honesta commiscerent cum commodis.* Tusc. III. 5. disiungimus *insaniam a furore.* 2. Separare. Orat. III. 35. *docto oratori palma danda est. Quem si patiuntur eundem esse philosophum, sublata controversia est. Sin eos* disiungent *hoc erunt inferiores, quod in oratore perfecto inest illorum omnis scientia, in philosophorum autem cognitione non continuo inest eloquentia.* 3. Disiungere *se a corpore* Tusc I, 31. est *abstinere se a vitiis, ad quae propter corporis contagium animus inclinat.*

DISPAR. 1. Dissimilis. Div. II. 43. *cetera quae* (Chaldaei) *profiteantur* (Diogenes Stoicus) *negat ullo modo posse sciri; etenim geminorum formas esse similes, vitam atque fortunam plerumque* disparem. Lael. 20. dispares *mores* disparia *studia sequuntur.* Sen. 21. Sic *mihi persuasi — — quum simplex animi natura esset, neque haberet in se quidquam admixtum* dispar *sui atque* dissimile, *non posse eum dividi.* Orat. II. 41. *huic est illa* dispar *adiuncta ratio orationis quae* alio *quodam genere mentes iudicum permoveret.* 2. Inaequalis. N. D. I. 31. *quinque stellae* - disparibus *temporibus eadem spatia conficiunt.* Off. I. 34. *officia non eadem* disparibus *aetatibus tribuuntur.*

DISPARATUM. Inv. I. 28. disparatum *est, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, ut* Sapere, non sapere.

DISPA-

DISPARILIS. Div. I. 36. *ex caeli varietate et ex* disparili *adspiratione terrarum*

DISPARTIO, vid. DISPERTIO.

DISPELLERE. Tusc. I. 26. *philosophia ab animo tamquam ab oculis caliginem* dispulit.

DISPENSARE. 1. Administrare, procreare. Att. XI. 1. *qui nostras res domesticas* dispensavit; es servus aut libertus *dispensator* dictus. 2. In arte rhetorica, disponere. Orat. 51. *inventa non solum ordine sed etiam momento quodam* dispensare *atque disponere.*

DISPENSATIO. Rab. Post. 10. *ut ventum est Alexandriam ad* (Ptolemaeum) *Auletem, haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae, si curationem et quasi* dispensationem *regiam suscepisset. Id autem facere non poterat nisi* dioecetes. Vat. 17. *eripueras senatui aerarii* dispensationem. Att. XV. 15. *profecti nem meam, ut video Erotis* dispensatio *impedit;* qui erat Ciceronis dispensator.

DISPENSATOR, servus aut libertus, qui domini aut patroni rationes curat, pecuniasque dispensat. Fr. Hortens. *Quid? tu soles, quum rationem a* dispensatore *accipis, si aera singula probasti, summam quae ex his confecta est, non probare?*

DISPERDERE. 1. De hominibus. Fam. V. 10. *tot — cives Romanos occidit, arripuit,* disperdidit. 2. De pecunia et possessionibus. Rull. I. 1. *Videte ut impurus helluo a maioribus nostris possessiones relictas* disperdat *ac dissipet.*

DISPERDITIO. Phil. III. 12. Antonius *cum exercitu ad interitum nostrum et ad* disperditionem *urbis venire conatus.*

DISPERGERE. 1. Sensu proprio, hic illic disiicere, dissipare. N. D. III. 26. ex Ennio de Medea: *puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit, perque agros passim* dispergit *corpus.* Ac. pr. II. 38. *cur deus — mortifera tam multa perniciosa terra marique* disperserit. 2. De distributione rhetorica. Her. IV. 23. *Raro has interseremus exornationes, et in causa tota varie* dispergemus. Inv. I. 21. *quum ipsius rei gestae expositio magnam excipit offensionem — membratim oportebit partes rei gestae* dispergere *in causam.* Ibid. I. 30. *in praesentia — partes argumentandi confuse et permixte* dispersimus.

DISPICIO, non significat, quemadmodum quidam interpretantur, *videre;* sed *intendere aciem oculorum ad videndum.* Itaque ubi sic dicitur, ut pro *videre* simpliciter dictum videatur, semper quaedam contentio intelligenda est, qua efficitur, ut videre possimus, aut videamus, unde et pro *considerare diligenter* dicitur, ut exempla subiecta docebunt. Sic Fin. IV. 23. de catulis dicitur quum primum oculos aperiunt, et videre conantur. Fin. II. 30. *Epaminondas — — quum vicisset Lacedaemonios, simulque gravi vulnere se exanimari videret; ut primum* dispexit, *quaesivit salvusne esset clipeus.* Tusc. I. 19. de hominibus in tenebris densissimis: *tamen acie mentis* dispicere *cupiebant.* Fin. V. 15. de infantibus: *quum autem* dispicere *coeperimus, et sentire, quid simus.* 2. Cogitando videndoque animadvertere et reperire. Att. II. 20. *si* dispicere *quid coepero.* Ibid. XI 16 *si quid* dispiceres. Q. Fr. I. 3. *quid sperem non* dispicio. Div. II. 39. *verum* dispicere *non possunt.* Sull. 15. *nec possum tantum meo ingenio dare, ut tot res, tantas — — mea sponte* dispexerim. 3. Considerare. Att. VI. 8. *nunc velim* dispicias *res Romanas:* videas, quid nobis de triumpho cogitandum putes. 4. Sen. p. R. 3. *postquam ex superioris anni caligine et tenebris lucem in rep. Kal. Ian.* dispicere *coepistis.* Graevius reposuit: *respicere.* Fortasse tamen *lucem* insititium est. *Ern.*

DISPLICERE. 1. Att. XIII. 21. inhibere *illud tuum*, quod valde mihi arriserat, *vehementer* displicet. 2. *Displicere sibi* dicuntur, qui sunt aegri animo. Phil. I. 5. *quum de via languerem, et mihimet* displicerem. Att. II. 18. displiceo *mihi, nec sine summo dolore scribo.* Ibid. 21. *ut ille tum humilis, ut demissus erat! ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant,* displicebat! *Ern.*

DISPOLIARE. Verr. IV. 20. *ut una cum ceteris Siculis* dispoliaretur. Quidam libri habent *despoliaretur* quae varietas etiam est ap. Liv. XLV. 36 sed illud verum: et sic etiam Verr. IV. 21. corrigendum est. *Ern.*

DISPONERE. 1. Ordine collocare. Att. IV. 8. *Tyrannio mihi libros* (in bibliotheca) disposuit. Orat. III. 34. *Pisistratus Homeri libros antea confusos sic* disposuit *ut nunc habemus.* 2. De dispositione rhetorica. Her. III. 9. *videndum est cuiusmodi rationem in* disponendo *habere conveniat.* Orat. 19. de oratione

audiatis. Fam. III. 8. *id me arbitror pro tribunali multis verbis* disputavisse. 3. Denique de sermonibus qui in circulis habentur. Fam. III. 8. *non tam mihi videntur iniuriam facere ii, qui haec* disputant, *quam si cuius aures ad hanc* disputationem *patent.*

DISPUTATIO. 1. Est philosophorum. Orat. 32. *aliud videtur oratio esse, aliud* disputatio, *nec idem loqui quod dicere, tamen utrumque in disserendo est.* Fin. V. 26. *haec habent bene longam et satis litigiosam* disputationem. Ibid. II. 21. *et certamen honestum et* disputatio *splendida. Omnis enim est de virtutis dignitate contentio.* Orat. I. 43. *docemur non infinitis concertationumque plenis* disputationibus, *sed auctoritate nutuque legum domitas habere libidines.* Orat. III. 55. *aliud dicendi genus — sermones — aliud* disputatio, *aliud historia desiderat.* 2. Iurisconsultorum, de caussis civilibus. Caecin. 28. *qui quum istam* disputationem *mecum ingressus esset.* Top. 21. *intelligendum est, nec ullam esse* disputationem, *in quam non aliquis locus incurrat.* 3. De sermonibus. Fam. III. 8.

DISPUTATOR. Off. I. 2. *Demetrius Phalereus* disputator *subtilis, orator parum vehemens.*

DISQUISITIO. 1. Inquisitio in iudiciis. Harusp. 13. *ad facinoris* disquisitionem *interest adesse quam plurimos.* Sull. 28. *maxime interest — in magnis* disquisitionibus *repentinisque periculis vitam uniuscuiusque esse testem.* 2. Quaestio nondum expedita. Her. II. 26. *Pro argumento sumere quod in* disquisitione *positum est, vitiosum est.* Est quod dialectici recentiores vocant *petitionem principii.*

DISRUMPERE. 1. Sensu proprio de corporibus. Div. II. 19. *Placet Stoicis — anhelitus terrae — quum se in nubem induerint, eiusque tenuissimam quamque partem coeperint dividere atque* disrumpere, *tum et fulgura et tonitrua exsistere.* 2. Alia coniuncta dissolvere. Off. III. 5. *Si — propter suum quisque emolumentum spoliet aut violet alterum,* disrumpi *necesse est humani generis societatem.* 3. De vehementi invidia vel alio animi dolore. Att. IV. 16. disrumpuntur *ii, qui me posse aliquid doluerunt.* Vatin. 7. Cosconius *quem tu* disrumperis, *quum aedilicium vides.* Att. IV. 15. disrumparis *licet,* h. l. iocose. Ibid. VII. 12. disrumpor *dolore.*

2. Inprimis disputare, quod est dialecticorum omninoque philosophorum. Fin. II. 2. *ut inter quos* disseritur, *conveniat*. Tusc. II. 3. *Academiae consuetudo de omnibus rebus in contrarias partes* disserendi. N. D. I. 5. *ratio contra omnia* disserendi. Tusc. I. 14. *in utramque partem multa* disseruntur. Orat. II. 38. *dialectica dicitur ars bene* disserendi *et vera ac falsa iudicandi*. Orat. I. 15. *Philosophia in tres partes est distributa: in naturae obscuritatem, in* disserendi *subtilitatem, in vitam atque mores*. 3. Est etiam oratorum, in iudiciis, in senatu, in concionibus. Flacc. 17. *de hoc teste* — disseruit *et subtiliter et copiose Q. Hortensius*. Fam. XII. 7. *quod pluribus verbis in senatu* disserui *et dixi in concione*. Rull. II. 25. *an quum idem et* disseret *et iudicabit, impelli non poterit, ut falsum iudicet?*

DISSICO, ere. Cael. 16. *dide ac dissice*, (int. bona) *per me licebit*, o Caecilio. Vid. de hoc verbo Puteani disputationem ap. Abramium ad h. l. qui cum aliis multis, quos laudat Drakenborchius ad Silium IX. 536. dictum putat antique pro *dissecare*. Sed magis probo Gronovii ad Senec. Phoeniss. 343. Heinsiique ad Ovid. Met. XII. 108. etc. sententiam, qui dictum putant pro *disiicere*. Nam in compositis e *iacio* eiicitur alterum i, ut bene monet Broukhus. ad Tib. I. 9. 54. sed vid. inprimis Drakenborchius l. c. add. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. IX. 384. *Ern.*

DISSIDERE. 1. De discordia; vel simultate. Verr. V. 71. *videmus quanta sit in invidia quantoque in odio apud quosdam homines nobiles novorum hominum virtus et industria — — quasi natura et genere disiuncti sint, ita* dissident *a nobis animo et voluntate*. Balb. 13. *defendo — nullam esse gentem tam* dissidentem *a populo Rom. odio quodam atque discidio*. Brut. 62. *eodem Q. Caepionem referrem, nisi nimis equestri ordini deditus a senatu* dissedisset. Marcell. 10 *non consiliis solum et studiis, sed armis etiam et castris* dissidebamus. Phil. XI. 6. *ex quo iudicare debebis, me non cum homine solere sed cum causa* dissidere. 2. Dissentire, de discrepantia opinionum aut voluntatum. Leg. I. 20. *antiqua Academia et Zeno de re una solum* dissident, *de ceteris mirifice congruunt*. Ibid. *probe sentis, si re ac non verbis* dissident. Fat. 19. *Facile intellectu est, quoniam utrique patefacta atque explicata sententia sua ad eundem exitum veniant, verbis eos non re* dissidere. Acad. pr. II.

ligentia *est; id tamen* dissimulanter *facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est.* Fam. I. 5. *ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non* dissimulanter *irati.*

DISSIMULANTIA. Orat. I. 67. ironia *et* dissimulantia, sc. ipsa ironia est dissimulantia, ut ex Theophrasti Charact. c. 1. intelligi potest, et iis, quae ibi Casaubonus. Aliis locis Cicero *dissimulationem* interpretatur. *Ern.*

DISSIMULARE. Att. VIII. 1. dissimulare *non potero, mihi quae adhuc acta sunt, displicere.* Fam. X. 8. *multa et simulavi invitus et* dissimulavi *cum dolore.* Off. I. 30. *si quis est paullo erectior, quamvis voluptate capiatur occultat et* dissimulat *appetitum voluptatis.* Att. I. 18. *nihil mihi nunc scito tam deesse quam hominem — quicum ego colloquar, nihil fingam, nihil* dissimulem, *nihil obtegam.* Planc. 30. *quum ceteri beneficia* dissimulent, *ne obligati esse videantur.* Rosc. Am. 31. *Tenuitas hominis eiusmodi est, ut* dissimulari *non queat, atque eo magis eluceat, quo magis occultatur.*

DISSIMULATIO. Orat. II. 67. *urbana* dissimulatio *est quum alia dicuntur ac sentias.* Ac. pr. II. 5. *Socrates libenter uti solitus est ea* dissimulatione, *quam Graeci εἰρωνείαν vocant.* Orat. II. 68. *quae a prudentibus quasi per* dissimulationem *intelligendi subabsurde salseque dicuntur.* Orat. II. 86. *libenter te cognitum iam artificem aliquandoque evolutum integumentis* dissimulationis *tuae, nudatumque perspicio.*

DISSIPABILIS. N. D. III. 12. *ignis et aër omni impulsu facillime pellitur naturaque cedens est maxime et* dissipabilis.

DISSIPARE. 1. Corpora vel corporum partes disiicere. Div. I. 34. Simia omnia quae erant ad sortem parata disturbavit et aliud alio dissipavit. cf. Div. II. 32. Vatin. 14. *quaero — num quis reus in tribunal sui quaesitoris ascenderit, eumque vi deturbarit, subsellia* dissiparit? Manil. 9. Medeam *praedicant in fuga patris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur,* dissipavisse. Fam. XII. 14. dissipare *classem.* Pis. 38. *illi statuam istius — deturbant, affligunt, comminuunt,* dissipant. N. D. II. 15. *Ignis noster — quocumque invasit cuncta disturbat ac* dissipat. Tusc. I. 11.

III. 19. *postea* dissociati *a Socrate diserti a doctis*, i. e. separati; cf. c. 16. eaque sunt quae c. 19. dicuntur facta *doctrinarum divortia*.

DISSOLUBILIS. N. D. I. 8. *quae est enim coagmentatio non* dissolubilis. Ibid. III. 12. *mortale igitur omne animal et* dissolubile *et dividuum sit necesse est*.

DISSOLVERE. 1. De rebus compositis, quarum partes divelluntur. Sen. 20. *opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit, natura* dissolvit. Ibid. *ut navem, ut aedificium idem destruit facillime, qui construxit, sic hominem eadem optime, quae conglutinavit, natura* dissolvit. Tusc. I. 11. *Animus si anima* (aër) *est fortasse dissipabitur*, — — *si est Aristoxeni harmonia*, dissolvetur. 2. De coniunctione hominum quae dirimitur. Rosc. Am. 39. dissolvere *amicitiam*. Lael. 9. *si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata* dissolveret. Off. III. 6. *unum debet esse omnibus propositum ut eadem sit utilitas unius cuiusque et universorum, quam si ad se quisque rapiat*, dissolvetur *omnis humana consortio* 3. De institutis, quae tolluntur, vel abrogantur. Phil. I. 8. *Ea lege omnes iudiciariae leges Caesaris* dissolvuntur. Ibid. I 7. *in maximis rebus id est legibus acta Caesaris* dissolvi *ferendum non puto*. Caecin. 14. *periculosum est* dissolvi *hoc interdictum*. Rull. II. 13. *interea* dissolvant *iudicia publica, de consiliis abducant* (iudices) *quos velint*. 4. De compositione verborum oratoria, s. de numeris. Orat. 70. *quantum sit apte dicere experiri licet, si compositi oratoris bene structam collocationem* dissolvas *permutatione verborum*. Ibid. 71. *facilius est apta* dissolvere *quam dissipata connectere*. 5. Philosophi dicuntur argumenta dissolvere quum ea vel refutant, vel si videntur inexplicabilia, explicant. Ac. pr. II. 24. *quam multa ille* (Chrysippus) *contra sensus, quam multa contra omnia quae consuetudine probantur* dissolvit. Ibid. 15. *fallacibus et capticsis interrogationibus circumscripti ac decepti quidam quum eas* dissolvere *non possunt, desciscunt a veritate*. Orat. II. 38. *ad extremum ipsi* (dialectici) *se compungunt suis acuminibus et — reperiunt — quae iam non possint ipsi* dissolvere. Ibid. *Stoicus — multa reperit, quae neget ullo modo posse* dissolvi. Div. II. 4. *quomodo aut mentientem, quem Ψευδόμενον vocant*, dissolvas *aut quemadmodum soriti resistas?* Div. II. 15. *hoc erat quod ego rebar non posse* dissolvi. *At quam festive* dissolvi-

tur. 6. De imputatione criminationum in iudiciis. Rosc. Am. 29. *Ennii criminatio tota, ut arbitror,* dissoluta *est.* 7. De debitis, quae solvuntur. Verr. II. 75. dissolvere *pecuniam.* Planc. 28. dissolvere *nomen.* Quint. 5. *Scapulis difficiliore conditione* dissolvit. Sull. 20. dissolvere *aes alienum,* Off. II. 24. *numquam nec maius aes alienum fuit, nec melius nec facilius* dissolutum *est.* Verr. V. 13. *damna quae aetatis fructu* dissoluta *et compensata sunt.* 8. De debitoribus, qui se expediunt. Catil. II. 8. *qui magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent, quarum amore adducti* dissolvi *nullo modo possunt.* 9. De votis aut mulctis quae solvuntur. Att. XV. 11. dissolvere *vota.* Tusc. I. 42. (Lycurgo) *maximam gratiam habeo qui me ea poena multaverit, quam sine mutuatione et sine versura possim* dissolvere. 10. Infirmare. Off. III. 32. *fraus adstringit non* dissolvit *periurium.* Muren. 31. *in* dissolvenda *severitate,* i. e. in relaxanda.

DISSOLUTE. 1. Orat. 39. dissolute *dicuntur plura,* h. e. demptis coniunctionibus, quod graece dicitur ἀσύνδετον. 2. Negligenter, parum severe. Q. Fr. II. 13 dissolute *iudicare.* Verr. V. 8. *non utar ista accusatoria consuetudine, ut si quid est factum clementer, ut* dissolute *factum criminer.* Caecin. 35. *ne ius suum* dissolute *relinquere videretur.*

DISSOLUTIO 1. Interitus naturae. Fin. II. 31. *quaero quid sit, quod cum* dissolutione, *id est morte, sensus omnis exstinguatur.* Fin. V. 11. *est in vitio* dissolutionem *naturae tam valde perhorrescere.* Leg. I. 11. *inscitia mors fugitur, quasi* dissolutio *naturae.* 2. Institutorum sublatio vel abrogatio. Phil. I. 9. *haec utrum lex est an legum omnium* dissolutio? Verr. IV. 59. *qui post iudiciorum* dissolutionem (h. e. ut paullo ante dicitur *posteaquam iudicia severa Romae fieri desierint*) *aediles facti sunt.* 3. Confutatio. Cluent. 1. dissolutionem *criminum ab oratore quaerere.* Her. I. 2. *confutatio est contrariorum locorum* dissolutio. 4. De animo severitatem negligente. Fam. V. 2. *si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria* (scil. vindicanda) *remissio animi et* dissolutio. 6. De figura orationis, quae dicitur ἀσύνδετον Her. IV. 30. Dissolutio *est, quae coniunctionibus verborum e medio sublatis partibus separatis effertur hoc modo: gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus.* Partit. 6. *con-*

structio verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus *relaxetur.*

DISSOLUTUS. 1. Sensu proprio, distractus divulsus. Att. XV. 11. dissolutum *offendi navigium, vel potius dissipatum.* Fin. II. 31. *Epicurus scripsit — mortem nihil ad nos pertinere, quod enim* dissolutum *sit, id esse sine sensu.* 2. De institutis, quae tolluntur. Leg. II. 12. *quod institutum perite a Numa posteriorum pontificum negligentia* dissolutum *est.* Caecin. 4. *argentaria* dissoluta, i. e. sublata. Caecin. 2. *quod est gravius et cuius rei causa maxime iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine* dissolutum *est.* 3. *Dissolutum* dicitur, quod non est ad artis formam redactum. Orat. I. 42. *omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt — adhibita est igitur ars quaedam extrinsecus — quae rem* dissolutam *divulsamque conglutinaret.* 4. *Dissolutus*, nimis negligens, opponitur severo et iusto. Catil. I 2. dissolutus *in reip. periculis.* Verr. V. 3. *maluisse Domitium crudelem in animadvertendo, quam in praetermittendo* dissolutum *videri.* Ibid. III. 57. *iudicium* dissolutum *ac perditum.* 5. Inprimis de negligentia in observando decoro. Off. I. 35. *Status, incessus, accubitio, metus, oculi, manuum motus teneant illud decorum — Nec vero histrionibus oratoribusque concedendum est, ut iis haec apta sint, nobis* dissoluta, h. e. nec vero putandum est solis histrionibus oratoribusque convenire ut in statu, in cessu etc. decorum illud observent, ceteris autem in iis rebus negligentiam concedi. 6. De negligentia in cura rei familiaris. Quint. 11. *quis tam* dissolutus *in re familiari fuisset, quis tam negligens.* Ibid. 12. *quis tam perditus ac profusus nepos sic* dissolutus *fuisset.* 7. De quavis alia negligentia in officiis. Off. I. 28. *negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino* dissoluti. Flacc. 9. *Satisne nobis coarguere —* dissolutam *Graecorum consuetudinem* (in fabulis conficiendis) licentiamque impudentem videmur? 8. De oratione quae non est numeris adstricta. Orat. 57. *Neque numerosa esse ut prima, neque extra numerum ut sermo vulgi esse debet oratio. Alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat; alterum nimis* dissolutum, *ut pervagatum ac vulgare videatur.* 9. *Dissolutum* quod Orat. III. 54. in figuris verborum occurrit est *ἀσύνδετον.* Vid. *Dissolutio.*

et rebus et verbis dicunt — id est quod dico ornate. Off. I. 1. *apte*, distincte, *ornate dicere.*

DISTINCTIO. 1. Discrimen, differentia Univ. 8. *animus diiudicat, quae* distinctio *sit inter ea, quae gignuntur.* Fat. 19. *modo intelligatur quae sit causarum* distinctio *ac dissimilitudo.* Acad. pr. II. 15. *qua nulla appareat in visis* distinctio. 2. Ipse actus s. ars distinguendi. Off. I. 29. Facilis est distinctio ingenui et illiberalis ioci. Fin. I. 10. *Harum rerum facilis est et expedita* distinctio. 3. Ornatus ex varietate ac dispositione. N. D. II. 3. *solis, lunae, siderumque omnium* distinctionem, *varietatem, pulcritudinem, ordinem.* 4. In figuris verborum Orat. III. 54. numeratur eiusdem verbi crebrius *positi quaedam* distinctio; quod Orat. 39. ita describitur: *aut continenter unum verbum non in eadem sententia ponitur.* Eadem figura auctori ad Herennium IV. 14. pars est *traductionis*, quum idem verbum modo in hac modo in altera re ponitur; eamque ut frigidam improbat Quintilianus IX. 3, 69. 5. De numero oratorio. Orat. III. 45. *numerus in continuatione nullus est*, distinctio, *et aequalium et saepe variorum intervallorum percussio numerum conficit.*

DISTINCTUS. 1. Varietate, per intervalla ornatus. N. D. II. 37. *caelum astris* distinctum *et ornatum.* Ibid. 39. *hominum operibus agri, insulae, literaque collucent*, distincta *tectis et urbibus.* Verr. IV. 27. *pocula gemmis* distincta *clarissimis.* 2. Simpliciter certis rebus per intervalla dispositis notatus. Prov. cons. 2. *via militaris per Macedoniam — castris Thraciis* distincta *ac notata.* Somn. 5. *octo cursus septem efficiunt* distinctos *intervallis sonos.* Ibid. *hic* (sonus) *est qui intervallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione* distinctis, *impulsu et motu ipsorum orbium conficitur.* 3. De oratione. Orat. I. 12. *oratio composita et ornata, et artificio quodam et expolitione* distincta. Ibid. II. 80. *narratio* distincta *personis et interpunctis sermonibus.* Ibid. III. 25. *ut oratio conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus: id non debet esse fusum aequabiliter per omnem orationem, sed ita* distinctum, *ut sint quasi in ornatu disposita quaedam insignia et lumina.* Ibid. III. 48. *continuatio verborum — articulis membrisque* distincta

DISTINERE. 1. *Distineri* dicitur is, qui multitudine negotiorum obruitur. Fam. VII. 2. *nos hic mul-*

DISTORTUS. 1. Sensu proprio de membris corporis. Mur. 29. *Stoici dicunt solos sapientes esse, si* distortissimi *sint, formosos.* Orat. II. 66 *demonstravi pictum Gallum in Mariano scuto* — distortum, *eiecta lingua, buccis fluentibus*, 2. De enuntiationibus perplexis. Fat. 8 *multa sunt genera enuntiandi nec ullum* distortius *quam hoc.*

DISTRACTIO. 1. Sensu proprio. N. D. I. 11. *Pythagoras, qui censuit deum esse animum per naturam rerum omnium intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit* distractione *humanorum animorum lacerari ac discerpi deum.* 2. i. q. discordia. Off. III. 6. *nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa* distractio.

DISTRACTUS. 1. Divisus. Fam. IV. 7. *qui non idem consilium quod tu secuti sunt, eos video in duo genera esse* distractos. 2. Disiunctus. Att. VIII. 24. *ut Caesarem et Pompeium perfidia hominum* distractos *rursus in pristinam concordiam reducas* Ibid. 19. *diligentius est videndum ne* distracti *pares adversariis esse non possimus.*

DISTRAHERE. 1. Dividere, discerpere. N. D. III. 12. Carneades statuit, *corpus immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi* distrahique *non possit.* 2. Abscindere. Sull. 20. *tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab his membra divelli citius ac* distrahi *posse diceres.* 3. Disiungere, divellere. Phil. II. 10. *postea quam se totum Pompeius Caesări tradidit, quid ego illum ab eo* distrahere *conarer.* Planc. 42. *nemo erit tam crudeli animo — qui a me mei servatorem capitis divellat ac* distrahat. Fam. IV. 13. *quos aut mors eripuit nobis aut fuga* distraxit. 4 Dissipare. Quint. 15. de bonorum proscriptione: *de quo homine praeconis vox praedicat et pretium conficit, huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur; si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exsequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitae lacerandas et* distrahendas. 5. De litibus, componere, diiudicare. Caecin. 2. *omnia iudicia aut* distrahendarum *controversiarum aut puniendorum — maleficiorum causa reperta sunt.* 6. *Distrahi* dicitur *animus*, quum in quam partem decernat, non videt. Off. I. 3. *in quo considerando saepe animi in contrarias partes* distrahuntur. Ibid. *fit ut* distrahatur *in delibe-*

rando animus afferatque ancipitem curam cogitandi. 7. Alio sensu dicitur animus distrahi (zerstreut werden) quum diversis studiis distinetur. Orat. I. 59. *oratoris industriam in plura studia* distrahi *nolim.* 7. Orat. 45. distrahere *voces est* vocales duorum verborum concurrentes singulas pronuntiare, sine elisione. Contrarium est *voces contrahere.*

DISTRIBUERE. Fam. XII. 1. *pecuniae maximae* distribuuntur. Oecon. 2. *itinera et labores pacis ac belli, id est rusticationis et militarium stipendiorum* distribuit *natura.* Catil. I. 3. distribuisti *partes Italiae, statuisti quo quemque proficisci placeret.* Pet. cons. 8. *totam Italiam fac animo ac memoria* distributam *comprehensamque habeas.* 2. Attribuere, assignare. Att. VII. 14. *sane commode Pompeius* distribuit *binos singulis patribus familiarum.* Catil. III. 3. *ut urbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum* distributumque *erat, incenderent.* 3. Dividere sensu logico. Orat. I. 23. *quae observata sunt in usu ac ratione dicendi — generibus illustrata, partibus* distributa *sunt.* Her. I. 19. *causarum divisio in duas partes* distributa *est.*

DISTRIBUTE. Tusc. II. 3. *profitentur se neque distincte neque* distribute *— scribere.* Inv. II. 59 *Laudes ex his locis sumentur, qui personis sunt attributi. Sin* distributius *tractare quis volet, partiatur in animum et corpus et extrarias res licebit.*

DISTRIBUTIO. 1. Partitio s. descriptio in partes. Div. II. 19. *caeli* distributio *et certarum rerum notatio docet, unde fulmen venerit.* 2. Sensu logico, divisio. Partit. 2. *ut* distributiones, *ut genera partium, generumve partes.* 3. In rhetoricis. Her. I. 10. *Perorata narratione —* distributione *uti debemus. Ea dividitur in duas partes, enumerationem et expositionem.* 4. Alia ratione in loco de pronuntiatione. Her. III. 13. *contentio dividitur in continuationem et distributionem.* Distributio *est in contentione oratio frequens, cum raris et brevibus intervallis, acri vociferatione.* cf. ibid. c. 14. 5. *Distributio* est figura elocutionis. Her. IV. 35. Distributio *est, quum in plures res aut personas negotia quaedam dispertiuntur,* cuius figurae ibidem afferuntur exempla. Eandem inter lumina sententiarum nominat Cicero. Orat. III. 53. eamque Orat. 40. sic describit *ut orator aliud alii tribuens dispertiat.*

DISTRICTUS, occupatus. Orat. III. 2. *quamdiu Crassi fuit ambitionis labore vita* districta. Q. Fr. II. 15. *sic habeto nunquam me a causis et iudiciis* districtiorem *fuisse.* Verr. Act. I. 9. *eos intelligere videbam me hoc iudicio* districtum *atque obligatum futurum.*

DISTURBARE, demoliri, diruere. Att. IV. 3. disturbata *porticus Catuli.* cf. Dom. 43. extr. Phil. V. 7. *Antonius nisi venirem Kal. Sept.* (in senatum) *fabros se missurum et domum meam* disturbaturum *esse dixit.* 2. Discutere. Div. I. 34. *simia sortes ipsas et cetera quae erant ad sortem parata* disturbavit, *et aliud alio dissipavit.* 3. Vastare. N. D. II. 15. *ignis quocunque invasit, cuncta* disturbat *et dissipat.* 4. Pervertere. Rosc. Am. 38. *qui fidem laedit, quantum in ipso est,* disturbat *vitae societatem.* 5. Sull. 4. *ille ambitus iudicium tollere ac* disturbare *noluit.* Fam. XII. 21. *quum quidam agrariam curationem ligurrirent,* disturbavi *rem totamque integram vobis reservavi.*

DITHYRAMBUS, pro poëmate dithyrambico, inprimis ratione habita numerorum liberiorum, quales in illo usurpari solebant. Orat. III. 48. *ex illis modis, quibus hic usitatus versus efficitur post anapaestus, procerior quidam numerus effloruit; inde ille licentior et divitior fluxit* dithyrambus, *cuius membra et pedes — sunt in omni locupleti oratione diffusa.*

DITIO. 1. Imperium, potestas. Caecil. 20. *ab exteris nationibus, quae in amicitiam populi Romani* ditionemque *essent.* 2. De hominibus privatis. Quint. 30. *si fas est respirare Quintium contra nutum* ditionemque *Naevii.* 3. De diis. Leg. II. 7. *ea, quae gerantur, deorum geri vi,* ditione, *ac numine.* 4. De eo, cui alter obnoxius est. Verr. I. 37. *Scaurus, qui Cn. Dolabellam accusavit, istum in sua potestate ac* ditione *tenuit;* h. e. ita ei obnoxius fuit, ut, quae vellet, contra Dolabellam diceret pro testimonio.

DIVARICARE, cruribus distrahere. Verr. IV. 40. *in ea statua Sopatrum* divaricari *ac deligari iubet.*

DIVELLERE. 1. De membris abruptis. Sull. 20. *ut ab his membra* divelli *citius ac distrahi posse diceret.* 2. Disperdere. Off. II. 23. *est summa ratio et sapientia boni civis commoda civium non* divellere. 3. Separare. Planc. 42. *nemo erat tam crudelis — qui a me mei servatorem capitis* divellat *ac distrahat.* 4. Disiungere,

sit. ibid. 2. *ut quisque quod plurimi sit, possideat, ita* ditissimus *habendus sit.* Fam. VII 16. *Balbus mihi confirmavit te* divitem *futurum. Id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an, quomodo Stoici dicunt, omnes esse* divites, *qui caelo et terra frui possint, postea videro.* Mur. 29. Zeno dixit: *solos sapientes esse — si mendicissimi*, divites. 2. Transfertur ad animum. Parad. VI. 1. *animus hominis* dives, *non arca appellari solet.* Lael. 16. ditior *mihi et affluentior videtur esse vera amicitia.* 3. De varietate numerorum in poëmate. Orat. III. 48. *inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus.*

DIVEXARE. Phil. XIII. 8. *agros* divexat *civium optimorum.* Ibid. XI. 2. alteri (Antonio) *se Brutus obiecit, impetumque furentis atque omnia* divexare *et diripere cupientis vitae suae periculo colligavit.*

DIVIDERE. 1. Sensu proprio. Pis. 2. *Ego agrum Campanum, si* dividi *non oportuit, conservavi.* N. D. III. 12. *omne animal secari ac* dividi *potest.* 2. Distribuere. Sull. 15. *ego — tabulas publicas —* (quibus indicium Allobrogum continebatur) *describi ab omnibus statim librariis,* dividi *passim et pervulgari atque edi populo Romano imperavi.* Divisi *toti Italiae, emisi in omnes provincias.* 3. Segregare, disterminare. Att. V. 20. *Amanus Syriam a Cilicia aquarum divortio* dividit. 4. De divisione logica generum in species. Orat. 33. *idem genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur, neque redundet, partietur ac* dividet. Fin. II. 9. *quomodo autem philosophus loquitur tria genera cupiditatum? — Primum* divisit *ineleganter. Duo enim genera, quae erant, fecit tria. Hoc est non* dividere *sed frangere rem. — Vitiosum est enim in* dividendo *partem in genere numerare.* 5. Distinguere, discernere. Leg. I. 16. *legem bonam a mala nulla alia nisi naturae norma* dividere *possumus.* Orat. 32. *Ambigue dicta* dividi *et explanari oportet.* Div. I. 2. *postulatum est, ut Bibuli sententia* divideretur; h. e. ut, quoniam sententia Bibuli res duas contineret, quarum alterum probarent, alterum non item; de utraque sigillatim decerneretur, ne aut utramque probare aut reiicere cogerentur. De hoc more senatorio postulandi, *ut sententia dividatur*, vid. Brisson. Form. II. 59. et viros doct. ad Plin. ep. VIII. 14. *Ern.*

et Gell. N. A. II. 4. Occurrit hoc verbum etiam Fam. VIII. 8

DIVINE, de divinatione rerum futurarum, cui eventus respondet. Div I. 55. *multa* divine *praesensa et praedicta reperiri.* Att. X. 4. *praeclara conscientia sustentor, quum cogito me de rep. aut meruisse optime quum potuerim, aut certe numquam, nisi* divine *cogitasse*, i. e. (ut bene Graevius explicuit) *quicquid cogitavi eventurum esse, id evenisse;* addit enim: *eaque ipsa tempestate eversam esse remp. quam ego XIV annis ante prospexerim.*

DIVINITAS, natura divina, Deus. Div. II. 11. *quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus ex* divinitate, *unde omnes animos haustos aut acceptos, aut libatos haberemus.* N. D. I. 14. Cleanthes — divinitatem *omnem tribuit astris.* 2. Div. II. 38. extr. de populis barbaris, a quibus divinatio inventa putabatur: *placet igitur humanitatis expertes habere* divinitatis *auctores?* 3. excellentia, excellens virtus. Orat. II. 89. *unde esset illa tanta tua in causis* divinitas. Ibid. II. 74. *mementote, non me de perfecti oratoris* divinitate *quadam loqui, sed de exercitationis aut consuetudinis meae mediocritate.* Orat. II. 20. *alterum* (scil. excellenti et perfecti oratoris munus explere) divinitatis *mihi cuiusdam videtur; alterum vel non facere, quod non optime possis, vel facere, quod non pessime facias*, humanitatis. Orat. 19. *Theophrastus* divinitate *loquendi nomen invenit.*

DIVINITUS, 1. a deo, dei beneficio vel divino nutu. Partit. 23. *si quid cui magnum aut incredibile acciderit, maximeque si id* divinitus *accidisse potuerit videri.* Div. I. 31. *inest in animis praesagitio extrinsecus iniecta atque inclusa* divinitus. Orat. I. 45. *ut id ipsum quod erat hominis proprium non partum per nos, sed* divinitus *ad nos delatum videretur.* Sull. 15. *multa* divinitus (*durch göttliche Eingebung*) *non mea sponte providi.* Verr. III. 76. *atque in eam fraudem mihi videtur* divinitus *incidisse, — ut eas poenas, quas proxime meruisset solveret.* 2. De vera divinatione. Orat. I. 7. *multa* divinitus (*im prophetischen Geiste*) *a tribus illis consularibus deplorata narrabat.* 3. Ponitur pro egregie, excellenter. Att. I. 13. *ille locus inductus est a me* divinitus, Orat. I. 7. divinitus (*a Platone*) *dicta* P. Red. in Sen. 12. *homines de me* divinitus *meriti.*

DIVINUS. 1. Deo proprius. N. D. II. 25. *quidquid magnam utilitatem generi afferret humano, id non sine* divina *bonitate erga homines fieri arbitrabantur.* Ibid. I 20. divina *sollertia.* 2. Deo similis. Fin. II. 13. *homo quasi mortalis deus,* divinum *animal.* 3. Qui praeclare aliquid facit. Q. Fr. II. 8. *senatus frequens* divinus *fuit in supplicatione deneganda.* 4. Vates. Div. II. 3. *qui* divini *habentur.* cf. ibid. I. 58 Graev. ad Att. X 4. 5 *Res divina*, pro sacrificio. Div. II. 10. *nihil levari re* divina *potest.* Ibid. omnia levius casura, rebus divinis procuratis. 6. Fin. II. 12. *scientia* divinarum *et* humanarum rerum. Tusc. V. 3. divinarum *et humanarum rerum cognitio:* est definitio sapientiae s. philosophiae, de qua pauca dicenda videntur, tironum causa. Scilicet *res divinae* sunt physica, quae et theologiam naturalem, quam vocant, ex veteri partitione complectuntur. (Nam veteres tres partes philosophiae faciebant, quarum prima erat ars disserendi, i. e. dialectica, altera de natura, tertia de moribus.) Res humanae autem dialectica et doctrina de moribus dicuntur. Orat. 34. manifeste *divina* dicuntur pro *physicis.* Ea definitio autem non est a Stoicis demum excogitata, sed a Socrate profecta, et fortasse hoc ipso est antiquior. Nam etsi primus ille doctrinam morum philosophiae adiunxit, tamen dialectica ante eum a philosophis tractata erant, a quibus philosophia rerum humanarum scientia dici potuit. Certe apud Platonem non semel haec definitio reperitur. Ap. Xenoph. Mem. Socr. I. 1. 12. *ἀνθρώπινα* et *δαιμόνια* sic dicuntur, ut illa doctrinam de moribus, haec de natura, significent, cf. §. 16. Neque vero in hoc multum difficultatis est. 7. Sed *res divinae* et humanae etiam aliis modis dicuntur, atque id ipsum Socratico more, quem qui non intelligunt, in hac ratione dicendi interdum haerent. Apud eundem Xenophontem l. c. §. 15. *ἀνθρώπεια* dicuntur de quibuscunque artibus, quae in rebus ad vitam humanam pertinentibus versantur, nempe artibus opificum. Ibid. §. 19. Dii dicuntur hominibus significare *περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων*; in quo res humanae sunt, quae hominibus accidunt. Ibid. I. 3. 4. *ἀνθρώπινα* opponuntur *τῇ τῶν θεῶν ξυμβουλίᾳ*, adeoque sunt consilia humana. Atque haec ratio Graecorum etiam in linguam latinam invecta est ab his, qui Graecas literas didicerant, ut multae aliae. Sic quum magnitudo animi dicitur cerni

in rerum humanarum contemptu, omnia ea significantur, quae sunt hominum, ut divitiae, honores, genus etc. aut iis accidere possunt, quia sunt homines, ut morbus, periculum, paupertas etc. Sic amicitia Lael. 6. est omnium *divinarum humanarumque* rerum consensio cum benivolentia et caritate; quod quale sit, explicat ipse c. 17. init. „his igitur finibus utendum arbitror, ut quum emendati more amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum sine ulla exceptione communitas.“ Porro *divina et humana* saepe dicuntur absolute, pro eo quod est Rosc. Am. 23. *divina et humana iura.* Ex quibus intelligitur, latine nescire, qui illam iuris definitionem Iustinianeam aut non intelligunt, in qua res divinas et humanas, pro iure divino et humano s. legibus divinis et humanis, h. e. naturalibus et positivis, ut hodie loquuntur, dici manifestum est, vel ex eo, quod ei duae formae ius naturae et civile subiiciuntur, aut reprehendunt adeo, cum latinius definiri non possit. Sed hoc aliis etiam definitionibus accidit, ut non intelligantur latini sermonis inscitia, et propterea reprehendantur. Vid. *Vinculum.* Ea autem ratio de legibus aut etiam officiis loquendi a Socraticis profecta est. Plato de Legg. L. V. p. 842. ed Francof. *ἐπιτηδευμάτων* — — — *λέλεκται σχεδὸν ὅσα* ΘΕΙΑ' *ἐστὶ, τὰ δ'* ΑΝΘΡΩ'ΠΙΝΑ *νῦν ἡμῖν οὐκ εἴρηται*; ubi divina officia dicuntur ea, quae pertinent ad res divinas, h. e. ut ipse ait, in quibus si peccaveris, Deum ultorem habeas, humana autem, quibus obiectae sunt res humanae, p. 840. *ἔστι δὴ φύσει ἀνθρώπειον μάλιστα ἡδοναὶ καὶ λῦπαι καὶ ἐπιθυμίαι* etc. p. 842. Sic apud Liv. XXIX. 18. extr. et *illa omni divino humanoque liberetur scelere.* Cf. III. 19. ubi frustra haerebat Drakenb. *Ern.*

DIVISIO. 1. Divisio logica. Acad. pr. II. 31. *duo placet esse Carneadi genera visorum. In uno hanc* divisionem: *alia visa esse quae percipi possint, alia quae non possint; in altero autem alia visa esse probabilia, alia non probabilia.* 2. Partitio disputationis. N. D. III. 2. *quadripartita fuit divisio tua, primum ut velles, docere deos esse; deinde quales essent; tum ab iis mundum regi; postremo consulere eos rebus humanis, haec si recte memini fuit partitio tua.* 3. In rhetoricis. Her. I. 3. Divisio *est per*

quam aperimus, quid conveniat, quid in controversia sit, et per quam exponimus, quibus de rebus simus dicturi. cf. eiusdem libri cap. 10. 4. *Divisio* est etiam genus figurae s. exornationis sententiarum. Her. IV. 40. Divisio *est quae rem semovens ab re utramque absolvit ratione subiecta, hoc modo: cur ego nunc tibi quicquam obiiciam? si probus es, non meruisti; sin improbus, non commoveris.* 5. Fam. IX. 22. *Non honestum verbum est* divisio? At inest obscenum; scil. *visio, visire*, sicut *pedo in intercapedo.*

DIVISOR, dicitur, cui mandata est in coloniarum deductione et ex lege Agraria agrorum inter colonos distributio. Phil. XI. 6. *primum duos collegas Antoniorum et Dolabellam Nuculam et Lentonem, Italiae* divisores *lege ea, quam per vim latam senatus iudicavit.* Ibid. V. 7. *tantum quisque habebat possessor, quantum reliquerat* divisor *Antonius.* 2. Divisores sunt etiam inter operas campestres in comitiis. Har. Resp. 20. divisores *omnium tribuum domi ipse suae crudelissima morte mactaret.* fr. Cornel. 1. *nisi poena accessisset in* divisores. Muren 26. *de* divisorum *indiciis, et de deprehensis pecuniis — — respondebo.* Petit. Cons. 14. *si* divisores *aliqua ratione coercemus, perfici potest, ut aut largitio nulla fiat, aut nihil valeat.* Verr. III. 69. *homo in furis ac* divisoris *disciplina educatus.* Act. I. in Verr. 8. divisores *omnium tribuum noctu ad ipsum vocatos.* Ibid. *ex eadem familia Q. Verrem Romilia, ex optima* divisorum *disciplina patris istius discipulum et amicum, qui HS quingentis millibus depositis id se perfecturum polliceretur.* Orat. II. 63. *Numium* divisorem, *ut Neoptolemum ad Troiam, sic illum in Campo Martio nomen invenisse.* Planc. 19. docet, *quo* divisore *tribus corrupta sit.* Ex quibus locis patet, primo suum cuique tribui *divisorem*, atque fortasse etiam plures fuisse; unde fit, ut per se non turpis res fuerit: deinde tribus per hos fere esse corruptas, quod per eos commodissime fieri posset, eamque tandem ob causam infame et suspectum divisoris nomen factum esse, atque adeo in convicii loco dictum fuisse. Cf. Gruch. de comit. I. 3. q. m. 245. sq. Unum locum e Sueton. Aug. 3. adiiciemus: hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter divisores operasque campestres proditum; ad q. l. Torentius male hoc genus cum illo supe-

riori, qui agros dividunt, confundit. Itaque existimo divisores fuisse eosdem, qui diribitores tabellarum. Neque video, quod aliud genus operarum campestrium eo nomine intelligi possit. Nam quod in Pison. 15. diribitores sunt honesti et senatorii viri, id extraordinarium est: nec ista operae campestres fuere. *Ern.*

DIVITIAE. 1. Sensu proprio Off. I. 8. *expetuntur* divitiae *tum ad usus vitae necessarios, tum ad perfruendas voluptates.* 2. Metaphorice. Orat. I. 35. *in oratione Crassi* divitias *atque ornamenta eius ingenii — perspexi.*

DIVORTIUM. 1. De fluminibus. Att. V. 20. *Amanus Syriam a Cilicia aquarum* divortio *dividit.* Fam. II. 10. *mons — divisus aquarum* divortiis. 2. De matrimonii inter coniuges dissolutione. Orat. III. 40. *si res suum nomen et proprium vocabulum non habet — ut in uxore* divortium, *necessitas cogit, quod non habeas aliunde sumere.* Orat. I. 40. Paterfamilias qui ex Hispania Romam venisset, quum uxorem praegnantem in provincia reliquisset, Romaeque alteram duxisset, neque nuntium priori remisisset, mortuusque esset intestato et ex utraque filius natus esset, controversia orta est, *quum quaereretur de duobus civium capitibus et de puero qui ex posteriore natus erat, et de eius matre, quae si iudicaretur certis quibusdam verbis, non novis nuptiis fieri cum superiore* divortium, *in concubinae locum duceretur.* 3. De dimissione concubinae. Phil. II. 28. *ex omni vita* (Antonii) *nihil est honestius, quam quod cum mima fecit* divortium. 4. De artium disiunctione. Orat. III. 19. *haec ut ex Apeninno fluminum, sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta* divortia

DIURNUS. Inv. I. 26. *tempus est pars quaedam aeternitatis, cum alicuius annui, menstrui,* diurni *nocturnive spatii significatione.*

DIUTINUS. Fam. XI. 8. *libertatis desiderio et odio* diutinae *servitutis.*

DIUTURNITAS. Fam. V. 15. diuturnitas *maximos luctus vetustate tollit.* Leg. II. 10. *Animi labes vel* diuturnitate *evanescere nec amnibus ullis elui potest.* Fin. I. 2. dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis; *ut eius magnitudinem, celeritas* diuturnitatem *allevatio consoletur.*

DIUTURNUS. Orat. III. 25. *possumus iudicare (orationem) ornatam, festivam, sine intermissione — non posse esse in delectatione* diuturna. Sen. 19. *mihi ne* diuturnum *quidquam videtur, in quo est aliquid extremum.* Off. II. 12. *ficta omnia celeriter tamquam flosculi decidunt, nec simulatum potest quidquam esse* diuturnum.

DIVULGARE. 1. De fama et rumoribus. Fam. VI. 12. *quare visum est occultius agendum, neque ullo modo* divulgandum, *de te iam esse perfectum.* Font. 5. *inimici hanc rem sermonibus* divulgare *voluerunt.* 2. De epistolis familiaribus. Phil. II. 4. *quam multa ioca solent esse in epistolis; quae prolata si sint, inepta videantur? quam multa seria neque tamen ullo modo* divulganda. 3. De libris. Orat. 31. *hunc librum etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine* divulgari *necesse est.*

DIVULGATUS Fam. X. 26. *te adipiscendi magistratus levissimi et* divulgatissimi, (praeturae) *si ita adipiscaris ut plerique, praepropera festinatio abducet a tantis laudibus?*

DO, are, huius verbi tam varius et multiplex usus est, vix ut omnis illa varietas commemorari possit. Quae nobis praecipua genera visa sunt, afferemus. 1. Dicitur in philosophorum disputationibus, pro *concedere.* Fin. V. 28. *prima si* dederis, danda *sunt omnia.* cf. Inv I. 31. 2. Sed pro *concedere* dicitur etiam eo sensu, quo ipsum dicitur interdum, np. pro *veniam dare alterius causa.* Ligar. 12. *ut* concessisti *M. Marcellum Senatui, sic da hunc populo.* 3. Est porro verbum forense. Rosc. Com. 1. *lis* datur *secundum eum.* Huc pertinent etiam haec: *iudicium* dare, *iudices* dare, *testes* dare, *cognitorem* dare, *cognitionem* dare etc. de quibus dicere non est necesse. 4. Constituere, dicere. Att. I. 10. *Tulliola tibi diem* dat, *sponsorem appellat.* vid. *dies*, et cf. Duker. ad Flor. III. 5, 14. 5. In re militari *dare nomina* dicuntur, qui se militaria stipendia facturos profitentur, propterea quod nomen suum scribi in albo militari patiuntur. Phil. VII. 4. 6. Orat. II. 3. *sermonibus* se dare, i. e interesse; simile est hoc, Agr. II. 5. *quum familiariter me in illorum sermonem insinuarem ac* darem. 7. Fam. XII. 16. *noli putare, me hoc auribus tuis* dare; h. e. propterea tantum scribere, quod gratum fore putem, assentandi causa.

8. Div. V. 13. das *mihi iucundas recordationes*. 9. Conciliare, amicum reddere. Att. X. 4. *Oppios Terentiae* dabis. 10. Dare se alicui dicuntur, qui ad eum se applicant, qui ei grati esse laborant omni obsequii officiique genere. Harusp. R. 12. *nisi se dedisset iis*. Fam. II. 8. da *te homini: complectetur, mihi crede*. Rabir. Post. 2. *Rabirius dicitur regi se* dedisse, *quod ei pecunias crediderat*. Rabir. Perd. 3. dare *se auctoritati senatus*. 11. Committere. Sext. 58. dare *se populo*: de iis, qui in theatrum veniunt. Nam hi se tamquam committunt populo, quum sperant, se non exsibilatum iri. 12. Fam. XIII. 1. dare *se ad lenitatem*, pro, *leniorem fieri*. 13. Studium suum conferre ad aliquid dicitur *dare se ad* aliquid. Caecil. 2. *qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia* dedissem. Orat. III. 16. *eloquentia, varietate, copia, quam se cumque in partem* dedisset, *omnium fuit facile princeps*. 14. Tribuere. Sull. 15. *non possum tantum ingenio meo* dare, *ut* etc. 15. In delegandа pecunia, et solvenda non ex arca sed per attributionem, etiam *dare* dicitur. Flacc. 15. *quantum sibi ablatum dicit homo impudentissimus, tantum nunquam est ausus, ut haberet, optare. Ab A. Sextilio dicit se dedisse et a suis fratribus. Potuit Sextilius* dare. Sic Rosc. Am. 27. *unde aut quantum* dedisti. 16. *Fabulam dare* est docere, de auctoribus fabularum. Brut. 18. *Livius minor fuit aliquando is, qui primus fabulam* dedit, *quam ii, qui multas docuerunt* etc. cf. Cluent. 51. 17. Dicere. Acad. I. 3. *sed* da *mihi nunc*. *Sic Virg*. da *Tityre nobis* 18. Docere. Att. XII. 5. dabis *igitur tribunatum, et, si poteris, Tubulus quo crimine* etc. 19. N. D. III. 26. *ita* dat *se res*; h. e. ita accidit, ita procedit. vid. Gronov. ad Liv. XXVIII. 5. 20. *Dare se* etiam eleganter dicuntur, quibus facile aliquid persuademus, quod sua sponte in eas partes inclinant. Orat. II. 44. *si se* dant *iudices, et sua sponte, quo impellimus, inclinant*. 21. Constructionis causa haec affero. Inv. I. 14. *praecepta* dare in *ratione*. Cod. Gronov. habebat: in rationem; et sic est c. 10. Agr. II. 7. *ut id, quoad liceret, ad populi partes* daret: *pro* ad populi beneficium transferret, ut alio loco dicit. Brut. 88. *Q. Scaevola se nemini ad docendum* dabat. *Ern*. DATUM, munus, donum. Cluent. 24. *tantum donis, datis, muneribusque perfecerat*, nam sic distinguendum cum Graevio, quem vide ad h. l. Datum

pro dono est etiam apud Plaut. Pseud. I. 3. 71. Ovid. Met. VI. 463. Ceterum huiusmodi verba, *munus, donum*, iungi solere, quamquam synonyma sint, docet Salmas. ad Lampr. Severum, c. 26. T. II. p. 923. cf. Gronov. Observ. IV. p. 230. Tirones adeant Livium XXII. 10. ubi frustra tentatur id genus a viris doctis. Sed apud eundem XXXVI. 2. *dona data* dicuntur ita, ut *data* sit participium. *Ern.* *Data* opponuntur *acceptis*. Lael. 16. *Hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum et* datorum.

DOCERE. 1. De artibus quae disciplina traduntur. Fam. IX. 23. *Socratem fidibus* docuit (*Connus*) *nobilissimus fidicen.* Orat. 13. *Isocrates – quum* doceret *eos qui partim in* dicendo, *partim in scribendo principes exstiterunt, domus eius officina habita eloquentiae est.* Orat. II. 54. *mihi testis esse potes, aut nullam esse artem salis, aut, si qua est, eam nos tu potissimum* docebis. Ibid. 47. *quamobrem hoc vos* doceo, *bonus videlicet atque eruditus magister, ut in* dicendo *irasci, ut dolere, ut flere possitis.* Phil. II. 4. *Iam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede — nihil sapere* docuit. Pis. 30. *quid nunc te, asine, literas* doceam? *non opus est verbis sed fustibus.* 2. De singulis rebus, quae alicui explicantur, ad quas instituitur, seu quarum ei notitia impertitur. Rosc. Am. 9. *mori mallet, quam de his rebus Sullam* doceri. Fam. V. 3. *de rationibus provinciae, quid vellem fieri, ut is vos* doceret *et commonefaceret.* Rull. III. 2. *ut* doceam *Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se et de suis factis taceri velit.* Att. VIII. 2. *nihil arbitror fore, quod reprehendas, si qua erunt,* doce *me* Fam. III. 6. *interea ne literas quidem accepi, quae me* docerent, *quid ageres.* 3. *Causam docere* cliens dicitur patronum quum res ad controversiam intelligendam utiles enarrat. Cluent. 70. *quum me hanc causam* doceret. Orat. II. 24. *equidem soleo dare operam, ut de sua quisque re me ipse* doceat, — *et agere adversarii causam, ut ille agat suam, et quidquid de sua re cogitavit in medium proferat.* 4. Eodem modo iudices. pontifices *doceri* dicuntur. Verr. IV. 51. Dom. 12. 5. Fabulam docere dicitur poeta, quum eam edit spectandam. Tusc. IV. 29. *quum Orestem fabulam Euripides* doceret *primos tres*

versus revocasse dicitur Socrates, Brut. 18. Livius, Plautus et Naevius dicuntur *fabulas* docuisse.

DOCHMIUS. Orat. 64 dochmius *autem* e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc, amicos tenes. De *versibus dochmiacis* elegans est et subtilis libellus Seidleri V. C.

DOCILIS. Her. I. 4. Docilis *est qui attente vult audire.* Inv. I. 16. Dociles *auditores faciemus si aperte et breviter summam causae exponemus.* Orat. II. 79. *attentum monent Graeci ut principio faciamus iudicem et* docilem. Ibid. 19 docilem (iudicem facere possum) *non quum pollieeor me demonstraturum sed tum quum* doceo *et explano.* Tusc. II. 6. *deinde ad hanc enervatam muliebremque sententiam* (summum malum esse dolorem) *satis* docilem *se Epicurus praebuit.*

DOCILITAS. Sext. 12. *qui primi virtute et consilio praestanti exstiterunt, ii perspecto genere humanae* docilitatis *atque ingenii dissipatos unum in locum congregarunt eosque ex feritate illa ad iustitiam et mansuetudinem transduxerunt.* Fin. V. 13. *animi plures sunt virtutes sed duo prima genera; unum earum, quae ingenerantur suapte natura — prioris generis est* docilitas, *memoria, quae fere omnia appellantur uno ingenii nomine.*

DOCTOR. Orat. I. 6. *quae Graeci dicendi artifices et* doctores *reliquerunt.* Ibid. III. 15. *vetus illa doctrina eadem videtur et recte faciendi et bene dicendi magistra, neque disiuncti* doctores, *sed iidem erant vivendi praeceptores atque dicendi.* Fam. VII 19. *num ius civile vestrum ex libris cognosci potest? qui quamquam plurimi sunt,* doctorem *tamen unum quem desiderant.*

DOCTRINA. 1. Institutio ad artes, (*Unterricht*). Orat. II. 54. *nullo videtur modo* doctrina *ista res* (scil. ars facetiarum) *posse tradi.* Ibid I. 48. *quae in commentarium meum retuli, sunt eius modi, non aliqua mihi* doctrina *tradita sed in rerum usu causisque tractata.* Sext. 56. *mihi sumpsi hoc loco* doctrinam *quandam iuventuti* (h. e. iuvenes docere volui) *qui essent optimates.* Mur. 30. fatebor, *me quoque in adolescentia, diffisum ingenio meo, quaesivisse adiumenta* doctrinae. Or. II. 54. Ubi oratori praecipitur copiosa potius disputatione, quam definitione proprie sic dicta utendum esse: *etenim definitio — genere ipso* doctrinam *redolet* (*schmeckt zu sehr nach der Schule*) *exercitationemque*

DODRANS, rei totius ¾. Att. I. 11. *Quintus frater qui Argiletani aedificii reliquum* dodrantem *emit*; scil. quum quadrantem hereditate accepisset.

DOGMA, decretum philosophorum. Ac. pr. II. 43. dogma *prodere*. Fin. II. 32. *ut proverbia nonnulla veriora sint, quam vestra* dogmata.

DOLARE. 1. Sensu proprio. Div. II. 41. *quis robur illud cecidit, quis* dolavit? Ac. pr II. 31. *Sapiens non est e saxo sculptus, aut e robore* dolatus. 2. Metaphorice. Orat. II. 13 *Caelius neque distinxit historiam — neque — perpolivit illud opus — sed — sic — ut potuit* dolavit.

DOLENTER. Fam. X. 24. *quicquid tibi scribo* dolenter *magis, quam inimice facio*, i e. magis quod ipsa illa Caesaris Octaviani facta doleo, quam quod ei inimicus sim. Phil. VIII. 7. dolenter *hoc dicam potius quam contumeliose. Deserti, deserti inquam sumus a principibus*. Orat. II. 52. *singuli casus humanarum miseriarum graviter accipiuntur* (ab auditoribus) *si dicuntur* (*ab oratore*) dolenter. Orat. 38. *nec vero miseratione solum mens iudicum permovenda est, qua nos ita* dolenter *uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus.*

DOLERE. Fam. V. 14. doleo *quia* doles *et angere*. Att. XVI. 2. *dummodo* doleant *aliquid*, doleant *quidlibet*. Att. VIII. 23. *ut meam vicem* doleres, *quum me videres derideri*. Verr. I. 44. *si alienam vicem pro nostra iniuria* doleremus. Fam. V. 8. *quaedam pestes hominum aliena laude* dolentium. Mur. 20. *lites severe aestimatae; cui placet obliviscitur, cui* dolet *meminit*.

DOLIUM. Brut. 83. *num si potare velit, de* dolio *sibi* hauriendum putet? Dolium est vas magnum vinarium in cella subterranea, in quo vinum recens servatur, unde deinde defunditur in testas et amphoras, et in apothecam conditur. Hinc vinum recens doliare dicitur, eique opponitur defusum. Illud homines tenues bibunt et pauperes, hoc beatiores. Vid. Abram. ad Phil. II. 27. *Ern.*

DOLOR. 1. Molestus sensus e corpore. Tusc. II. 35. dolor *motus asper in corpore a sensibus alienus*. Att. I. 4. *articulorum* dolores (*Gicht.*) Brut. 34. dolores *pedum*, Hortens. fr. dolor *podagrae*. Tusc. II. 15. 22. *quum varices secabantur C. Mario, dolebat — — quum secaretur — principio vetuit se alligari — et tamen fuis-*

se acrem morsum doloris *idem Marius ostendit. Crus enim alterum non praebuit. Ita et tulit* dolorem, *ut vir; et ut homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit.* 2. Quivis molestus sensus animi e tristitia, indignatione, sollicitudine, ira, misericordia. Att. IX. 11. *plus apud me valere beneficii gratiam, quam iniuriae* dolorem *volo.* Prov. Cons. 1. *In hac sententia dicenda non parebo* dolori *meo, nec iracundiae serviam.* Orat. II. 48. *eorum* dolorem *qui lugebant suos, oratione refricabam.* Mur. 41. *habet magnum* dolorem, *unde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reverti.* Fam IV. 3. *vehementer te esse sollicitum et in communibus miseriis praecipuo quodam* dolore *angi, multi ad nos quotidie deferunt.* Scaur. fr. *uxor pellicatus* dolore *concitata.* 3. In Stoicorum definitionibus affectuum. Tusc. IV. 8. dolor *est aegritudo crucians.*

DOLOSE. Off. III. 15. *quidquam agi* dolose *aut malitiose potest?*

DOLOSUS. Rab. Post. 2. *pulsus regno Ptolemaeus* dolosis *consiliis.*

DOLUS. Her. III. 2. dolus *consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione* etc. Top. 9. dolus *malus est, quum aliud agitur aliud simulatur.* Off. III. 14. nondum Aquillius — protulerat de dolo malo *formulas, in quibus ipsis, quum ex eo quaereretur, quid esset* dolus *malus, respondebat, quum esset aliud simulatum aliud actum.*

DOMESTICUS. 1. Proprie ad domum pertinens. Deiot. 2. *intra* domesticos *parietes dicere.* 2. Refertur ad familiam et res privatas. Fam. V. 13. domestica *feremus ut censes, et publica paullo etiam fortius, quam tu ipse qui praecipis.* Fam. V. 6. domesticis *rebus et cupiditatibus suis peropportunam victoriam fore putabant.* Fam. VII. 14. *Valde iam lautus es, qui gravere literas ad me dare, homini praesertim prope* domestico. Scil. Paetus Chrysippo liberto tantum mandaverat, ut suis verbis Ciceroni salutem nuntiaret, epistolam non dederat. Tusc. I. 1. *res* domesticae *et familiares.* Orat. 43. *forensibus nostris rebus etiam* domesticae *literae respondebunt*, h. e. tot fere erunt libri philosophici et rhetorici quot actiones et orationes forenses. Orat. II. 20. de malo oratore: *clamare contra quam deceat, hominis est stultitiae suae quum plurimos testes* domestico (i. e. *proprio* et *suo*) praeconio colligentis. Sext.

54. domesticis malis impediti, i. e. aere alieno. Catil. I. 6. domestica *difficultas* est difficultas a s alienum expediendi; paullo ante enim dixerat: *praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties.* Ibid domestica *turpitudo* ex libidinosis flagitiis. Verr. III. 61. domesticum *ac vernaculum crimen*, i. e. accusatio domi conficta et excogita. 3. Domesticum etiam dicitur, quod est patriae. Fin. I. 3. *satis mirari non queo, unde hoc sit tam insolens* domesticarum *rerum fastidium*, i e. rerum et literarum Romanarum cum Graecis comparatarum. Off. II. 8. *externa libentius in tali re quam* domestica *recordor.*

DOMICILIUM. 1. Sensu proprio, habitatio, aedes, sedes. Brut. 73. *firma tecta in* domiciliis *habere.* N. D. II. 37. *si essent qui sub terra semper habitavissent bonis et illustribus* domiciliis. Arch. 4. domicilium *in Italia non habuit* Rab. perd. 5. *carnifex, quem non modo foro, sed etiam caelo hoc ac spiritu censoriae leges atque urbis* domicilio *carere voluerunt.* Sen. 18. *Lysandrum dicere aiunt solitum Lacedaemone esse honestissimum* domicilium *senectutis.* Ibid. 21. *animus caelestis ex altissimo* domicilio *depressus et quasi demersus in terram.* N. D. I. 27. *Rationem affertis, quod nulla in alia figura* (quam humani corporis) domicilium *mentis esse possit.* Balb. 5. *ut eius* domicilium *gloriae communis imperii finibus terminetur.* Orat. I. 25. *Roma dicitur imperii et gloriae* domicilium. Rull. II. 35. *Capuae in* domicilio *superbiae atque in sedibus luxuriae.* Fam. XVI. 17. *huic verbo proprium* domicilium *est in officio.* Pis. 31. *suorum improbissimorum sermonum* domicilium *in auribus vestris collocaverunt.*

DOMINA. Orat. II. 60. *natura* domina *est;* h. e. in hac re plurimum valet. Parad. V. 3. *cupiditas honoris quam est imperiosa* domina (*herrische Gebieterin.*) Off. III. 6. *Iustitia omnium est* domina *et regina virtutum.* Ibid. II. 10. *voluptates blandissimae* dominae *maiores partes animi a virtute detorquent.* Pison 2. *Sit sane Fors* domina *campi;* i. e. *concedamus fortunam in campo Martio in tribuendis honoribus saepe regnare.* Leg. II. 23. *quum lamina esset inventa et in ea scriptum* DOMINA HONORIS *ea causa fuit aedis huius* (*aedis Honoris extra portam Collinam*) *dedicandae.*

DOMINARI dicitur . de iis qui imperium in aliquos exercent, aut potestate pollent. Sen. 11. *Sene-*

ri, quo argento domus ornari dicatur. *Signa* in *domorum* ornatu commemorari memini, *argentum* non item. *Convivia autem exornari argento*, sc. in abacis posito, non semel apud Ciceronem aliosque legi. Atqui veteres de conviviis dixere *dominia*, quod Graevium fugiebat, quum ea scriberet. Gell. II. 24. in quo SCta iubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, h. e. mutua inter se *dominia* agitarent, iurare etc. in quo loco quidam interpretamentum *convivia* receperunt. Sed Fulvius in append. Triclinii Ciacconiani et Lipsius Saturnal. I. 19. *dominia* restituerunt. vid. Gronov. ad h. l. *Dominia* autem dicuntur convivia, non ab illis magisteriis Horatianis, ut Grutero visum, sed a *domino* convivii. vid. Dominus.

DOMINUS. 1. Dicitur deus. Fin. IV. 5. *quum cognitum habeas quod sit summi rectoris et* domini *numen.* Leg. II. 7. *sit persuasum civibus* dominos *esse omnium ac moderatores deos.* 2. Rex vel tyrannus. Off. III. 21. *Ecce tibi qui rex populi Romani* dominusque *omnium gentium esse concupierit.* 3. Populus Romanus. Dom. 53. *ille populus est* dominus *regum victor atque imperator omnium gentium.* Planc. 4. *est haec conditio liberorum populorum praecipueque huius principis populi et omnium gentium* domini *ac victoris.* 4. Pater familias. Sen. 16. *Semper boni et assidui* domini *referta cella vinaria, olearia, penuaria est.* Or. II. 68. *Nasica quum ad Ennium venisset, eique — ancilla dixisset domi non esse, Nasica sensit illam* domini *iussu dixisse et illum intus esse.* 5. Possessor praediorum. Att. XII. 20. *in omni mutatione* dominorum, *qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate.* Fragm. inc. *An vero multorum in terris praediorum* dominos *divites appellamus.* 6. Refertur ad animalia domestica. N. D. II. 63. *canum tam fida custodia tamque amans* dominorum *adulatio.* 7. Animus dicitur dominus respectu corporis. Univ. 7. *deus animum ut* dominum *atque imperatorem obedienti praefecit corpori.* 8. *Dominus comitiorum.* Verr. Act. I 9. dicitur, qui largitionibus efficit ut creentur quos velit. 9. *domini concionum.* Sext. 19. sunt homines populares et seditiosi, qui in concionibus, dominantur, eamque quo volunt impellere possunt. 10. *Dominus auctionis.* Quint. 5. est is qui aliquid de suo auctione vendit. 11. *Dominus epuli* Vatin. 13. est qui epulum praebet. 12. *Dominus* etiam dicitur editor

vir nemo bonus ab improbo se donari *velit.* 3. Dicitur pro condonare aliquid s. remittere in alicuius gratiam. Fam. V. 4. *tu tuas inimicitias ut rei publ.* donares, *te vicisti.*

DONATIO, saepe de bonorum aliis proscriptione ereptorum possessione ad alios translata ponitur. Phil. IV. 4. *quos non* bonorum donatio, non agrorum assignatio *satiavit.* Rosc. Am. 9. *bonorum emptio flagitiosa, flagitiosa possessio, furta, rapinae,* donationes. 2. De praemii aut honoris tributione. Verr. III. 80. *qua ex praeda aut manubiis haec a te* donatio *constituta est?* Pis. 3. *mihi populus Rom. non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque* donavit.

DONUM. Tusc. I. 26. *Philosophia* donum *deorum.* Arch. 8. *poetae quasi deorum aliquo* dono *atque munere commendati nobis esse videntur.* N. D. III. 30. donum *hoc divinum rationis et consilii.* Verr. V. 72. donum *regale.* Cluent. 9. dona *nuptialia.* Tusc. V. 7. *Xerxes refertus omnibus praemiis* donisque *fortunae.* 2. Inprimis de donis, quae ambitus causa dantur, aut ob causam orandam accipiuntur. Leg. III. 4. donum ne capiunto neve danto neve petenda, neve gerenda, neve gesta potestate. Orat. II. 71. *Cincius legem de* donis *et muneribus tulit.*

DORMIRE. Inv. II. 4. *noctu illos arctius ex lassitudine* dormire *sensit.* Fam. VII. 24. *Cipius olim: Non omnibus dormio.* Sex. Pomp. Festus proverbii huius originem sic narrat: *Non omnibus dormio proverbium videtur a Cipio quodam, qui Pararencho dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor moecharetur.* Idem narrat Plutarchus in ἐρωτικῷ de Galba quodam, qui Maecenatem convivio excepisset, et quum sentiret illum uxori suae alludere, somnum simularet. Deinde quum servus aliquis hac occasione uteretur ad vinum clam de mensa tollendum, Galba: heus tu, inquit, an nescis me soli Maecenati dormire. Div. I. 30. *iacet corpus* dormientis, *ut mortui.* Div. II. 67. *nullae imagines obrepunt in animos* dormientium *extrinsecus.* Ibid. 59. *si ita natura paratum esset, ut ea* dormientes *agerent, quae somniarent, alligandi omnes essent, qui cubitum irent.*

DORMITARE. 1. Sensu proprio. Att. II. 16. *cenato mihi et iam* dormitanti *epistola illa est reddita.*

dubitant. Ac. pr. II. 17. *ne vinolenti quidem quae faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii;* dubitant, *haesitant, revocant se interdum.* N. D. I. 8. *Velleius fidenter sane ut solent isti* (Epicurei) *nihil tam verens, quam ne* dubitare *aliqua de re videretur.* 2. *Non dubitare*, est certo scire, non ignarum esse. Fam. X 8. *non* dubito *quid praesentiant.* Att. X. 1. *non* dubito *quid nobis agendum putes.* 3. *Non dubitare* est etiam, *kein Bedenken tragen.* Orat. I. 40. *Mancinus in senatum introire non* dubitavit. Sull. 2. *quem* (Hortensium) *quum videas non* dubitasse *quin innocentem P. Sullam defenderet.* 4. Dubitare est in utramque partem considerare. Rosc. Am 31. *restat ut hoc* dubitemus, *uter potius S. Roscium occiderit.*

DUBITATIO. 1. Zweifel. Caecin. 4. *Iuris* dubitatio *tardiorem me facit ad iudicandum.* Fin. V. 10. *animal se ipsum diligere* dubitationem *non habet. Est enim infixum in ipsa natura, comprehenditur suis cuiusque sensibus, sic ut, contra si quis dicere velit, non audiatur.* N. D. I. 23. *existimo, tardiores ad hanc sententiam* (quae deos esse negaret) *profitendam, multos esse factos, quippe poenam ne* dubitatio *quidem* (Protagorae exemplo) *effugere potuisset.* Cluent. 28. *hic tum iniectus est hominibus scrupulus, et quaedam* dubitatio, *quidnam esset actum* Fam. IX. 15. *nec tibi sollicitudinem ex* dubitatione *mea, nec spem ex affirmatione afferre volui.* 2. *Bedenken, Anstand* Att. XVI. 16. *consules probaverunt causas sine ulla* dubitatione. Catil. IV. 2. *illi sine* dubitatione *damnati esse videntur.* 3. In arte oratoria *dubitatio* est figura s. exornatio quaedam. Her. IV. 29. Dubitatio *est quum quaerere videtur orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimum dicat.* Tandem inter figuras sententiarum nominat Cicero Orat III. 54. item Orat. 40. his verbis: *ut addubitet quid potius aut quomodo dicat.*

DUBIUS. Div. II. 51. *Videsne igitur, quae* dubia *sint, ea sumi pro certis atque concessis.* N. D. III. 4. *affers haec omnia argumenta cur dii sint, remque mea sententia minime* dubiam *argumentando dubiam facitis.* Mur. 32. *est ridiculum, quod* dubium *est, id relinquere incertum; quod nemini* dubium *potest esse, id iudicare.* Orat. II. 8. *non est* dubium, *quin si quis hoc animadverterit, id possit notare.* Fam. I. 7. *si* dubium *tibi est, posse te illius regno potiri, non est conandum; si explo-*

non ex oratoriis disputationibus ductam, *sed e media philosophia repetitam* etc. Fin. III. 5. *intelligi debet, principium* ductum *esse a se diligendo;* vel ut alii legunt *diligendi;* scil principium diligendi ductum esse a se ipso N. D. II. 19. *Ex quatuor temporum mutationibus, omnium, quae terra marique gignuntur, initia causaeque* ducuntur. Att. IX. 11. *belli initium* duceretur *a fame.* 10 Differre, producere. Fam. VII. 3. *suadere institui, ut bellum* duceret. Verr. II. 41. *quum docuissem hanc damnationem* duci *non oportere.* 11. Aliquid ab aliquo derivare, aut sumere. Inv. II. 9. *de natura licet aliquantulum* ducere *suspicionis.* Orat. 3. *nec vero ille artifex quum faceret Iovis formam aut Minervae contemplabatur aliquem, e quo similitudinem* duceret. Off. I. 8. *ab iis rebus, quemadmodum* ducatur *honestum satis fere diximus.* Orat. II. 78. *neque attendit eos ipsos unde hoc simile* ducit *aliter facere.* Ac. pr. 11. *ex quo etiam nomen hoc* duxerat. 12. Duci aliqua re *est eius appetitu moveri.* Orat. 32. *qui eloquentiae laude* ducitur. Verr. II. 58. *quodsi quem statuae magnopere delectant, et si quis earum honore et gloria* ducitur. Tusc. V. 3. *alii emendi quaestu et lucro* ducuntur. Rosc. Am. 41. *Ita credo: literis eorum et urbanitate Chrysogonus* ducitur. *ut inter suos omnium deliciarum atque omnium artium puerulos — velit hos versari.* 13. *Ducere* est allicere, adducere. Tusc. II. 18 *Ita me ad credendum tua* ducit *oratio.* Off. I. 18 *omnes trahimur et* ducimur *ad cognitionis et scientiae cupiditatem* Off. I. 41. *nec quemquam hoc errore* duci *oportet, ut si quid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint locutive sint, idem sibi arbitretur licere.* 14. Existimare. Fam. I. 6. *quae ne tu quidem umquam timenda* duxisti. Her. IV 20. *et tamen quum ita vivit, neminem prae se* ducit *hominem.* Fam. IV. 7. *quae non aliena* ducerem *a dignitate tua.* 15. Aestimare. Fin. II. 8. *Laelius eo dictus est sapiens, non quod non intelligeret quid suavissimum esset, sed quia parvi id* duceret. 16. In loco et numero ducere. Verr. V. 47. *ipsi in hostium numero locoque* duceminі. Orat. I. 40. *uxor (secunda) si iudicaretur certis quibusdam verbis non novis nuptiis fieri cum superiore divortium, in concubinae locum* duceretur. 17. Rationem ducere. Att. VIII. 5. duxi *meam mecum rationem.* Verr. I. 48. *debere eum aiebat suam quoque rationem* ducere. Rosc. Am. 44. *non*

amara. Orat. III. 25. *gustatus — cito id quod valde* dulce *est aspernatur ac respuit.* 2. Omnino, iucundus. Att. XV. 13. *epistola* dulcissima. Leg. III. 11. *optime et* dulcissime *frater.* 3. De oratione. Off. I. 1. *Demetrius Phalereus* dicitur *disputator subtilis, orator parum vehemens,* dulcis *tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere.* Hoc Theophrasto, Cicerone iudice Brut. 31. *nemo* dulcior *fuit.* At de illo Demetrio Phalereo alibi Brut. 9. ita iudicat: *delectabat magis Athenienses quam inflammabat; hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit, et suavis sicut fuit videri maluit quam gravis.* Quibus ex locis intelligitur oratorem dici dulcem ob suavitatem generis temperati, sine vehementia venusti. Aliud est in fragm. Hortens. ap. Non. *alterius ingenium sic* dulce *ut acetum Aegyptium* ubi intelligitur ingenium oratoris ad suavitatem non sine acrimonia compositum.

DULCITER. Fin. II. 6. *sensus* dulciter *ac iucunde movetur.*

DULCITUDO. Orat. III. 25. *Gustatus* — dulcitudine *commovetur.*

DUM. 1. *Indem.* Quint. 7. *haec* dum *Romae geruntur.* 2. *Bis.* N. D. II. 51. *usque ad eum finem* dum *possint se ipsa defendere.* 3. *Noch.* Fam. X. 12. *nihil* dum *sciebat.* Ibid. II. 7. *nihil* dum *audieramus.* Leg. V. fragm. *neque* dum *satis* (*noch nicht genug*) — *hic locus opacatur.* 4. *Wenn nur.* Orat. I. 12. *ista conditione* dum *mihi liceat* — — *fateri nescire, quod nesciam.* Att. VI. 1. *quot vis praefecturas sume* dum *ne hic negotieris.*

DUMETUM. 1. Sensu proprio. Tusc. V. 23. *septum undique et vestitum vepribus ac* dumetis *sepulcrum.* 2. Per translationem, spinosae philosophorum disputationes vel distinctiones. Ac. pr. II. 35. *orationem in* Stoicorum dumeta *compellitis.* N. D. II. 24. de Epicureis: *in* dumeta *correpitis*, i. e. confugitis ad sententias, quae sensum non habent explicabilem; ut quum dicebant in deo non esse corpus sed quasi corpus.

DUMMODO, *wenn nur.* Att. VII. 7. *quod numquam* dummodo *otiosi essent recusarunt.* Att. XII. 44. dummodo *ne iisdem verbis.* Orat. III. 48. *genus hoc numerorum,* dummodo *ne continuum sit, in orationis laude ponetur.*

purae, et candidae. Sen 18. de fratribus duobus in Terentii Adelphis: *quanta in altero* duritas *in altero comitas!*

DURITER. Her. IV. 10. *verba* duriter *aliunde translata.*

DURITIA. Partit. 23. *patientiam* duritia *immanis imitatus.* Tusc. V 26. *nec vero Epicurus illa sibi remedia comparavit ad tolerandum dolorem — praecepta fortitudinis,* duritiam *virilem.* Orat. III. 17. *ab Antisthene, qui patientiam et* duritiam *in Socratico sermone maxime adamarat Cynici primum deinde Stoici.*

DURITIES. Dom. *animi* durities.

DURUS, inhumanus, asper. Verr. V. 46. durus, *ferreus, inhumanus.* Att. XIV. 13. duriorem *se praebere miserae et afflictae fortunae.* 2. De oratione. Brut. 31. *ut vita sic oratione* durus, *incultus, horridus,* Fin. IV. 28. *Stoici verba tenent mordicus, quae rursus dum sibi evelli ex ordine nolunt, horridiores evadunt, asperiores,* duriores *et oratione et moribus.*

DUUMVIRI. Orat. 46. duorum virorum (pro contracto *duumvirum*) *iudicium — dico numquam.* Rab. Perd. 4. Orat. 46. duumviri *sunt ii qui ex instituto Tulli Hostilii perduellionis iudicandi causa constituebantur.* Liv. I. 26.

DUX. Orat. I. 5. *belli* duces *praestantissimi.* Fam. IX. 25. *summum me* ducem *literae tuae reddiderunt; plane nesciebam me tam peritum esse rei militaris.* Verr. V. 35. dux *praefectusque classis.* 2. Catil. III. 9. *diis immortalibus* ducibus *hanc mentem voluntatemque suscepi.* 3. Lael. 5. *viros bonos — appellandos putemus quia sequantur, quantum homines possunt, naturam, optimam bene vivendi* ducem. Fin. I. 21. *magistra ac* duce *natura.* Div. II. 40. *ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem* ducem. 4. Orat. III. 17. *philosophia* (Epicuri) *quae suscepit patrocinium voluptatis — procul abest tamen ab eo viro, quem quaerimus, et quem auctorem publici consilii et gerendae civitatis* ducem, *et sententiae atque eloquentiae principem in senatu, in populo, in causis esse volumus.* Fam. X. 6. *praebere se auctorem, principem et* ducem *senatui.* Planc. 30. *qui causae nostras* duces *et quasi signiferi fuissent.*

E.

EBUR-

EBURNEUS. Verr. IV. 1. *nego in Sicilia — quidquam ex auro aut ebore factum, signum ullum aeneum marmoreum* eburneum — *fuisse, quin* (Verres) — *abstulerit.*

ECCE, de re improvisa et subita. Att. I. 14 Ecce *aliae deliciae equitum vix ferendae.* Att. XV. 4. ecce *autem de transverso L. Caesar ut veniam ad se rogat.* Orat. II. 22. ecce *tibi exortus est Isocrates.* Att. VIII. 8. ecce *subito literae Domitii ad illum.* Verr. Act. I. 6. ecce *autem repente.*

ECDICUS. Fam. XIII. 56. Ecdici *Mylasii. Ecdicus* idem est, qui *Syndicus*, qui civitatem defendit, cognitor civitatis, ut Cic. pro Flacco ait, (v. in *cognitor*) inprimis autem civitatis pecunias curat, et persequitur. Glossae veteres: ἔκδικος *cognitor.* V. Gronov. de Sest. IV. 3. p. 277. quem iam laudavit Graevius. Iustiniani Novell. 15. inscribitur Graec. περὶ τῶν ἐκδίκων. *De defensoribus civitatis* titulos e Cod. Iustinian. et Theodos. laudant viri docti ad Plin. Ep. X. 111. *Ern.*

ECLIPSIS. Her. III. 22. eclipses *solis mirantur, quia raro accidunt; et solis* eclipses *magis mirantur quam lunae, quoniam hae crebriores sunt.*

ECLOGARII. Att. XVI. 2. (Libros) de Gloria *misi tibi. Custodies igitur, ut soles; sed notentur* eclogarii, *quos Salvius, bonos auditores nactus, in convivio duntaxat legat.* Gronovius, h. l. probante Ernestio legendum putabat: *sed notent eclogarii*, intelligebatque *eclogarios*, servorum genus, studiorum causa adhibitorum, excerptores, qui partim distinguerent membra orationis, partim nomina interloquentium rubrica picta interponerent ad faciliorem lectionem. At multo aptius est cum Mongaltio verba: *notentur eclogarii*, sic intelligere ut significent: notentur loci insigniores, quos Salvius bonos auditores nactus in convivio legat. Et hoc quidem optime convenit iis, quae Cicero ad Att. XVI. 11. scribit: *Nostrum opus* (de Gloria) *tibi probari laetor, ex quo* ἄνθη *ipsa* (i. e. *eclogas*) *posuisti, quae mihi florentiora visa sunt tuo iudicio.*

EDACITAS. Q. Fr. III. 9. de Quinti Ciceronis filio: *sine matre edacitatem pueri pertimesco.* Fam. VII. 26. *Stoici* δυσεντερικὰ πάθη *morbum* edacitatis *esse putant.*

EDAX. Fam. IX. 20. per iocum Paetum hortatur, ut se hospitem lautius accipiat: *Proinde te para,*

cum homine et edaci *tibi res est, et qui iam aliquid intelligat ex arte*, scil. coquinaria. Flacc. 17. *homini Phrygi, qui arborem fici numquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti; cuius mors te aliqua ex parte relevavit;* edacem *enim hospitem amisisti.*

EDERE. Sext. 27. *scelus* edidit *in me.* Leg. I. 13. *ruinas* edere, pro, *facere, ut ruinae fiant.* Fin. V. 1. *vitam* ediderat: i. e. *mortuus erat.* Brut. 5. *quare, si tibi commodum est,* ede *illa, quae coeperas, Bruto et mihi.* 2. In rebus forensibus multipliciter dicitur. Planc. 15. *tribus* edere, dicitur *accusator*, quum ex lege de sodalitiis, quas tribus iudices esse velit, apud praetorem profitetur: unde *iudices editicii.* Quint. 21. *iudicium id,* quod edat, *accipere;* i. e. quodcunque genus actionis intendere, et quod iudicium sibi dari velit petitor. Ibid. 20. *iudicium acciperet, in ea ipsa verba, quae Naevius* edebat. Verr. III. 29. *quantum* edidisset *sibi deberi;* h. e. professus esset. Sic *testes edi* dicuntur saepissime, quum accusator eorum nomina profitetur apud praetorem. Indices etiam dicuntur *edere*, ad Q. Fr. II. 5. *Nerius index* edidit *ad allegatos: hat ausgesagt.* Dom. 6. *operis* ediderat (dixerat) *meum nomen.* Verr. II. 42. *postulata* edere, dicuntur provinciales, quum ea ad Consules deferunt; item: *in postulatis* edere *aliquid.* Quint. 24. *socium in his bonis tibi* edidisti *Quintium:* i. e. professus est. 3. De oraculis etiam dicitur. Off. II. 22. *Pythius Apollo oraculo* edidit. *Ern.*

EDERE, vel ESSE, comedere. Tusc. V. 34. *nec esuriens Ptolemaeus* ederat, *cui quum — cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.* N. D. II. 3. *P. Claudius — quum cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, ut biberent, quoniam* esse *nollent.* Her. IV. 28. Esse *oportet ut vivas, non vivere ut* edas. Orat. II. 57. *Crassum oratorem eum, quam quum Catulus nuper audisset, foenum alios aiebat* esse *oportere.* Fin. II. 7. *reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut* edant *de patella.* Vid. *Patella.* Lael. 19. *Verum est, quod dicitur, multos modios salis simul* edendos *esse, ut amicitiae munus expletum sit.*

EDICERE, dicitur frequenter de magistratibus, quum aliquid aut scripto publice proposito, aut voce iubent aut constituunt, pronuntiant, in eo genere, in quo potestatem habent. Q. Fr. I. 1, 21. *praetorem* edi-

cere; *ne fiat aliquid* etc. Att. XII. 7. *Antonius* edixit, *ita ut me et Laelium exciperet.* Vat. 14. edixeritne *praetor, — — ut adesses die tricesimo.* Fam. XI. 6. *quum trib. pl.* edixissent, *adesset senatus* a. d. XIII. *Kal. Ian.* Verr. I. 54. edicere *diem.* Ibid. nondum *proscripta neque* edicta *die.* 2. Hinc dicitur pro *constituere,* et *publice proponere.* Verr. III. 7. Censores dicuntur legem, scil vectigalium locandorum, *edicere;* h. e. publice proponere, ut cognosci conditiones locationis possint. Off. III. 20. *Marius a subselliis in rostra recta, idque, quod communiter compositum erat, solus* edixit. 3. Est etiam interdum pro simplici *dicere, pronunciare, proferre, narrare.* Orat. 39. *nullus fere a Demosthene locus sine conformatione sententiae* edicitur. Lael. 16. *si prius* edixero, *quid maxime Scipio sit solitus reprehendere.* Phil. I. 5. *nisi pro amicitia* (sc. ad Consulem Antonium) *qui hoc* ediceret. Sed mollius profecto est, quod post Muretum et Faërnum aliosque e Cod. Vatic. reposuit Graevius: ei diceret. Leg. II. 10. *ut ego,* UTI ROGAS, *possim* edicere. *Ain tandem,* Attice? *non es* edicturus *aliter.* Turnebus, Lambinus, Davisius reposuere: dicere, dicturus; quod etiam placebat Sigon. ad Liv. VI. 38. ad haec verba: *et;* UTI ROGAS, *primae tribus dicerent.* Mihi autem secus videtur. Ratio, qua Davisius utitur, quod *edicere* non sit privatorum, sed magistratuum, nihili est. *Edicere* est pronunciare, quod de suffragiis et sententiis iudicum dicitur. vid. Gronov. et Drakenb ad Liv. XXX. 5. init. Cort. Sall. Catil. 48. *Ern.*

EDICTUM erat consulum, praetorum, aedilium, tribunorum plebis Phil. IX. 7. *senatum censere atque e re publica existimare* aediles curules, edictum *quod de funeribus habeant* (de sumptibus qui in funera erogentur circumscribendis) *Ser. Sulpicii* funeri *remittant.* Ad tribunos plebis pertinet locus Manil. 19. *neque me impediet cuiusquam inimicum* edictum, *quo minus fretus vobis* (Quirites) *vestrum ius beneficiumque defendam, neque praeter* intercessionem *quidquam audiam; de qua isti ipsi, qui minantur, etiam atque etiam, quid liceat, considerabunt.* Sed frequentissima est mentio edictorum praetoris vel singulorum, vel perpetuorum. De perpetuo est Verr. II. 1. *qui plurimum tribuunt* edicto, *praetoris* edictum *legem annuam dicunt esse. Tu* edicto *plus complecteris, quam lege. Si finem* edicto

praetoris afferunt Kalendae Ianuarii, cur non initium quoque edicti nascitur a Kalendis Ianuarii? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, *quo praetor alius futurus est, in illum quo alius praetor fuit regredietur?* Exemplum eiusmodi edicti est Quint. 19. Singularium edictorum exempla sunt Flacc. 28. *Flaccus sanxit* edicto *ne* (aurum) *ex Asia exportari liceret.* Memorabile est edictum quod commemoratur. Off. III. 20. *Ne noster quidem* (Marius) *Gratidianus officio boni viri functus est tum, quum praetor esset, collegiumque praetorum tribuni plebi adhibuissent, ut res numaria de communi sententia constitueretur. Iactabatur enim temporibus illis numus, sic ut nemo posset scire, quid haberet. Conscripserunt communiter* edictum *cum poena atque iudicio, constitueruntque, ut omnes simul in Rostra post meridiem escenderent. Et ceteri quidem alius alio,* (scil. vel ad amicos vel domum deverterunt). *Marius a subselliis* (ubi conventus tribunorum et praetorum fuerat) *in Rostra recta* (scil. *perrexit, idque quod communiter compositum fuerat solus edixit;* scil. ut collegis et tribunis plebis popularem gratiam praeciperet, et huius beneficii meritum sibi soli arrogaret. De Verris Siciliae praetoris edictis cf. Verr. III. 10. sqq. Ceterum vid. *Praetor, Perpetuus, Tralatitius.*

EDISCERE. 1. Simpliciter pro discere. Or. I. 58. *qui istam artem* (iuris civilis) *primum facillimam non* ediscant. 2. De orationibus, versibus, libris, qui memoriae mandantur (auswendig lernen). Orat. I. 34. *exercenda est memoria* ediscendis *ad verbum quam plurimis et nostris scriptis et alienis.* Ac. pr. II. 44. *est non magnus, sed aureolus et ad verbum* ediscendus *libellus.* Fin. II. 7. *quis vestrum non* edidicit *Epicuri κυρίας δόξας.* Fam. VI. 18. *Lepta suavissimus* ediscat *Hesiodum.* Tusc. II. 11. *poetae — molliunt animos nostros; ita sunt deinde dulces, ut non legantur modo, sed etiam* ediscantur.

EDISSERERE, explanare. Brut. 17. *quis in docendo* edisserendoque *subtilior?* Leg. II. 22. *neque necesse est* edisseri *a nobis quae finis funestae familiae* etc.

EDITICIUS. Planc. 15. *editicii iudices,* sunt qui in causa de ambitu et sodalitiis lege Licinia ab accusatore eduntur, non a praetore sorte ducuntur. Muren. 23. editicios *iudices esse voluisti, ut odia occulta ci-*

vium, quae tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent.

EDITIO. Planc. 15. *editio tribuum* fit lege Licinia de sodalitiis, quum iudicantur tribus, quas accusator dicit ambitus causa largitionibus corruptas esse. Vid. *Lex Licinia* in indice legum. Simili ratione dicitur *editio iudicum.* De *iudicibus editiciis* vid. *Editicius.* Planc. 16. *quid potest dicere, cur ista* editio *non summam habeat acerbitatem.* Planc. 16. *idcirco ista* editio *per se non acerba est.*

EDOCERE. Her. II. 23. ex Pacuvio: *quod usus reapse experiundo* edocet. Tusc. III. 33. edocuit *ratio.* P. Red. in Sen. 11. *qui causam meam imprudentibus commendarit, imperitos* edocuerit.

EDOLARE, expolire, de scriptis. Att. XIII. 47. *extemplo omisi ea, quae in manibus habebam, quod iusseras* edolavi.

EDOMARE. Fat. 5. *Stilponem — scribunt ipsius familiares et ebriosum et mulierosum fuisse; neque hoc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem. Vitiosam enim naturam ab eo sic* edomitam *et compressam esse doctrina, ut nemo umquam vinolentum illum, neque in eo libidinis vestigium viderit.*

EDORMIRE. Ac. pr. II. 17. *quum* edormierunt, *illa visa quam levia fuerint intelligunt.* Phil. II. 12. edormi *crapulam et exhala.*

EDUCATIO. 1. De bestiis. Fin. III. 19. (bestiarum) *in fetu et in* educatione *laborem quum cernimus, naturae ipsius vocem videmur audire.* Rosc. Am. 22. *etiam feras inter sese partus, atque* educatio *et natura ipsa conciliat.* 2. De hominibus. Orat. III. 31. *institutus liberaliter* educatione *doctrinaque puerili.*

EDUCATOR. Planc. 33. quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri atque doctores. Videntur Gesnero V. C. paedagogi. Sic est ap. Tacit. A. XIV. 3. Sed quia sequitur alitus, intell. altores et parentes. N. D. II. 34. *Ern.*

EDUCERE, 1. pro educare. Or. II. 28. 2. emittere *aquam.* Div. I. 44. educere *lacum.* 3. Educi dicuntur homines, qui cum magistratibus eorum rogatu aut iussu in provincias proficiscuntur; quemadmodum contra deduci, qui e provincia iubentur cum aliquo Romam venire. Pison. 34. *sed ei medico, quem tecum* eduxeras, *imperasti.* 4. Est etiam in sortitionibus educere. Verr. II.

17. educit *ex urna tres.* cf. Agr. II. 8. Verr. II. 2. Metellus Heraclium restitui iusserat, non restituebatur. Quisquis erat eductus senator Syracusanus ab Heraclio, duci iubebat. Itaque permulti ducti sunt. Locus obscurus, in quo explicando sudarunt viri docti, offensi verbo *eductus*, quod cum Lambino in *editus* mutatum cupiebat Graevius. Et solent haec verba permutari in Mss. vid. Drakenb. ad Liv. XXXIX. 15. Sed locus nihil vitii habet. *Educere* est in ius ducere, reum facere: et hoc sensu non uno loco usus est Cicero. Ibid. 37. *ita illi non procrastinant. Sthenium statim* educunt: *aiunt ab eo literas publicas esse corruptas.* Ibid. III. 47. *et quum in ius ipsum* eduxi. Ibid. 65. *aditum est ad Metellum*, eductus *est Apronius*, eduxit *vir primarius C. Gallius senator; postulavit a Metello, ut ex edicto suum iudicium daret in Apronium* etc. sensus ergo hic est; Metellus quum iussisset, Heraclium Syracusis et Epicratem Bidis restitui, hic restitutus est, ille non item. Cuius rei causa quum Heraclius senatores, ad quos pars rerum suarum pervenerat, ad Praetorem Metellum in ius vocasset, iique restituere non possent, Heraclio addicti, ab eo in vincula ducti sunt. cf. *ducere.* Ceterum huc pertinet etiam locus Planc. 23. *atque is quidem* eductus *ad Consules, qui tum in crimen vocabatur, se inique a tuis iactatum, graviter querebatur. Ern.*

EFFARI, verbum augurale de consecrationibus, dedicationibus. Att. XIII. 42. extr. *Ecce tibi orat Lepidus ut veniam, opinor augures nihil habere ad templum* effandum. Ita vulgo quidem legitur; sed sine dubio legendum est: *opinor augures nullum habere*, scil. collegarum ad templum effandum; (tribus enim auguribus opus erat.) praeter me, ideoque me arcessi; nisi malis, *opinor augurem nullum habere* sc. *illos*, Caesarem aut Lepidum, ad templum effandum, ideoque me tertium arcessi. Recte igitur ad sensum Mongaltius vertit; *Je crois qu'il n'y a pas assez d'Augures pour la consecration de ce Temple.* Nimirum intelligi videtur locus templo Martis, quem Caesar exstruere volebat Sueton. Iul. c. 44. ab auguribus consecrandus et dedicandus. Leg. II. 8. de auguribus: *urbem et agros, et templa liberata et* effata *habento.* Dom. 55. *nec ullum verbum solenne potuit* effari. Orat. III. 38. *non fugerim dicere* — effari *aut* nuncupari. Ad h. l. respexisse videtur Quintilianus Inst. or. VIII. 3, 27. *quaedam tamen adhuc vetera ve-*

tustate ipsa gratius nitent ; quaedam etiam necessario interim sumuntur nuncupare *et* effari. (Sic enim non *fari* legendum esse vidit Gesnerus).

EFFATUM. Hoc verbo Cic. interpretatur Graecum ἀξίωμα. Acad. pr. II. 29. *Fundamentum dialecticae est, quicquid enuntietur (id autem appellatur ἀξίωμα quod est quasi* effatum,) *aut verum esse aut falsum.* 2. De vaticiniis. Leg. II. 8. *fatidicorum et vatum* effata *incognita.*

EFFECTIO. 1. Vollendung. Fin. III. 7. *ut in ipsa arte insit, non foris petatur extremum, id est, artis* effectio. Ibid. III. 14. *Recta effectio* (legendum videtur: *recti effectio*) (κατόρθωσιν *enim ita appello, quoniam recte factum* κατόρθωμα). 2. Causa efficiens. Ac. post. I. 1 *physica continentur ex* effectione *et materia ea quam fingit et format* effectio.

EFFECTOR. 1. De deo. Univ. 5. effector *mundi et molitor deus.* Div. II. 26. *quas res tum natura, tum casus* effert — *magna stultitia est earum rerum deos facere* effectores, *causas rerum non quaerere.* Univ. 13. *imitantes genitorem et* effectorem *sui.* Tusc. I. 23. *haec et alia innumerabilia quum cernimus, possumusne dubitare, quin his praesit aliquis* effector, *si haec nata sunt, ut Platoni videtur, vel si semper fuerint, ut Aristoteli placet, moderator tanti operis et muneris.* 2. De stilo s. exercitatione scribendi. Orat. I. 33. *Stilus optimus dicendi* effector *et magister.*

EFFECTRIX. Fin. II. 17. *pecunia — est* effectrix *multarum et magnarum voluptatum.*

EFFECTUS. Div. II. 47. *in latere et caemento ex quibus urbs* effecta *est.* Top. 18. *quod* effectum *est, quae fuerit causa demonstrat.* Orat. 31. *in me quidem iam pridem* effectum *est, quod futurum fuit.*

EFFECTUS. Div. II. 20. *genera herbarum — quarum causam ignorares, vim et* effectum *videres.* Tusc. II. 1. effectus *eloquentiae est audientium approbatio.*

EFFERATUS. N. D. I. 23. *arbitror multas esse gentes sic immanitate* efferatas, *ut apud eos nulla suspicio deorum sit.* Tusc. IV. 14. *multa* efferata *et immania.*

EFFERRE. 1. De terra et agris etc. Brut. 4. efferre *fruges.* Verr. III. 47. *quum ager, id quod perraro evenerat, cum decumo* extulisset, sc. quod satum erat.

Ibid. 86. *videbatur id perdere orator, quod agri segetesque* extulissent. Ibid. II. 2. *ut quicquid ex sese Sicilia posset* efferre, *id non apud eos nasci* etc. 2. N. D. II. 33. *ea, quae* efferant *aliquid ex sese, perfectiores habere naturas, quam ea, quae ex his* efferuntur. Orat. II. 22. *cur aetates singulae* extulerint *prope singula genera dicendi.* 3. Ostendere se, nasci. Orat. II. 21. cf. efferat *se foecunditas in adolescente.* Lael. 27. *quum se* extulit *ostenditque lumen suum virtus.* Brut. 7. *qua in urbe primum orator se* extulit. 4. De omni commotione animi, neque solum ea, quae animum dilatat, sed etiam quae contrahit, atque de his, quae hinc existunt. Att. I. 8. Cato 23. efferri *studio.* Lael. 15. efferri *fastidio et contumacia*, add. Tusc. IV. 17. Sull. 10. *interdum* efferatur *immoderatione verborum.* 5. *Efferre se* est etiam pro recreare se, recuperare vires. Prov. Cons. 14. *quamquam sunt accisae res, tamen* efferent *se aliquando, et ad renovandum bellum revirescent.* 6. vulgare. Orat. I. 24. *petamque a vobis, ne has meas ineptias* efferatis. Ibid. II. 12. *res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus*, efferebatque *in album, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi* etc. Pearcius cum Lambino legendum censet: *referebatque in album*, quae forma loquendi est ap. Liv. I. 32. Si *efferebat* rectum est, sensus hic est: Quum libris res anni cuiusque mandasset, duobus exemplis librum annalem proponebat, alterum publice in albo, ut praetor edictum, alterum domi. *Efferri* simpliciter dicitur pro *efferri domo.* vid. Viros doctos ad Suet. Claud. 49. et quos ibi laudant. 7. Afferre, dicere. Orat. III. 11. *non solum videndum est, ut verba* efferamus *ea, quae nemo iure reprehendat.* N. D. I. 25. *hoc persaepe facitis, ut, quum aliquid non verosimile dicatis, et effugere reprehensionem velitis*, efferatis *aliquid, quod omnino ne fieri quidem possit;* ubi Davisius reposuit: *afferatis. Ern.*

EFFERVESCERE. 1. Sensu proprio. N. D. II. 10. *in aquis, quae* effervescunt *subditis ignibus.* 2. De vehementi vel populorum, vel animorum commotione. Prov. Cons. 4. *quum — totum Pontum armatum* effervescentem *in Asiam atque erumpentem — sustinerent.* Planc. 6. *illae undae comitiorum, ut mare profundum et immensum sic* effervescunt *quodam quasi aestu.* Cael. 31. *si cui nimium* effervisse *videtur huius — vis, fero-*

citas, pertinacia. 3. De vehementia in dicendo. Orat. II. 21. *oratione celeri et concitata — et verbis* effervescentibus. Brut. 70. effervescens *in dicendo stomacho saepe iracundiaque volumentius.*

EFFICACITAS. Tusc. IV. 13. *viribus corporis et nervis et* efficacitati *similes similibus quoque verbis animi vires nominantur.* Pet. Cons. 3. *tantum habet in libidine artis et* efficacitatis, *ut prope in parentum gremiis praetextatos filios constuprarit.*

EFFICAX, rebus gerendis aptus. Fam. VIII. 10. *nosti Marcellum, quam tardus et parum* efficax *sit.*

EFFICERE, de agris eleganter dicitur, ut efferre. Verr. III. 65. *agri vero* Leontini *qui plurimum* efficit. Ibid. 86. *quid oratio sustinere, quid pati, quid* efficere *possit.* Ibid. 47. *ager* efficit (scil. quod seritur) *cum octavo.* Sed ibi Graevius malebat cum Manutio *reficit;* cuius emendationis necessitas nulla est. Ibid. 56. *tantum decumanum professum esse ex edicto sibi deberi, quantum ille bonis suis omnibus* efficere *non posset.* Similia his, quamquam in alia re, haec: Verr. III. 33. *Liciti sunt usque eo,* (scil. in decumarum auctione) *quoad se* efficere *posse arbitrabantur, so lange sie das gebotene wieder heraus zu bringen gedachten.* 2. Att. VI. 1. *ea tributa vix, in foenus Pompeii quod satis sit,* efficiunt. Ibid. *nec id satis* efficitur *in usuram menstruam.* 3. De disputantibus. Tusc. III. 28. *hoc student* efficere. Partit. 1. *Cato minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit,* efficit. 4. *facere.* Phil. XIV. 3. *quae L. Antonius in Parmensium uxoribus* effecerit. Brut. 78. *itaque tantos processus* efficiebat. 5. Cum *a* pro impetrare. Att. X. 10. *quod a* Curione *effeceram. Ern.*

EFFICIENS. Fat. 14. *causae* efficientes. Div. I. 55. *nihil est futurum cuius non causas id ipsum* efficientes *natura continent.* Acad. post. I. 6. *de natura* (philosophi veteres) *ita dicebant, ut eam dividerent in res duas, ut altera esset* efficiens, *altera autem quasi huic se praebens, ea quae efficeretur aliquid.* Fin. III. 16. *Sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia — alia autem* efficientia.

EFFICIENTER. Fat. 15. *Causa ea est, quae id efficit, cuius est causa ut vulnus mortis; cruditas morbi; ignis, ardoris. Itaque non sic causa intelligi de-*

vis est naturae, ut sui dissimilia possit effingere. 2. De notionibus animo et memoria comprehensis. Orat. II. 86. effingenda *animo, quae memoria tenere vellent.* Tusc. I. 25. *an imprimi quasi ceram animum putamus, et memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia? quae possunt verborum, quae rerum ipsarum esse vestigia? quae porro tam immensa magnitudo, quae illa tam multa possit* effingere? 3. Imitando exprimere. Div. I. 13. *oris lineamenta* effingere. 4. De descriptione rhetorica. Her. IV. 49. *exprimitur et* effingitur *verbis corporis cuiuspiam forma.* 5. Dicitur pro eluere, abstergere. Sext. 35. effingi *sanguinem spongiis e foro.* Ernestius laudavit Cuiac. obss. XIII, 13. Heins. ad Ovid. Heroid. XX, 135.

EFFLAGITARE. Q. Fr. II. 10. *epistolam convicio* efflagitarunt *codicilli tui.* Mil. 34. *eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam* efflagitant. Caecil. 3. *iudiciorum desiderio potestas tribunitia* efflagitata *est.*

EFFLAGITATIO. Fam. X. 24. *insulsa cum* efflagitatione.

EFFLAGITATUS. Verr. V. 29. *coactu atque* efflagitatu *meo.*

EFFLARE. Tusc. I. 9. *agere animam et* efflare *dicimus.* Ibid. II. 9. *frendens* efflavit *graviter extremum halitum.* Div. I. 47. e Ciceronis Mario: *abiicit* efflantem *et laceratum affligit in unda.*

EFFLIGERE, perdere. Att. IX. 19. *filium misit ad* effligendum *Pompeium.*

EFFLORESCERE, per translationem. Orat. I. 6. *ex rerum cognitione* efflorescat *et redundet oportet oratio.* Lael. 27. *utilitas* efflorescit *ex amicitia.* Orat. III. 48. *anapaestus procerior numerus* effloruit.

EFFLUERE, exire in vulgus. Dom. 46. *multa ex vestra disciplina* effluunt, *et ad aures nostras permanant.* 2. Defluere. Div. I. 43. *quondam lactis imber* effluxit. Davisius legit *defluxit*, quod est usitatius; neque tamen alterum reiecerim. Nam et *effundi imber* dicitur; legi etiam *effluere* de veste, nescio ubi. Ibid. 29. *abundat atque* effluit, *edd. vett. omnes.* 3. Abundare, Orat. 13. effluens *dicendi genus.* Nizolius ex Div. I. 29. laudat: *abundat et effluit;* sed emendatiores edd. habent *affluit.* 4. Brut. 61. *mens* effluit; h. e. memoria eum destituit: cui simile est illud. Fam. VI. 19. *tanta*

nem. Fam. IV. 4. *offensionem alicuius.* Flacc. 3. *Et is est reus avaritiae, qui in maledicentissima civitate in suspiciosissimo negotio, maledictum omne, non modo crimen* effugit. Orat. II. 34. *Nihil te* effugiet *atque omne quod est in re occurret atque incidet.*

EFFUGIUM. Verr. V. 64. (civis Romanus) *apud te praetorem si non* effugium, *ne moram quidem mortis, mentione atque usurpatione civitatis assequi potuit.* N. D. II. 47. *Videmus — alias* (animantes) *esse cornibus armatas, alias habere* effugia *pennarum.*

EFFUNDERE, de terra et agris, ut *efferre.* Or. 15. *segetes foecundae et uberes non solum fruges, verum herbas etiam* effundunt *inimicissimas frugibus.* Brut. 9. effundit *haec aetas hanc copiam oratorum.* 2. De prodigis. Agr. I. 5. effundamus *aerarium.* 3. Dimittere. Fam. I. 9. effundere *odium.* 4. Perdere. Fam. II. 16. effundere *gratiam collectam.* 5. De dicentibus ea, quae ante reticuerant, aut reticere debebant. Att. XVI. 7. *Brutus* effudit *illa omnia, quae tacuerat.* Orat. I. 34. *effudi vobis omnia, quae habebam.* Flacc. 19. *testis* effudit, *quae voluit, omnia.* 6. Nimium esse in re aliqua. Parad. 3. *an temperantem eum dices, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua* effuderit. 7. Att. IV. 9. *Pompeius in nos est suavissime* effusus. vid. *Effusus. Ern.*

EFFUSE. Pis. 5. effuse *petulans* (*bis zur Ausschweifung*). Rosc. Am. 8. *large* effuseque *donare.* Tusc. IV. 6. *quum et inaniter et* effuse *animus exsultat.* Cael. 16. *si mulier proterva petulanter, dives* effuse (ausschweifend) *viveret.*

EFFUSIO. 1. Sensu proprio. N. D. II. 10. *aquae* effusio. 2. De multorum hominum exitu ex oppidis, agris. Pis. 22. *quid dicam adventus meos? quid effusiones hominum ex oppidis? quid concursum ex agris patrumfamilias cum coniugibus ac liberis.* 3. De iis qui pecuniam profundunt largiendo aliisque modis. Off. II. 16. *pecuniarum* effusiones, *quae fiunt ad multitudinem deliniendam.* Part. 23. *liberalitatem* effusio *imitatur.* Rosc. Am. 46. *In hac vita quos sumptus quotidianos, quas* effusiones *fieri putatis?* Att. VII. 3. *probe iudicas nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios* effusione, *illum* (Caesarem) *in me liberalem fuisse.* 4. De vehementiore animi commotione. Tusc. IV.

minusque constituam, extra quos egredi non possim. Ibid. *si extra hos cancellos* egredi *conabor, quos mihi ipse circumdedi.*

EGREGIE. Brut. 9. egregie *subtilis scriptor.* Att. XIV. 22. egregie *placere.* Brut. 73. egregie *pingere.*

EGREGIUS. Fam. II. 8. *civis* egregius. Orat. I. 29. egregia *ac praeclara indoles.*

EGRESSUS. Pis. 17. *si minus frequentia sua vestrum egressum,* (quum in provincias proficiscebantur Gabinius et Piso); *ornando atque celebrando — prosequebantur.*

EIECTIO. Att. II. 18. *neque iam quo minus serviamus, recusamus, sed mortem et* eiectionem, *quasi maiora timemus, quae multo sunt minora.*

EIERARE, idem quod eiurare. Orat. II. 70. quum ei *M. Flaccus P. Mucium iudicem tulisset,* eiero, *inquit, iniquus est — — Ah P. C. non ego illum mihi iniquum* eiero, *sed omnibus. Ern.*

EIICERE, reiicere. Off. I. 41. *Cynicorum ratio est* eiicienda. cf. Orat. I. 32. Att. II. 24. *eoque magis id* eiectum *est.* 2. Sed inprimis dicitur de iis, qui explodantur et exsibilantur, ut histrionibus, musicis, oratoribus etc. Orat. III. 50. *idem fit in vocibus, ut a multitudine et populo, non modo catervae atque conventus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes* eiiciantur. Sext. 55. *cantorum vocibus* eiiciebatur; de Clodio, qui quum in theatrum venisset, cantores versus, qui in eum conveniebant, in os imminentes eius, clarissime canebant, ut omnes intelligerent, ad eum pertinere. Cluent. 31. *explosum atque* eiectum *est:* ubi Graevius legi volebat reiectum, quod dubitat latine sic dici. Non dubitandum esse, quin ita dicatur, loca proposita docent. Graeci sic ἐκβάλλειν. vid. v. c. Aelian. V. H. II. 24. XIII. 17. et ibi Perizon. et Kuhn. 3. Eradicare. Div. II. 72. *superstitionis stirpes* eiiciendae. 4. Cael. 31. voluptates se profundunt atque eiiciunt. 5. Catil. I. 12. eiicere se, *pro* abire. *Ern.*

EIULARE. Tusc. II. 7. *Herculem viderat Philoctetes magnitudine dolorum* eiulantem.

EIULATIO. Leg. II. 23. *L. Aelius* lessum *intelligebat quasi lugubrem* eiulationem.

EIULATUS. Harusp. 18. *gemitus et* eiulatus *Philoctetae.* Tusc. II. 23. *ingemiscere nonnumquam viro concessum est,* eiulatus *ne mulieri quidem. Et hic ni-*

mirum est lessus, quem XII tabulae in funeribus adhiberi vetuerunt.

EIURARE. Iniquum eiurare est, reiicere aliquem, quia iniquum nobis putamus; e foro petita ratio. Verr. III. 60. *negotiatores putant esse turpe*, id forum *sibi iniquum* eiurare, *ubi negotientur:* praetor *provinciam suam totam sibi iniquam* eiurat. Phil. XII. 7. *sic me iniquum* eiurabant (Graev. eierabant), *de me querebantur.* 2. Bonam copiam eiurare. Div. IX. 16. *tu autem quod mihi bonam copiam* eiures, *nihil est.* Est autem formula e foro, qua significatur, aliquem iurasse, creditoribus se satisfacere non posse. Vid. Manut. ad h. l. quod quum factum esset, personae debitoris pignori capiebatur, et creditori addicebatur, ut docet Salmas. Mod. Usur. c. 18. p. 805. *Ern.*

ELABI, eleganter dicuntur rei, qui, quum noxii sint, tamen, sive artibus suis, sive quacunque de causa alia, absolvuntur. Act. 1. Verr. 12. elabitur *reus.* Verr. I. 34. elabi *ex crimine.* Ibid. II. 58. elabi *ex criminibus.* Sext. 64. elabi *ex iudicio.* 2. Hinc traducitur ad eos, qui censoris notam commeritam effugiunt Cato 13. *Tito fratre censore* elapsus est. 3. Elabi etiam dicuntur, quae praeter opinionem amittuntur. Orat. II. 50. elapsa *est causa.* Tusc. I. 11. *assensio omnis* elabitur; h. e. desino assentiri *Ern.*

ELABORARE. 1. Eniti. Fam. II. 6. *mihi est in petitione Milonis non modo contentione sed etiam dimicatione* elaborandum. Fam. II. 19. elaborabo *ut omnes intelligant a me habitam rationem tuae tuorumque maiorum dignitatis.* 2. In aliquo studio laborare. Orat. I. 3. *qui non aliqua in re una separatim* elaboraverunt. Rull. II. 25. *quod est tam asperum saxetum in quo agricolarum cultus non* elaboret. 3. Laborando aliquid perficere s. obtinere. Fam. III. 13. *haec mihi ampliora multo sunt, quam illa propter quae haec* elaborantur. Fam. IX. 16. quicquid elaborari aut effici potuerit. Phil. VII. 3. *omne curriculum industriae nostrae in foro* elaboratum *est.*

ELABORATUS. Brut. 90. *diligenter* elaborata *et tanquam elucubrata oratio.* Cael. 19. *in eo non solum ingenium elucere eius* (Caelii) *videbatis — sed inerat — ratio et bonis artibus instituta et cura et vigiliis* elaborata. Orat. 11. *apud hunc* (Pacuvium) *omnes ornati* ela-

elaboratique *sunt versus.* Orat. 25. *ne* elaborata *concinnitas appareat*, i. e. nimis anxie quaesita.

ELAMENTABILIS, Tusc. II. 23. *sin erit ille gemitus* elamentabilis, *si imbecillus* etc. ita Gruterus et sequaces: *alii melius* lamentabilis.

ELARGIRI. Fam. I. 5. *ex iis rebus, quas tibi fortuna* elargita *est.*

ELATE. Tusc. V. 24. elate *et ample loqui.* Opt. gen. or. 4. elate *dicere.*

ELATIO, pro augmento, incremento. Top. 18. *comparatio partium, nec* elationem, *nec submissionem habet*, i. e. nec augendae rei, nec minuendae prodest. 2. Sublimitas. Brut. 17. elatio *et altitudo orationis.* 3. De vehementi affectu, ut *efferre*, de quo supra. Fin. III. 10. *gestientis animi* elatio *voluptaria.* 4. Magnitudo animi. Off. I. 19. elatio *animi. Ern*

ELATUS, excelsus, magnus. Off. I. 18. *animus* elatus. 2. Commotus. Div. I. 24. elatus *cupiditate respexit.* Sext. 64. elatus *exspectatione.*

ELECTE. Inv. I. 30. *descripte et* electe — *digeremus.*

ELECTIO. Orat. 20. verborum.

ELECTISSIMUS. Catil. IV. 6. electissima *femina.* Quint. 2. *viri* electissimi *civitatis.*

ELECTOR. Her. IV. 4. electores *boni*, qui scite iudicare et optima deligere possunt.

ELEGANS, dicitur quicunque est in aliquo genere inprimis intelligens, praecipue tamen in iis, quae ad magnificentiam cultus pertinent. Inv. I. 35. *a rhetoribus iis, qui* elegantissimi *atque artificiosissimi putati sunt.* Brut. 62. *minime dignos* elegantis *conventus auribus.* Fam. VII. 23. *homo in omni iudicio* elegantissimus. Fam. IX. 19. *aures* elegantes. Verr. IV. 57. *populus potius haberet* (signa etc.) *quam* elegantissimus *Verres.* 2. Elegantia opponuntur popularibus, minus acutis, et parum subtilibus. Fin. IV. 10. *mihi placet agi subtilius, et pressius; quae enim adhuc protulisti, popularia sunt; ego autem a te* elegantiora *desidero.* Tusc IV. 3. *illius verae* elegantisque *philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis permansit et idem alio modo dicentibus Stoicis* etc. opponitur philosophiae Epicuri, in qua res parum subtiliter dicuntur, ut paullo post dicit, quia contemnebant *elegantiam disserendi* Fin. II. 9. 3. Fin. III. 2. *artes ingenuae et elegantes*, opponuntur illibe-

dicendi. Planissimus est locus ad Her. IV. 12. elegantia *est, quae facit, ut unum quodque pure et aperte dici videatur, eius partes sunt Latinitas et explanatio.* 3. Similiter in cultu *elegantia* non est magnificentia, sed aliquid inter sordes et magnificentiam intermedium, h. e. *munditia.* Fam. IX. 20. *Verrius tuus et Camillus, qua munditia homines, qua* elegantia? Itaque etiam de oratione haec duo iunguntur. Orat. 23. *Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur;* elegantia *modo et munditia orationis remanebit.* 4. Est etiam *elegantia* in reliqua vita, quae moribus et rebus gerendis continetur, innocentia. Sull. 28. *vestra, qui cum summa* elegantia *atque integritate vixistis, hoc maxime interest, non ex libidine aut simultate aut levitate testium causas honestorum hominum ponderari. Ern.*

ELEMENTA. Ac. post. I. 7. *Qualitatum sunt aliae principes, aliae ex iis ortae. — Itaque aer quoque ignis, et aqua et terra prima sunt. — Ergo illa initia et ut e Graeco* (στοιχεῖα) *vertam* elementa *dicuntur.* 2. *Alia* ratione dicuntur *prima elementa naturae* quae alias *principia naturalia s. prima naturae* dicuntur. 3. De primis artium ac doctrinarum initiis Ac. post. II. 28. dialectica *primo progressu festive tradit* elementa *loquendi, et ambiguorum intelligentiam, concludendique rationem.* Orat. II. 11. *ex his fontibus — licebit etiam laudationem ornare, neque illa* elementa *desiderare.*

ELEPHANTUS. N. D. I. 35 elephanto *belluarum nulla prudentior At figura quae vastior?* Ibid. II. 47. *manus etiam data* elephantis, *quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum.* Sen. 9. *ne nunc quidem vires desidero adolescentis, non plus, quam adolescens tauri aut* elephanti *desiderabam.*

ELEVARE, minuere, infringere. Fam. V. 15. elevare solicitudines. Tusc. III. 16. *nihil est, quod tam obtundat,* elevetque *aegritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit.* Fam. V. 14. *non intelliges duplicari sollicitudines quas* elevare *de tua prudentia postulat?* Lael. 24. *multae causae suspicionum offensionumque dantur, quas tum evitare, tum* elevare, *tum ferre sapientis est.* Orat. II 56. *erat tanta gravitas in Domitio — ut quod esset ab eo obiectum lepore magis* elevandum *quam contentione frangendum videretur.* Ibid. 58. est oratoris movere risum —

vel quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, (i, e. eius auctoritatem minuit) *quod deterret.*

ELICERE, artibus quibusdam evocare. Inv. I. 2. elicere *opportunitatem, quae in animis est, et praecipiendo meliorem reddere.* Vatin. 6. *inferorum animas* elicere. 2. Invenitur etiam pro *emittere.* Cael. 24. *nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem* eliciat? Sed viri docti legendum censent *eiiciat:* tamquam Muret. V. L. II. 17. et alii. Ursinus etiam in Mss. reperisse se dicit. Verum etsi durum *elicere* hoc sensu et inusitatum, tamen nec *eiicere vocem* mollius putem ac Cicerone dignum. Neque exemplum huius formae loquendi quisquam, quod sciam, attulit, aut me reperire memini. Ursini autem fidem in hoc genere sublestam esse, quis nescit? Potest etiam *eliciat* referri ad Clodiam. Veretur ne eliciat aedibus vocem. Quod si *eliciat* ad domum referas et interpretere *emittat*, simile est illi: erumpere stomachum, Att. XVI. 3. pro effundere. Stomachus enim erumpit proprie, non erumpimus stomachum. Sic vox *elicitur* aedibus proprie, non domus elicit vocem. *Ern.* Equidem in illo loco Cael. 24. Mureto assentior, cuius emendationem Lambinus initio quidem aspernatus, postea ipse quoque probavit. Neque vero intelligo, quidni quum *iacere* et *iactare vocem*, item *emittere vocem* dicatur, recte quoque *eiicere vocem* dici possit. Ac iam Muretus monuit Ciceronem respexisse versiculos hos Euripidis in Hippolyto (v. 417.) *Οὐδὲ σκοτὸν φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην τέρεμνά τ' οἴκων, μή ποτε φθόγγην ἀφῇ.* Qui lectionem *eiiciat* defendit, alia ratione defendere non potest, quam ut *eliciat* ad Clodiam referatur, quemadmodum apud Ovidium Fast. I. 255. legitur: *tunc sic nostra ora resolvo voce mea voces eliciente dei.* Tum vero Ciceronem arbitror ita scripturum fuisse: *Nonne ipsa ex domo metuet ne quam vocem* eliciat!

ELIDERE, frangere, rumpere. Tusc. III. 34. *Stirpes aegritudinis trunco everso omnes* elidendae *sunt.* Ibid. *fibras stirpium* elidere. Sed ibi alia lectio est *eligendae* et *eligere*, quam defendit Burmann. Virg. G. II. 407. Ibid. II. 11. *Poëtae nervos omnes virtutis* elidunt. Ibid. V. 6. *qui rebus his fractus aegritudine* eliditur. *Ern.*

ELIGERE. Off. III. 2. *non solum ex malis* eligere *minima oportet sed etiam excerpere ex his ipsis si, quid*

inest boni. Caecil. 14. *videre iam videor quoties ille* (Hortensius) *tibi potestatem optionemque facturus sit, ut* eligas *utrum velis.* Att. IX. 13. *vos duo* eligi *quos praecipue colerem.*

ELIMARE, elaborare diligenter. Att. XVI. 7. *velim σχόλιον aliquod* elimes *ad me, oportuisse te istuc facere.* Ac. pr. II. 20. *rationes latiore specie, non ad tenue* elimatas, i. e. non nimis subtiliter enucleatas.

ELINGUIS, indisertus. Brut. 26. *Fannius numquam habitus* elinguis.

ELOCARE, verpachten. Verr. III. 22. *rem ad se pertinere negabat: fundum esse* elocatum *dicebat.*

ELOCATUS. Flacc. 28. de Iudaeorum gente: *quod illa gens victa, quod* elocata, *quod servata.* Si sanus est locus, sensus est, vectigalem et tributariam esse factam, sc. a Pompeio: atque hoc dicit *elocatam esse gentem*, quod vectigalia solebant publicanis locari. Ita intelligit Scaliger ad Euseb. p. 153. *Ern.*

ELOCUTIO. 1. Simpliciter, dictio. Orat. I. 6. *oratio, nisi subest res ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet* elocutionem *et paene puerilem.* Her. IV. 32. *circuitio est orationem simplicem assumpta circumscribens* elocutione. 2. In arte oratoria. Inv. I. 7. elocutio *est idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem accommodatio.* Her. IV. 12. elocutio — *oratori accommodata — tres res in se debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem.*

ELOGIUM, titulus, inscriptio. Tusc. I. 14. *quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid* elogia *significant?* Fin. II. 35. elogia *monumentorum.* cf. in Pis. 29. extr. vid. Casaub. ad Sueton. Iul. 47. Calig. 24. Salmas. mod. Usur. p. 670. 675. sq. hinc vero ducta ea significatio, qua *elogium* pro laude ponitur. Nam tituli monumentorum continebant honorum rerumque gestarum nomina. Cato 17. etc. 2. Caput, excerptum, ῥῆσις. Cluent. 48. elogium *de testamento recitasti Cn. Egnatii, idcirco se exheredasse filium* etc. Sed quia in eo capite causa afferebatur, quare exheredaretur, uti in titulis et elogiis reorum et ad supplicium ducendorum causae carceris et poenae; propterea elogium in re testamentaria pro causa dicitur exheredationis aut legati etc. Quintil. Decl. II. 15. *quod ideo putetis nullum adiectum ad exheredationem iuvenis* elogium, *quia de scelere constet.* Laudat ibi Burmannus Comment. ad Petron. c. 53. *Ern.*

tensius) *quam omni ratione iactaturus, videre iam videor.* 3. Aliquem sic vexare aut fallere, ut simul ludibrio habeatur. Catil. I. 1. *quamdiu nos etiam furor iste tuus* eludet? Rosc. Am. 45. *nos ab isto nebulone facetius* eludimur *quam putamus.* 3. Transfertur ad cavillationes disputantium vel iocantium. Leg. II. 21. *Civilis iuris scientia pontificium quodammodo tollitis — Itaque si vos tantummodo pontifices essetis, pontificalis maneret auctoritas, sed quod iidem iuris civilis estis peritissimi, hac scientia illam* eluditis. Div. II. 70. *quae est ista ars coniectoris* eludentis *ingenio.*

ELUERE, a sensu proprio transfertur, ad notandam turpitudinis alicuius abolitionem. Phil. XII. 6. *ut centurionum legionis Martiae Brundisii profusus sanguis* eluatur, *num* elui *praedicatio crudelitatis potuit?* Sext. 29. *macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset* eluere. Phil. I. 8. *at quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime severitate iudicandi sordes suas* eluet. Verr. V. 46. *errabas, quum te maculas factorum et flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine* eluere *arbitrabare.*

ELUGERE. Fam. IX. 20. *patriam* eluxi *iam gravius et diutius quam ulla mater unicum filium.*

ELUVIES, metaphorice. Dom. 21. *Tu ad illam labem atque* eluviem *civitatis* (perniciosam legem) *sine summa vi pervenire potuisti?*

ELUVIO. Somn. 7. eluviones *exustionesque terrarum quas accidere tempore certo necesse est.* Off. II. 5. Est Dicaearchi liber de interitu hominum — *qui collectis ceteris causis* eluvionis, *pestilentiae — deinde comparat quanto plures deleti sint homines hominum impetu.*

EMANARE. 1. Sensu proprio. Div. II. 30. *fons unde* emanat *aquai.* 2. Metaphorice. Inv. II. 2. *alii alio ex fonte praeceptores dicendi* emanaverunt. Cael. 8. *quaeram ex quo iste fonte senator* emanet; i. e. quid eum commoverit ad testimonium dicendum. Orat. III. 18. *hinc* (ab Arcesila) *haec recentior Academia* emanavit. Orat. I. 42. *partes sunt, quae generibus ex quibus* emanant *subiiciuntur.* 3. Inprimis transfertur ad famam et rumores. Petit. cons. 5. *omnis sermo ad forensem famam ab iis* emanat *auctoribus.* Brut. 65. *Vereri te arbitror ne per nos sermo hic tuus* emanet Rosc. Am. 2.

oratio mea nequaquam similiter exire, atque in vulgus emanare *poterit.*

EMANCIPARE, parentes dicuntur liberos, quum eos e patria potestate emittunt, ut, aut sui iuris sint, aut ab alio adoptentur, in cuius patria potestate sint. Dom. 14. *adoptatum* emancipari *statim, ne sit eius filius, qui adoptarit.* Fin. I. 7. *filium in adoptionem D. Silano* emancipaverat. 2. Hinc *emancipari alicui* eleganter dicitur, quod est alteri in potestatem traditum, addictum, nostraque voluntate obnoxium. Cato 11. *si senectus nemini* emancipata *est.* Phil. II. 21. *tum iste venditum atque* emancipatum *tribunatum consiliis vestris opposuit.* Utroque tamen in loco libri quidam haben *mancipatum.* vid. et infra *mancipatus* vid. Gronov. ad Senec. ep. 45. *Ern.*

EMAX. Parad. VI. 3. non esse emacem vectigal est.

EMBAENETICUS, vid. EMPENETICUS.

EMBLEMA, sigillum est in argento caelato. Verr. IV. 17. *scaphia cum* emblematis. Ibid. 22. *duo pocula — cum* emblematis — Hic (Verres) — emblemata *avellenda curavit.* Ibid. IV. 22. *iis* (vasis argenteis) *crustae aut* emblemata *detrahuntur. Sic Haluntini* excussis deliciis *cum argento puro domum reverterunt.* Vid. *caelatus, crusta.* Salmas. ad Solin p. 736. Dicitur tamen etiam emblema de operibus tesselatis (eingelegte Arbeit) pavimentis, in quibus nulla sigilla περιφανῆ, s. eminentia. Orat. III. 43. e Lucilio: *endo pavimento et* emblemate *vermiculato.* Sic Varro R. R. III. 2, 4. de villarum veterum frugalitate: *num hic citrum, num aurum vides? — num quod* emblema *aut lithostrotum? Ern.*

EMBOLIUM. Sext. 54. de Clodio: *ille ipse maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama, qui omnia sororis* embolia *novit.* Quia de scena sermo, manifestum est alludi ad embolia fabularum, quae et ἐπεισόδια dicuntur, hoc est, degressiones a fabula, vel exodia. Ludit autem in ambiguitate verbi. Nam quia ἐμβόλιον est, quod extrinsecus inseritur et immittitur, traductum est hoc verbum ad pudenda masculina, ut ex Hesychio docuit Graevius ad h. l. Itaque *omnia embolia sororis novit,* est acute dictum, pro *amores* (s. *amatores*) *sororis,* in quibus et ipse erat. Nam quod Graevius *naturam Clodiae* intelligi putat; primo ἐμβόλιον est, quod immittitur, non quod recipit; deinde

pluresne una naturas habuit, quas omnes noverit Clodius frater? De emboliis iam laudavit vir doctus ad h. l. Salmas. ad Hist. August. Locus est ad Vopisc. Aurelian. 42. Tom. II. p. 530. add. Ind. Graec. in ἐμβόλιον. Ern.

EMENDARE. Leg. III. 13. *ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic* emendari *et corrigi continentia.* Mur. 29. *ego tuum consilium — vituperare non audeo: nonnulla in re forsitan conformare et leviter* emendare *possim.* Brut. 75. Caesar — rationem adhibens consuetudinem (loquendi) *vitiosam et corruptam pura et incorrupta locutione* (vulg. *consuetudine*) emendat. Att. II. 16. *me regat ut annales suos* emendem *et edam.*

EMENDATE. Opt. gen. Or. 2. *pure et* emendate *loqui, quod est Latine.*

EMENDATIO. Fin. IV. 9. *haec videlicet est correctio philosophiae veteris et* emendatio. Acad. fr. emendatio *temeritatis.*

EMENDATOR. Phil. II. 17. Balb. 8. *o praeclarum — correctorem atque* emendatorem *nostrae civitatis.* Brut. 74. *Sisenna quasi* emendator *sermonis usitati quum esse vellet.*

EMENDATRIX. Leg. I. 22. *Vitiorum* emendatricem *legem esse oportet.* Tusc. IV. 32. *o praeclaram* emendatricem *vitae poeticam.*

EMENDATUS. Acad. post. I. 4. *certe recentissima quaeque sunt correcta et* emendata *maxime*, quod tamen non semper est verum. Lael. 17. emendati *mores amicorum.* Brut. 74. *Fundamentum oratoris vides locutionem* emendatam *et Latinam.*

EMENTIENS. Div. I. 9. *videmus haec signa* (instantium procellarum) *numquam fere* ementientia, *i. e.* fallentia.

EMENTIRI, mentiri. Part. 14. *alii* ementiti *sunt in eos quos oderant.* Planc. 30. *ego eo me beneficio obstrictum esse* ementiar? 2. Confingere. Balb. 2. *non furatus est civitatem, non genus suum* ementitus. Phil. II. 33. *magna, ut spero, tua potius, quam rei publ. calamitate* ementitus *es auspicia.* 3. Fallere. Tusc. III. 24. *ita fit sensim cogitantibus, ut quantum sit* ementita *opinio* (i. e. quantopere fefellerit) *appareat.* Dom. 44. emit *domum* dimidio carius *quam aestimabat.* Att. XIII. 29. si Faberianum (nomen) *explicas,* emamus (hor-

EMERSUS. Div II. 68. emersus *e flumine.* Sext. 9. *hominem* emersum *subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum.*

EMETIRI, dare, praestare. Brut. 4. *ego tibi voluntatem profecto* emetiar, *sed rem nondum posse videor, idque, ut ignoscas, a te peto.*

EMIGRARE. Verr. II. 36. *vehementer Sthenio infensus hospitium ei renuntiat; domo eius* emigrat, *atque adeo* exit, *nam iam antea migrarat.* Hotomannus arbitratur *emigrare* et *exire* sic differre, ut is *emigrare* dicatur, qui ex aedibus, ubi habitaverit, vasis relictis discedat, *exire* autem, quum etiam vasa exportanda curet. Equidem inversa ratione malim interpretari, ut emigrasse dicatur Verres, quum supellectilem suam partim propriam, partim a Sthenio extortam exportari iussisset, exisse autem, quum postremo ipse hospitis domo excederet, nunquam postea reversurus. Leg. II. 19. emigrare *e vita.*

EMINENS. Tusc. V. 23. *animadverti columellam non multum e dumis* eminentem. Tusc. I. 22. *videmus — globum terrae* eminentem *e mari.* 2. Exstans, opponitur concavo. N. D. II. 18. de figura sphaerica: *quid pulchrius ea figura quae nihil asperitatis habere — potest — nihil* eminens. *nihil lacunosum.* Ibid. I. 26. *species deorum, quae nihil concreti habeat — nihil expressi, nihil* eminentis. 3. In oratione dicuntur eminentia, quae sunt perspicua, illustria et evidentia. Orat. III. 57. *quia animi permotio, quae maxime aut declaranda aut imitanda est actione, perturbata saepe ita est, ut obscuretur ac paene obruatur, discutienda sunt ea quae obscurant, et ea quae sunt* eminentia *et prompta, sumenda.*

EMINENTIA. Acad. pr. II. 7. *multa vident pictores in umbris et in* eminentia *quae nos non videmus.* N. D. I. 38. *si* (dii) *tantummodo ad cogitationem valent, nec ullam habent soliditatem nec* eminentiam, *quid interest, utrum de hippocentauro an de deo cogitemus?*

EMINERE. 1. Sensu proprio. Div. I. 42. *quum ex terra nihil* emineret, *quod contemplationi caeli efficere posset.* 2. Apparere, enitere. Tusc. II. 26. *amplitudo animi maxime* eminet *contemnendis et despiciendis doloribus.* Rosc. Am. 41. *est quiddam, quod occultatur, quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis* eminet *et apparet.* Orat. III. 26. *habeat illa*

in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id quod erit illuminatum, exstare atque eminere *videatur.* Verr. V. 62. *toto ex ore crudelitas* eminebat. 3. Excellere. Orat. 29. *Demosthenes unus* eminet *inter omnes in omni genere dicendi.* 4. Prospicere. Somn. 9. *animus — si iam tum, quum erit inclusus in corpore,* eminebit *foras, et ea, quae extra erunt contemplans, quam maxime se a corpore abstrahet.*

EMINUS. Sen. 6. eminus *hasta, cominus gladio uti.*

EMISSARIUM, in re rustica est foramen in lacu, per quod aqua emittitur et educitur, sublato, sc. ligno, quod ei oppositum est. Fam. XVI. 18. *sestertia ducenta dabat, nullo horto, nullo* emissario, *nulla maceria, nulla casa.* vid. Graev. ad h. l. Adiiciamus locum e Plin. H. N. XXXIII. 4. emissaria *in piscina quina pedum quadratorum ternum fere linquuntur, et repleto stagno excussis obturamentis erumpit torrens* etc. *Ern.*

EMISSARIUS est, cuius quis opera utitur in aliis accusandis, vexandis, explorandis rebus, item conficiendis, quas ipse non sustinet agere. Sic Turpio et Apronius dicuntur Verris *emissarii* in decumis, quod suo nomine decumas Verri redemerant. Verr. III. 40. V. 41. superioris significationis exempla sunt. Fam. VII. 2. VIII. 8. *Enr.*

EMISSIO. 1. Div. II. 29. *miror si* emissio *feminae anguis mortem afferebat Ti. Graccho,* emissio *autem maris anguis erat mortifera Corneliae, cur alterutrum* emiserit. 2. Tusc. II. 24. *tormenta eo graviores* emissiones *habent* (int. telorum), *quo sunt adducta atque contenta vehementius.*

EMITTERE. Div. II. 19. *nubium conflictu ardor expressus se* emisit. 2. *Tela emitti* dicuntur tormentis. vid. Emissio; hinc Orat. II. 53. argumenta *emitti* dicuntur, quum proponuntur. Ibid. 54. *facetum dictum* emissum *haeret.* Cael. 12. emittere *aculeos in hominem.* 5. Dimittere, absolvere reum nocentem, ducta metaphora a bestiis, quae e caveis emittuntur. Sext. 64. emitti *ex iudicio gratia.* Harusp. resp. 18. *te iudices* emiserunt. Ubi Graevius praeter rem legit *dimiserunt.* Sic c. 21. Clodius dicitur *emissus ancillarum beneficio,* sc. e domo Caesaris, ne caperetur. *Ern.*

EMOLUMENTUM. Mil. 12. *boni nullo* emolumento *impelluntur in fraudem, improbi saepe parvo.* Fin. I. 16. *plus in ipsa iniuria detrimenti est, quam in iis rebus* emolumenti, *quae pariuntur iniuria.* Off. III. 5. emolumenta *rerum fallacibus indiciis vident.*

EMORI. 1. Tusc. I. 8. emori *nolo, sed me esse mortuum nihil aestimo.* Versiculus ex Graeco Epicharmi translatus. Planc. 37. *egone immortalitatem quidem contra remp. accipiendam putarem, nedum* emori *cum pernicie reip. vellem.* Orat. I. 57. *quum admirarere ingenium Scaevolae, qui excogitasset nasci prius oportere, quam* emori.

EMPENETICUS. Fam. VIII. 1. scribit Caelius: *ego qui scirem Q. Pompeium Baulis* embaeneticam *facere, et usque eo, ut ego misererer eius esuriei, non sum commotus* (falso scil. rumore Ciceronem ab eo in itinere occisum esse). Ita hic locus vulgo legitur. Lectionem *embaeneticam*, quam Victorius et Corradus tenuere, hoc sensu Pompeium paupertate et fame coactum naviculariam fecisse ostendunt Cod. Pal. 1. et Vaticani excerpta. At Pal. 4. 5. Torgav. habent *bauli sembaniticam* Dresd. 1. 5. cum Graevii primo *bauli sembeneticam*, Dresd. 2. *baulisem beneticam* In duabus his lectionis corruptelis latet lectio *empeneticam* quam post Turnebum defenderunt Lambinus, Salmasius ad Solin. p. 707. et Tunstallus ep. ad Midl 101. Et huius quidem lectionis veritas confirmatur hac narratione Valerii Maximi lib. IV. c. 2, 7. *Caelii vero Rufi ut vita inquinata, ita* misericordia, *quam Q. Pompeio praestitit, probanda. Cui a se publica quaestione prostrato,* quum mater Cornelia fidei commissa praedia non redderet, *atque iste* auxilium suum literis implorasset, pertinacissime absenti adfuit. *Recitavit et eius epistolam iudicio,* ultimae necessitatis (*i. e.* esuriei) *indicem qua impiam Corneliae avaritiam subvertit.* Itaque in posterum recipiendum est *empeneticam facere*, h. e. artem esuritionis exercere; meque ipsum poenitet coniecturae nuper propositae *emeticam facere.* Nec opus est Vossii emendatione ad Catull. p. 84. ὀμπνητικὴν, quasi Pompeius Baulis quae erat taberna et decussorium totius Campaniae florentissimum, corpus largis dapibus curavit. Immo vero antequam praedia a matre reddita essent, in summis rei familiaris angustiis versabatur.

EMPIRICI, secta medicorum, qui experientiam unice sequendam esse statuebant. Ac. pr. II. 39. *corpora nostra non novimus, qui sint situs partium, quam vim quaeque pars habeat, ignoramus. Itaque medici ipsi, quorum intererat ea nosse, aperuerunt, ut viderentur. Nec eo tamen aiunt* empirici *notiora esse illa, quia possit fieri, ut patefacta ac detecta mutentur.* Ceterum scholam Empiricam optime illustravit *Sprengelius Gesch. der Arzneykunde*, Sect IV. 4.

EMPORIUM, locus in urbe vel oppido, ubi merces venales exponuntur. Att. V. 2. *quum per* emporium *Puteolanorum iter facerem.*

EMPTIO. Att. I. 13. Messala consul Antronianam domum emit HS XXXVII. Quid id ad me, inquies; *tantum, quod, ea* emptione *et nos bene emisse iudicati sumus;* i. e. quod quum ille illam domum tanti emerit, ego domum meam de Crasso salubri pretio emisse videar.

EMPTOR. Off. III. 12. *Antipater* censebat in venditione *omnia patefaciendo, ut ne quid omnino, quod venditor novit,* emptor *ignoret.* Phil. II. 38 *omnino nemo ullius rei fuit* emptor, *cui defuerit hic venditor.*

EMUNGERE. Her. IV. 54. *quiesce tu, cuius pater cubito se* emungere *solebat.*

ENARRARE. Marcell. 2. *Nulla dicendi tanta vis, quae non dicam exornare sed* enarrare *res tuas gestas possit.* Inv. I. 20. *saepe satis est, quod factum sit, dicere, non ut* enarres, *quemadmodum sit factum.*

ENATARE, de philosophis qui se in difficilibus quaestionibus expediunt. Tusc. V. 31. *reliqui habere se videntur angustius*, enatant *tamen.*

ENAVIGARE, metaphorice de oratione quae locum difficilem dicendo superavit. Tusc. IV. 14. *Habes ea quae de perturbationibus* enucleate *disputant Stoici — ex quibus quoniam tamquam e scrupulosis cotibus* enavigavit *oratio, reliquae disputationis cursum teneamus.*

ENERVARE. 1. Sen. 10. *non plane me* enervavit, *non afflixit senectus.* 2. Metaphorice de oratione. Orat. 68. *Tantum* abest ut enervetur *oratio compositione verborum.*

ENERVATUS. 1. Sext. 10. *Homo* enervatus, *et exsanguis.* 2. Metaphorice. Tusc. IV, 17. *Mollis et*

enervata *oratio*. Ibid. II. 6. enervata muliebrisque patientia.

ENITERE. Tusc. II. 4. *fruges etiam etsi in segetem deteriorem sunt datae, ipsae tamen sua natura* enitent; h. e. surgunt, progerminant. Inv. I. 3. enituisse *studia*, h. e. niiorem accepisse.

ENITI pro parere, gignere, tropice. Att. XIII. 25. *ubi sermo est de libro: si unquam quidquam* enitar.

ENODARE, explicare. N. D. II. 24. enodare *nomina*, sc. etymologiis exquirendis. Her. II. 10.

ENODATE, accurate, subtiliter. Fin. V, 9. *haec igitur nobis explicanda sunt, sed si* enodatius, *vos ignoscetis, huius enim aetati — — servire debemus.*

ENODATIO. N. D. VI. 24. enodatio *nominum*. vid. enodare. Top. 7. notio *est cognitio* enodationis *indigens*.

ENTHYMEMA. Top. 13. quid sit? vid. Ind. Graec.

ENUCLEARE, subtiliter acuteque explicare, ut dialectici solent. Partit. 17. *nec quicquam in amplificatione nimis* enucleandum *est*. Tusc. V. 8. *haec nunc* enucleare *non ita necesse est*.

ENUCLEATE, subtiliter, dialectice, tenuiter. Tusc. IV. 4. enucleate *disputant Stoici*. Brut. 9. *nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil* enucleate *potest, quo fieri aliquid possit limatius* (in Demosthene). Ibid. 30. *Sed Q. Mucius* enucleate *quidem et polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud iudicii et magnitudo causae postulabat.* Orat. 9. *putant enim qui horride inculteque dicat, modo id eleganter* enucleateque *faciat, eum solum Attice dicere*. Fin. IV. 3. *qui grandia ornate vellent*, enucleate *minora dicere*. Ibid. V. 29. *pauca neque ea ipsa* enucleate *ab hoc, de virtute, dicta*. Q. Fr. III. 3 *de aqua et via nihil praetermisi, quin* enucleate *ad te perscriberem*.

ENUCLEATUS. Orat. 26 enucleatum *genus*. Planc. 4. *eblandita illa, non* enucleata *esse suffragia*. *Enucleata suffragia* sunt, quae damus re accurate ponderata, et de dignitate candidati iudicio facto. Nam ante dixit: *comitiis aedilitatis studium esse populi, non iudicium*. *Ern.*

ENUDARE, explicare. Leg. I. 9. *rerum obscuras et necessarias intelligentias* (κοινὰς ἐννοίας) enudavit. Ita quidem in edd. nonnullis legitur. Sed recte revo-

cavit Goerenzius lectionem *enodavit*, ut hoc dictum sit pro: effecit ut enodari possint. Eodem modo Top. 7. προλήψεις s. intelligentiae dicuntur *enodationis indigentes*. Alio loco pro *enodare* in eadem re dicitur evolvere. Off. III. 19. *si quis voluerit animi complicatam notionem* evolvere.

ENUMERARE. 1. Numerare. Brut. 52. enumera me in plerisque. 2. Rosc. Am. 36 *authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui praetereuntes pretium* enumerari *audiebant, fundum venire arbitrarentur*. Heusingerus, si vera est, inquit, lectio, intelligo pretii enumerationem in auctione, ubi quantum singuli in foro licitarentur ex praeconis voce intelligere poterant praetereuntes. Sed propter ambiguitatem verbi *enumerare*, h. l. sic positi, legendum videtur *enuntiari* vel *pronuntiari*. Alias in eadem re ponitur praedicari, ut Quint. 15.

ENUMERATIO. 1. Leg. III. 10. *iniqua est in omni re accusanda praetermissis bonis malorum* enumeratio. 2. In arte oratoria, est genus argumentandi. Inv. I. 29. Enumeratio est, *in qua pluribus rebus expositis et ceteris infirmatis, una reliqua necessario infirmatur*. Alia significatione enumeratio est pars conclusionis. Ibid. 52. enumeratio est, *per quam res disperse et diffuse dictae unum in locum coguntur, et reminiscendi causa unum sub aspectum subiiciuntur*. Her. II. 30. Enumeratio *est per quam colligimus et commonemus quibus de rebus verba fecerimus, breviter; ut renovetur, non redintegretur oratio, et ordine, quidquid erit dictum, referatur, ut auditor, si memoriae mandaverit, ad id quod ipse meminerit, reducatur* Partit. 17 Enumeratio *reliqua est, nonnumquam laudatori, suasori non saepe, accusatori saepius quam reo, necessaria. Huius tempora duo sunt, si aut memoriae diffidas eorum, apud quos agas, vel intervallo temporis, vel longitudine orationis, aut frequentatis firmamentis orationis et breviter expositis, vim est habitura causa maiorem.*

ENUNTIARE, s. ENUNCIARE, divulgare. Orat. I. 47. *et illa dicendi mysteria* enunciet. Mur. 11. de scientia et formulis ICtorum, *si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id* enuntiatis *veteris mysteriis totum est contemptum*. Rosc. Am. 40. *qui sociorum consilia adversariis* enuntiavit. Tusc. II. 13. *an coli iustitia poterit ab homine propter vim doloris* enun-

enuntiante *commissa*. 2 Dicendo aperire, significare. Fam. X. 8. *optimae mentis cogitata iam pridem maturo tempore* enuntiare. Orat. I. 26. *ac si quaeritis, plane, quid sentiam*, enuntiabo *apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui et tacendum putavi.* 3 Dicendo exprimere. Orat. III. 42. *videtis genus hoc totum quum inflexo commutatoque verbo res eadem* enuntiatur *ornatius.* 4. Dialecticis *enunciare* idem est, quod recentioribus *praedicare.* Acad. IV. 29. *Nempe fundamentum dialecticae est, quicquid* enunciatur, *aut verum esse aut falsum.* Fat. 9. *quod ita* enunciatur: *Descendit in Academiam Carneades.*

ENUNTIATIO. 1. Att. IV. 15. enuntiatio *Memmii*, sc. qui patefecit in senatu, quid factum esset mali. 2. Apud dialecticos est, quod vulgo *propositionem* vocant, *ein Satz.* Graec. *ἀξίωμα.* Fat. 10. *omnis* enuntiatio *aut vera aut falsa est.* Ibid. 1. *explicanda vis est ratioque* enuntiationum

ENUNTIATUM idem quod ENUNTIATIO sensu dialectico. Fat. 12. *omne* enuntiatum *aut verum aut falsum est.*

EO, adv. pro ideo. Rosc. Am. 31. ubi vid. Graev. ad Div. XIII. 70. XVI. 1. etc. add. Burm. ad Lucan. VII. 406. *Ern.*

EO, ire. Fam. I. 2. de sententiis senatorum; *frequentes* ierunt *in alia omnia* Att. IV. 16. *incipit res melius* ire. Flacc. 21. *si iudicatum negaret, in duplum* iret, *h. e.* cogeretur duplum eius, quod antea ei solvendum esse iudicatum esset, persolvere.

EPHEBUS. Orat. II. 80. *nam is postquam excessit ex ephebis;* ex Andria Terentii. N. D. I. 28. *Athenis quum essem, e gregibus* epheborum *vix singuli* (formosi) *reperiebantur.*

EPHEMERIS, commentarius rerum, quas quotidie facimus, *Journal:* sive etiam Kalendarium, in quo sc. scribebant, quae quotidie facerent, memoriae causa. Quint. 18. *in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit; ad* ephemeridem *revertitur: invenitur dies profectionis prid. Kalend.* Febr. Ap. Plin. H. N. XXIX. 1. est *ephemeris mathematica*, in qua scilicet siderum motus in dies singulos consignatus est. *Ern.*

EPHIPPIA; stragula aut sellae equis impositae (*Sattel und Zeug*). Fin. III. 4.

re populo divisis) — *pecunias profundunt.* Harusp. 10. *Libationes* epulaeque *ludorum.* Tusc. V. 21. *mensae conquisitissimis* epulis *exstruebantur.* Flacc. 38. *cuius* (C. Antonii) *damnatione sepulcrum L. Catilinae floribus ornatum — hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu* epulisque *celebratum est;* non quod re vera ita factum sit, sed nihil aliud his verbis significatur, quam ista damnatione Catilinae quasi honorem habitum, et tanquam iusta ei facta esse. Brut. 19. Cato scripsit *multis seculis ante suam aetatem in* epulis *carmina esse cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus*, cf. Tusc. I. 2. Leg. II. 25. *Apud Athenienses post mortui corporis humationem sequebantur* epulae, *quas inibant propinqui coronati, apud quas de mortui laude, quum quid veri erat, praedicatum.* 2. Metaphorice. Top. 5. *quoniam avidum hominem ad has dicendi* epulas *recepi.* Div. I. 29. *ea parte animi, quae mentis et consilii est, agitata et erecta saturataque bonarum cogitationum* epulis.

EPULARI. Att. V. 9. *quum opipare* epulati *essemus hilarem in modum.* Fam. IX. 26. *deinde ne amicis nihil tribuamus,* epulamur *una non modo non contra legem* (scil. sumptuariam) *sed etiam intra legem* Sen. 13. epulabar *cum sodalibus, omnino modice, sed erat quidam fervor aetatis.*

EPULARIS. Sen. 13. *Bene maiores nostri accubitionem* epularem *amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, convivium nominarunt.* Orat. III. 19. *ludorum* epulare *sacrificium.*

EPULATIO. Oecon. 1. *quae ad mensam quotidianam, atque* epulationem *pertinerent.*

EPULONES. Orat. III. 19. *Pontifices veteres, propter sacrificiorum multitudinem tres viros* epulones *esse voluerunt, quum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum* epulare *sacrificium facerent instituti.* Harusp. 10. *Haruspices, ad quos* epulones *Iovis opt. max. si quid est praetermissum aut commissum afferunt.*

EPULUM. Vatin. 13. *scire ex te cupio quo consilio aut qua mente feceris, ut in* epulo *Q. Arrii* (in epulo funebri quod Arrius in honorem patris mortui in templo Castoris dederat) *cum toga pulla accumberes — cedo quis umquam cenavit atratus? Ita enim illud* epulum *est funebre, ut munus* (scil. gladiatorium, in quo licebat pullatum spectare) *sit funeris,* epulae *quidem*

ne mavis illud credere, quod probari potest, animos praeclarorum hominum, quales isti Tyndaridae fuerunt, divinos esse et aeternos, quam eos qui semel cremati essent equitare, *et in acie pugnare potuisse?* Tusc. II. 26. *apud quos venandi et* equitandi *laus viget, qui hanc petessunt, nullum fugiunt dolorem.* 2. Per translationem, insolentius se in aliqua re iactare. Verr. IV. 20. *Iste* (Verres) *ab equite Romano — Cn. Calidio — equuleos argenteos nobiles — aufert. Imprudens huc incidi iudices. Emit enim, non abstulit. Nollem dixisse. Iactabit se et in his* equitabit *equuleis. Emi, pecuniam solvi* etc.

EQUITATUS. Att. IX. 15. *hunc ita paratum video,* equitatu, *peditatu.* Fam. VII. 1. *armatura varia peditatus et* equitatus.

EQUULEUS. Tusc. III. 28. in versibus Euripidi, latine translatis, *ut iniecto* equulei *freno repente tactu exagitantur novo.* Graeca sunt apud Galenum de dogm. Hippocr. Es Plat. (IV 7.) εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον. Hortens. fr. *ut fame debilitatur* equuleorum *nimis effrenata vis.* Verr. IV. 20. equulei *argentei nobiles.*

EQUULUS. N. D. II. 14. *Chrysippus omnia in perfectis et maturis docet esse meliora, ut in equo, quam in* equulo, *in cane quam in catulo.*

EQUUS, Fam. X. 30. equum *immisi.* Ibid. IX. 7. equis *viris.* cf. Off. III. 33. Phil. VIII. 7. ubi vid. Ferrar. Gronov. ad Liv. XXI. 27. et Burm. ad Virg. Aen. VIII. 3. haec formula deinde hanc vim nacta est, ut, omni contentione rem agi, significaret. 2. Sen. p. R. 11. equis *insignibus et curru aurato reportari;* h. e. triumphalibus. 3. Lael. 17. *quo utamur, quasi* equis *tentatis; sic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Equum tentare* est periculum facere, an sessorem patiatur, et sit itineribus faciendis idoneus; ne, si viam ante ingrediamur, aliqua parte iam profligata, sero intelligamus, idoneum equum non esse. 4. Brut. 51. *si auditor omnino, tamquam equus, non facit, agitandi finis faciendus est. Equus non facit,* ut ex ipso loco intelligitur, qui loco moveri non potest, neque calcaribus subditis, neque flagellis adhibitis, adeoque itineri faciendo minus idoneus. *Ern.* Q.

Fr. II. 15. de Caesare ex Quinti fratris admunitione diligentius colendo: *Facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed mehercule* currentem *nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. Ego vero ardenti quidem studio hoc fortasse efficiam, quod saepe viatoribus, quum properant, evenit, ut si serius quam voluerunt, forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de multa nocte vigilassent, perveniant, quo velint; sic ego, quoniam in isto homine colendo indormivi tamdiu, te mehercule saepe excitante,* cursu *corrigam tarditatem, tum* equis, *tum vero (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari)* quadrigis poeticis; hic *equis* respondet Graecorum *ἵππῳ κέλητι*, *quadrigis* autem *τεθρίππῳ*, significatque Cicero se Caesaris laudes partim orationibus aliisque scriptis prosaicis, partim versibus celebraturum. Fat. 3. *Si Daphitae fatum fuit ex* equo *cadere atque ita perire, ex hocne saxo, qui quum* equus *non esset, nomen habebat alienum:* scil. saxum illud appellabatur *equus*. Valer. Max. VIII. ext. 8. *hic* (Daphitas) *quum eius studii esset, cuius professores Sophistae vocantur, ineptae et mordacis opinationis; Apollinem Delphis irridendi causa consuluit, an* equum *invenire posset? quum omnino nullum habuisset. Cuius ex oraculo reddita vox est,* inventurum equum, sed ut eo perturbatus periret. *Inde quum iocabundus, quasi delusa sacrarum sortium fide reverteretur, incidit in regem Attalum, saepenumero a se contumeliosis dictis, absentem lacessitum; eiusque iussu, saxo, cui nomen erat Equi praecipitatus, ad deos usque cavillandos dementis animi iusta supplicia pependit.*

ERECTUS. 1. Sensu proprio. N. D. II. 56. *Deus homines humo excitatos celsos et* erectos *constituit.* 2. De animo forti. Sen. 20. *alacri animo et* erecto *proficisci (ad mortem.)* Tusc. V. 14. *vir celsus et* erectus *et omnia, quae accidere possunt, parva ducens.* Her. II. 19. *quum feras bestias videamus alacres et* erectas *vadere, ut alteri bestiae noceant.* 3. De auditore attento. Brut. 54. idem *si praeteriens adspexerit* erectos. *intuentes iudices — — aut oratione quasi suspensos* teneri. 4. Est etiam habitus hominis sibi confidentis. Orat. I. 40. erectum *et celsum, alacri et prompto ore ac vultu, huc atque illuc intuentem.* Font. 11. *hi vagantur laeti atque* erecti *passim toto foro, cum quibusdam minis et barbaro atque immani terrore verborum.*

EREPTIO. Verr. IV. 5. *quod putabant* ereptionem *esse, non emptionem, quum venditori suo arbitratu vendere non liceret.*

EREPTOR. Dom. 30. *civitatis.* Sext. 51. *libertatis.* Quint. 8. *bonorum possessor, expulsor,* ereptor.

EREPTUS. 1. Sensu proprio. Opp. fr. *telum ei e manibus* ereptum *est.* Catil. I. 8. vita multis suppliciis erepta. 2. Liberatus. Rosc. Am. 51. *Sex. Roscii vita* erepta *de manibus sectorum.* Arch. 9. *populi Rom. laus est, urbem — Cyzicenorum — ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus* ereptam *esse atque servatam.* 3. extortus, expressus. Verr. I. 30. *quod pronunciatum est, non per Neronem iudicatum, sed per Dolabellam* ereptum *existimabatur.* Nam Dolabella precibus effecerat, ut Nero invitus condemnaret Philodamum.

ERGASTULUM, est carcer rusticus, in quo mancipia opus faciunt, pistrinum etc. Cluent. 8. *M. Aurius in Q. Sergii manus incidit et apud eum fuit in* ergastulo, (quem locum illustrabit Sueton. in Aug. 32. Tib. 8. cf. Salmas. ad Spartian. c. 18. T. 1. p. 172.) Fam. XI. 10. et 13. ergastula *solvere;* quod est dimittere servos ex ergastulis, aut potius abducere, et milites facere. *Ern.*

ERGO, eleganter post longiorem parenthesin. Fam. XV. 10. quum ita accidit — — quum ergo ita accidit.

ERIGERE. Leg. I. 9. *natura quum ceteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem* erexit *ad caelique conspectum excitavit.* Fin. V. 15. *parvi — connituntur, ut se* erigant. Ibid. 14. *ars agricolarum quae circumcidat, amputet,* erigat, *extollat.* 2. Recreare. Brut. 3. *erexit se populus Rom.* Att. VIII. 12. erigere *remp.* 3. *Erigere oculos* metaphorice. Sext. 51. *res erat et causa nostra eo iam loci, ut* erigere *oculos et vivere videretur.* 4. Resistere. Q. Fr. I. 1. 1. *ne te obrui negotii magnitudine sinas, sed contra* erigas *atque resistas.* 5. *Erigere se* dicuntur auditores, quum attentiores fiunt, admirantur aliquid in oratione. Rosc. Am. 22. 6. Cael. 12. *nec quos aculeos habet severitas gravitasque vestra,* quum eos accusator erexerit *in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem et in reum.*

lem certamque sententiam. Ac. pr. II. 20. *eo fit ut* errem *et vager latius.* 4. De numero orationis liberiore, ab oratore in genere tenui observando. Orat. 23. *primum eum tanquam e vinculis numerorum eximamus* — *Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur* errari. 5. Falsa opinione duci Phil. XII. 2. *cuiusvis hominis est,* errare, *nullius nisi insipientis, perseverare in errore.* Tusc. I. 17. errare *malo cum Platone* (spem immortalitatis animorum confirmante) —*quam cum istis vera sentire.* Orat. 13. *me qui Isocratem non diligunt, cum Socrate et cum Platone* errare *patiantur.* Balb. 28. *videte ne utilius vobis et honestius sit, illis ducibus* errare, *quam hoc magistro erudiri.* Fin. II. 22. praecipitis — *ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum* errantem *opinionem aucupemur.*

ERRATICUS. Sen. 15. *vitis — quam, serpentem multiplici lapsu et* erratico, *ferro amputans coercet ars agricolarum.*

ERRATIO. N. D. II. 21. *nulla in caelo nec fortuna, nec temeritas, nec* erratio *nec varietas inest.*

ERRATUM. 1. De opinionis errore. Att. XIII. 44. *quod appellatur Curfidius in oratione Ligariana,* erratum *est meum.* Ibid. VI 1. nam illud de Flavio et fastis, si secus est, commune erratum est. 2. De peccatis. Fam. XVI. 21. errata *aetatis meae.* Rull. II. 5. *cui* errato *nulla venia, recte facto exigua laus.*

ERROR. N. D. II. 28. *res genuit falsas opiniones* erroresque *turbulentos.* Leg. II. 17. *opinionibus vulgi rapimur in* errorem. Sull. 14. *vos in tantis tenebris* erroris *et inscientiae clarissimum lumen praetulistis menti meae.* Acad. pr. II. 36. *estne quisquam tanto inflatus* errore, *ut sibi se illa scire persuaserit?*

ERUBESCERE. 1. Sensu proprio. Her. II. 5. *accusator dicet, si poterit adversarium,* erubuisse, *expalluisse, titubasse* — quae signa conscientiae sunt. Fam. V. 12. *epistola non* erubescit. 2. Pudore affici vel impediri. Leg. I. 19. erubescunt *pudici etiam loqui de pudicitia.* N. D. I. 40. *Epicurus testatur, se ne intelligere quidem ullum bonum, quod sit seiunctum a delicatis et obscenis voluptatibus, quas quidem, non* erubescens, *persequitur omnes nominatim.* Leg. I. 14. *o rem dignam, in qua non modo docti, sed etiam agrestes* erubescant.

ERUCTARE. 1. Sensu proprio. Pis. 6. *unde tu nos — turpissime* eructando *eiecisti.* 2. Metaphorice. Catil. II. 10. *qui accubantes in conviviis — debilitati stupris,* eructant *sermonibus suis caedem bonorum, atque urbis incendia.*

ERUDIRE. Off. I. 44. *illi quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesserunt — Neque solum vivi atque praesentes studiosos discendi* erudiunt *atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur.* Tusc. I. 26. *philosophia nos primum ad deorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate tum ad modestiam magnitudinemque animi* erudivit. Lael. 4. *auctoritas — eorum qui in hac terra fuerunt magnamque Graeciam institutis et praeceptis suis* erudierunt. Orat. I. 59. *oratorem* erudire *in iure civili.* 2. Certiorem aliquem facere. Fam. II. 12. *obviae mihi velim sint literae tuae, quae me* erudiant *de omni re publ. ne hospes plane veniam.*

ERUDITE. Sen. 1. *Cato si* eruditius *videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris, attribuito Graecis literis, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute.*

ERUDITIO. Off. I. 33. *praeclara* eruditione *atque doctrina ornati.* Orat. II. 1. *opinio fuit M. Antonium omnino omnis* eruditionis *expertem atque ignarum fuisse.* Fin. I. 21. *Epicurus nullam esse* eruditionem *duxit, nisi quae beatae vitae disciplinam iuvaret.*

ERUDITUS. Q. Fr. I. 18. *vir doctrina atque optimarum artium studiis* eruditus. Font. 15. *homines non literis ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis et victoriis* eruditi. Orat. I. 15. eruditus *in philosophia.* Q. Fr. I. 13. *Graeci diuturna servitute ad nimiam assentationem* eruditi. Brut. 2 *vox* erudita, de Hortensii eloquentia Graecis et Latinis literis et artibus instructa. Parad. 5. *nos quoque oculos* eruditos *habemus,* h. e. qui iudicare possint de picturis, de signis.

ERUERE, ut *elicere* dicitur. Orat. II. 88. *memoriam* eruere *exercitatione si nulla est naturalis.* 2. Invenire latentem et fugientem. Fam. V. 10. *illum* eruam, de servo Ciceronis fugitivo. 3. Indagare aliquid. Att.

XIII. 30. *mi sicunde potes erues, qui decem legati Mummio fuerint.* Orat. II. 34. *scrutari locos* ex quibus argumenta eruamus. Orat. II. 41. *has argumentorum novi notas, quae illa mihi quaerenti demonstrant, ubi sunt; reliqua cura et cogitatione* eruuntur. 4. Liberare. Att. X. 14. *propter difficultatem pecuniarum qua erui nusquam nisi ex privatorum bonis posset.* 5. Eripere voluntatem. Att. XII. 36. *Fanum fieri volo, neque hoc mihi* erui *potest* (*ich lasse mir das nicht ausreden*).

ERUMPERE. Div. VIII. 14. *si illi amores et invidiosa obtrectatio ad bellum se* erumpit, et Liv. XXXVI. 7. ubi vid. Gronov. plura exempla v. ap. Drakenb. ad Sil. VII. 355. Att. XVI. 3. *ne in me* erumpant *stomachum;* i. e. effundant iram. Q. Fr. II. 2. *sermones iniquorum in suum potissimum nomen* erumpere. h. e. invadere. Mur. 38. *omnia in hos dies* erumpunt: i. e. hoc potissimum tempore eveniunt mala. Catil. I. 3. erumpunt *omnia*, i. e. patefiunt. *Ern.*

ESCENDERE, adscendere, conscendere. Tusc. V. 9. Off. III. 20. et aliis locis, quibus Gruterus et alii e Mss. hanc vocem restituerunt, aliis auctoribus alii: ubique enim fere a librariis in *ascendere* mutatum est. vid. Gronov. ad Liv. II. 28. VIII. 17. XI. 29. XLV. etc. *Ern.*

ESSEDARIUS. Fam. VII. 6. *tu qui aliis cavere didicisti, cave ne ab* essedariis *decipiare.* Genus militum Britannicorum, qui ex essedis pugnabant. vid. Caes. B. G. IV. 24. *Ern.*

ESSEDUM, genus Belgici, Britannici vehiculi (vid. essedarius) quo deinde usi etiam sunt Romani. Att VI. 1. *Vedius mihi venit obviam, cum duobus* essedis. Phil. II. 24. *vehebatur in* essedo *tribunus plebis.* vid. Scheff. de re Vehic. II. 23. *Ern.*

ETHOLOGUS. Orat. II. 59. *mimorum* ethologorum *est, si nimia est ista imitatio.* Nam mimi quam possit fieri accuratissime exprimere et imitari mores aliorum solent risus excitandi causa. Dicuntur et *aretalogi, biologi* etc. vid. Salmas. ad Vopisc. Aurelian. 42. T. II. p. 530. ubi ad Suetonium se de his acturum promisit, quod nondum dixisset aliquis de iis quidquam. *Ern.*

ETIAM, in correctione. Planc. 26. etiam *mehercule.*

2. Visceribus carens. Div. II. 64. in descriptione testudinis apud Pacuvium; Eviscerata, *inanima cum animali sono.*

EVITARE. Tusc. I. 35. Orat. III. 58. *haec omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam* evitari: h. e. eripi e Poeta vetere.

EVITARE. Fin. V. 7. *ne vitationem quidem doloris quisquam in rebus expetendis putavit, ne si etiam* evitare *posset.* Locus hic a criticis tentatus hoc modo se tueri videtur, si inter *vitare* et *evitare* distinguamus, ut illud idem sit quod *fugere*, alterum *effugere.* Id quod ex oppositione, quae sequitur, intelligi potest: *At vero facere omnia, ut adipiscamur quae secundum naturam sunt, etiamsi ea non assequamur.*

EVOCARE, aliquem ut aliunde ad se veniat invitare. Orat. II. 86. *nuntiatum Simonidi, ut prodiret; iuvenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere* evocarent. Att. II, 24. *sic te* evocabam, *ut nihil acrius.* 2. Dicitur ita, ut *elicere.* Orat. II. 8. *memoriam* evocare. Att. X. 8. *ne meam ipse συμπάθειαν iam* evocem. Hortens. fr. *quae confectio est valitudinis quae deformatio coloris et corporis, quod turpe damnum quod dedecus, quod non* evocetur *atque eliciatur voluptate.* 3. *Evocare* dicitur aliquem magistratus provincialis, senatus, quum eum iubet aliunde ad se venire. Verr. I. 10. 33. Att. II. 24. V. 21. etc.

EVOCATUS, commotus. Deiot. 14. evocata *oratione misericordia.* Fin. II. 31. *probitas mercedibus* evocata. 2. Peregrinus iussus adesse. Deiot. 5. *venit* evocatus, *ut is, qui Senatui parere didicisset.* 3. *Evocati* sunt milites, qui stipendia legitima fecere, sed precibus, promissis commoti castra alicuius sequuntur. Fam. III. 6. *praefectus* evocatorum. *Ern.*

EVOLARE. 1. Sensu proprio. Leg. 1. *aquila* evolavit *ex arbore.* 2. Celeriter alicunde exire s. fugere. Verr. V. 34. evolarat *iam e conspectu fere fugiens quadriremis.* Fam. I. 30. *hinc ipse* evolare *cupio.* Somn. 3. *qui ex corporum vinculis tanquam e carcere* evolarunt. Sext. 12. *consul exanimatus* evolat *e senatu.* Div. I. 50. *ii, quorum animi, spretis corporibus* evolant *atque excurrunt foras.* Lael. 4. *si ita est, ut optimi cuiusque animus in morte facillime* evolet, *tamquam e custodia vinculisque corporis.* 3. Metaphorice. Orat. I. 35. evo-

lavit *oratio*: *h. e.* celeriter praeteriit, ut vix quae dicta sint, percipi potuerint. II. 78. *quod totum repente* evolet; *h. e.* omnes suas vires celeriter ostendat. Verr. I. 5. evolare *ex severitate*: *h. e.* absolvi quamvis noxium. Sic Prov. Consul. 6. *poenam* evolarunt. 4. De honoribus. Orat. 11. *illos dolent* evolasse: opponitur relictos esse. *Sic est altius* evolare. Fam. I. 7. *Ern.*

EVOLVERE. 1 Sensu proprio. Att. IX. 12. evolvi *volumen epistolarum tuarum.* 2 De librorum lectione. Tusc. I. 11. *evolve diligenter eius* (Platonis) *eum librum, qui est de animo* Fin. I. 21. *an ille tempus in poetis* evolvendis — *consumeret?* 3. Explicare, exponere. Orat. III. 55. *sol iam praecipitans me quoque haec praecipitem paene* evolvere *coegit.* vid. Heins. et Drakenb. ad Sil. VII. 435. Off. III. 19. *si quis voluerit animi sui complicatam notionem* evolvere; h. e. efficere, ut ea distincta et perspicua fiat. cf. Att. IX. 12. Top. 2. *definitio, quae quasi involutum* evolvit *id, de quo quaeritur.* 4. Reperire. Cael. 23. *cuius criminis ego neque principium invenire, neque* evolvere *exitum possum.* *Ern.*

EVOLUTIO pro lectione. Fin. I. 7. *quid historiae cognitio? quid poetarum* evolutio.

EVOLUTUS. Orat. II. 86. *aliquando te* evolutum *nudatumque video illis integumentis dissimulationis tuae.*

EVOMERE. 1. Sensu proprio. N. D. II. 49. *avis Platalea scribitur conchis se solere complere easque quum stomachi calore concoxerit*, evomere, *atque ita eligere ex iis, quae sunt esculenta.* 2. Eiicere. Catil. II. 1. *quod tantam pestem* evomuerit, *forasque proiecerit.* 3. Reddere, de pecunia, per iniuriam accepta. Pis. 37. *in quo tu acceptam tamen et devoratam pecuniam* — evomere *non poteras.* 4. De oratione maledicentiae plena. Mil. 29. *non timeo ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius haec in illum* evomere *videar, quam verius.* Phil. V. 7. *in me absentem orationem impurissimo ore* evomuit. Lael. 23. de Timone μισανθρώπῳ: *tamen is pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem* evomat *virus acerbitatis suae.*

EURIPUS. Leg. II. 1. *ductus aquarum*, quos isti euripos *vocant.* De Euripis lege Salmas. ad Solin. f. 638. sq. ubi etiam de Euripis maritimis et circensibus agitur. *Ern.*

EVULSIO. N. D. III. 22. *Aesculapius Arsippi et Arsinoae filius, primus purgationem alvi dentisque* evulsionem, *ut ferunt, invenit.*

EVULSUS. Att. V. 4. *excisa est arbor, non* evulsa, radicibus scil. manentibus.

EX, praepositio, 1. causam vel originem, occasionem notat. Fam. XI. 20. ex *hoc pendere totum negotium, ut plurimum lucri fiat.* Ibid. III. 6. ex *literis tuis intellexi.* Att. I. 19. ex *literis alicuius* (zufolge eines Briefs) *aliquem in amicitiam recipere.* Fam. III. 4. ex *illius sermone ad te scribam plura.* Fam. X. 4. *literae quas ex sermone Furnii* (auf Veranlassung) *te scripsisse animadverto.* 2. Initium temporis quo aliquid fit. Att. XIV. 20. ex *Kal. Ian. ad hanc horam vigilavi.* Att. IX. 4. ex *ea die septentriones venti fuere.* Quint. 5. ex *eo tempore res esse in vadimonium coepit.* Rull. II. 21. *infinito* ex *tempore.* 3. Tempus post praeteritum. Att. VII. 25. *diem* ex *die exspectare.* Mur. I. 7. ex *praetura triumphasset.* Att. IV. 16. ex intervallo regustare aliquid. 4. Partes rei vel naturam significat. Off. I. 22. *haec quidem res non solum* ex *domestica est ratione, attingit etiam bellicam.* Ibid. 44. *Virtus quae constat* ex *hominibus tuendis.* N. D. III. 30. *iudicia quae* ex *empto aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt.* 5. Numerum vel multitudinem unde aliquid seligitur. Rull. II. 9. *si vobis* ex *omni populo deligendi potestas esset.* Orat. I. 22. *homines impudentes, qui quum in schola assedissent* ex *magna hominum frequentia dicere iuberent si quis quid quaereret.* 6. Materiam. Verr. IV. 33. *simulacrum* ex *aere.* Div. I. 24. *Alexander* ex *eo auro buculam faciendam curavit.*

EXACTIO, expulsio. Orat. I. 9. exactis *regibus, tametsi ipsam* exactionem *mente non lingua perfectam L. Bruti esse cernimus.* 2. Tributum, vectigal, aliudve debitum vel ad id exsolvendum coactio (*Beytreibung*). Att. V. 1. *ne extrema* exactio *nostrorum nominum exspectetur.* Leg. II. 20. exactio *pecuniarum.*

EXACTUS. 1. Expletus. Verr. I. 18. *temporibus* exactis, scil. graviditatis. Tusc. I. 39. *qui* exacta *aetate moriuntur.* 2. Expulsus. Orat. I. 9. exactis *regibus.* 3. N. D. III. 34. exacta *pecunia.*

EXACUERE, metaphorice. Leg. III. 9. de Clodio: *quis umquam tam audax tam inimicus nobis fuis-*

EXAGITATUS, agitatus. Sull. 21. *quum iam multos annos esset* exagitata *dissensio*. 2. Reprehensus. Or. 3. exagitatus *est orator Platonis et aliorum philosophorum disputationibus, et adiutus.*

EXALBESCERE. Orat. I. 26. exalbescere *in principiis dicendi.* Ac. pr. II. 15 *qui tremerent et* exalbescerent, *vel ipsi per se, motu mentis aliquo vel obiecta terribili re extrinsecus.*

EXAMEN. Div. I. 33. examen *apum* (*Bienenschwarm.*) Off. I. 44. Sen. 14. Metaphorice. Harusp. 12. *si examen apum ludis in scenam venisset, haruspices acciendos ex Etruria putaremus; videmus universi repente* examina *tanta servorum, immissa in populum septum atque inclusum, et non commovemur?*

EXAMINARE. 1. Sensu proprio Tusc. I. 19. *aër tamquam paribus* examinatus *ponderibus, nullam in partem movetur.* 2. Translate. Orat. 8. *in hoc ipso diligenter* examinante *verborum omnium pondera.* Orat. II. 38. *nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, — ad ea probanda, quae non aurificis statera, sed quadam populari trutina* examinantur.

EXANCLARE, idem quod exantlare. Tusc. I. 49. *quum* exanclavisset *omnes labores.* cf. II. 8. Div. II. 10. Acad. IV. 34. Davisius pro *exanclare* semper reponendum censet *exantlare*, ubi pro exhaurire aut tolerare dicatur. vid. ad Tusc. I. 49. Eadem est Lambini sententia ad Acad. IV. 38. qui tamen probat *exanclare* pro ministrare; ubi et Davisius reliquit in contextu: *exanclatum*, quum in ceteris locis mutaverit. Quintil. Inst. I. 6. hoc verbum ponit in nimis antiquis, neque facile usurpandis. Est autem a vetere *ancla*, quod fuit vas, quo aqua hauriebatur; ut adeo idem sit *exantlare* et *exanclare*. vid. Salmas. ad Vopisc. Bonos. c. ult. T. II. p. 774. Burm. ad Quintil. l. c. *Ern.*

EXANGUIS. Orat. I. 13. *de quibus ille tenui quodam et* exangui *sermone disputat, hic cum omni gravitate et iucunditate explicet.*

EXARARE, proprie est, arando eruere. Div. II. 23. exaratum *esse, Deum dicam an hominem?* Leg. II. 25. *sepulchra* exarata *sunt.* Unde deinde *exarari* dicitur, quod agro colendo quaesitus in frugibus capimus. Verr. V. 38. *tantum labore suo frumenti* exarabant. 2. De scribentibus quum dicitur, extemporalem scriptio-

EXCELLENTER. Off. I. 18. *quae magno animo fortiter* excellenterque *gesta sunt.*

EXCELLENTIA. Off. I. 28. *Nobis personam imposuit ipsa natura magna cum* excellentia (*Vorzug*) *praestantiaque animantium reliquarum.* Lael. 19. *Saepe* excellentiae *quaedam sunt.* Off. I. 27. decorum id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiae. Tusc. IV. 1. *incredibilis cursus ad omnem* excellentiam *factus est.*

EXCELLEO es. Fragm. ep. ap. Priscian. *effice et elabora ut* excelleas.

EXCELLO, is. Orat. 2. *in oratoribus admirabile est, quantum inter omnes unus* excellat. Fam. XI. 21. excellere *hoc genere virtutis.* Ac. pr. II. 2. *ingenio scientiaque.* Orat. I. 50. *in aliqua arte et facultate* excellens. Tusc. II. 18. *Vide ne quum omnes rectae animi affectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea, quae ceteris* excellebat, *omnes nominatae sint.* Div. I. 19. *oraculum illud nunc minore gloria est, quia minus oraculorum veritas* excellit. Flacc. 6. *auctoritas eius* excellit, (i. e. summa est) *in ista provincia.* Pison. 38. *quum haec (mala facinora) quae* excellunt (i. e. eminent, s. propter celebritatem notiora sunt) *me nosse videas.* Leg. I. 19. *quid ergo? eos, qui singulis vitiis* excellunt, *aut etiam pluribus propter damna — miseros esse dicimus, an propter vim turpitudinemque vitiorum?*

EXCELSITAS. Off. III. 5. excelsitas *animi et magnitudo.*

EXCELSUS. 1. Sensu proprio, altus. Att. IV. 15. excelsa porticus. Verr. IV. 34. excelsa *in basi.* Ibid. 34. *amplum et* excelsum *signum cum stola.* N. D. I. 36. *ibes — aves* excelsae, *cruribus rigidis.* Somn. 1. *ostendebat Carthaginem de* excelso — *loco.* Att. VI. 1. *statua posita in* excelso. 2. Metaphorice de animo. Off. I. 23. *animus* excelsus *et magnificus.* Ibid. 5. *animi* excelsi *atque invicti magnitudo ac robur.* 3. De sublimi genere dicendi. Orat. 34. *orator grandior et quodammodo* excelsior. Opt. gen. or. 4. *qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio, neque eos quidquam* excelsum *magnificumque delectat.*

EXCEPTARE. Parad. V. 2. *Videat aliquem — barbatulos mullos* exceptantem *de piscina.*

VI. 1. *te intelligere volui mihi non* excidisse *illud, quod tu ad me quibusdam literis scripsisses.* Leg. II. 18. *o miram memoriam Pomponi tuam! At mihi ista* exciderant.

EXCIPERE. 1. Auffangen. Fam. X. 23. *quod C. Catium Vestinum — missum ab Antonio ad eum cum literis* exceperam. Catil. III. 4. *fugientes* excipere. Rosc. Am. 52. *arbitrantur isti bonorum emptores, vos hic, tales viros, sedére, qui* excipiatis *eos, qui de suis manibus effugerint.* Verr. V. 45. *filiorum extremum spiritum ore* excipere. Orat. II. 8. *ad pertractandos animos hominum et ad* excipiendas *eorum voluntates.* 2. Auffassen. Brut. 11. *Themistoclem aiunt, quum taurum immolavisset* excepisse *sanguinem patera, et eo poto mortuum concidisse.* Verr. II. 72. *omnia tela* excipiat *necesse est.* 3. De verbis aut rumoribus, *auffassen.* Div. II. 23. *illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius verba* exceperint, *literisque mandaverint.* Orat. 58. *qui audiunt, haec duo animadvertunt, et iucunda sibi censent, verba dico, et sententias, eaque dum animis attentis admirantes* excipiunt, *fugit eos et praetervolat numerus.* Deiot. 9. *mittebat, qui rumores Africanos* exciperent *et celeriter ad se referrent.* Orat. II. 35. *ut adversarium attente audiamus, atque ut eius non solum sententias, sed etiam verba omnia* excipiamus *— diligentia est.* Orat. I. 21. *aliquid ex sermone memoria dignum* excipere. Planc. 23. *nihil est tam volucre, quam maledictum; nihil facilius emittitur, nihil citius* excipitur, *nihil latius dissipatur.* 4. Ausstehn, aushalten, *sich blosstellen, aussetzen.* Rab. Post. 15. *hanc vim frigorum hiememque, quam nos vix huius urbis terris sustinemus,* excipere. Harusp. 21. *in me — illa flamma — coniiciebatur.* Excepi. — Dom. 24. *omnem impetum — omnem — vim improborum —* excepi *meo corpore.* Inv. I. 21. *quum rei expositio magnam* excipiat *offensionem.* 5. *Aufnehmen.* Fam. I. 9. *nullum meum dictum, non modo factum, pro Caesare intercessit, quod ille non illustri gratia* exceperit. Div. II. 11. *naturale (divinandi genus) quod animus arriperet, aut* exciperet *extrinsecus ex divinitate.* Sen. 6. *memoriam illius viri* excipient *omnes anni consequentes.* Leg. II. 2. *et eam patriam dicimus ubi nati, et illam, qua* excepti *sumus. — Dulcis autem non multo secus est ea, quae genuit, quam illa, quae* excepit. 6. i. q. *accipere, erhalten, bekommen.*

ces adversas senis imperatoris ostendere. Tusc. V. 23. excitabo *homunculum a pulvere et radio.*

EXCITATUS. 1. Erectus. N. D. III. 56. *deus* (homines) *humo* excitatos *celsos et erectos constituit.* 2. Fam. II. 16. *qui ab* excitata *fortuna ad inclinatam et prope iacentem desciscerem.* 3. Concitatus. Sext. 58. *ex omnibus spectaculis plausus* excitatus. 4. Orat. II. 41. *his locis in mente et cogitatione defixis et in omni re ad dicendum posita* excitatis, *i. e.* in memoriam revocatis.

EXCLAMARE. Tusc. II. 24. *qui volunt* exclamare *maius, toto corpore contentioni vocis asserviunt.* Phil. II. 12. *Brutus — cruentum pugionem tenens Ciceronem* exclamavit.

EXCLAMATIO. 1. De voce. Her. III. 12. *acutas vocis* exclamationes *vitare debemus.* 2. Figura rhethorica. Her. IV. 15. Exclamatio *est, quae conficit significationem doloris aut indignationis alicuius per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem.* Orat. III. 54. Alio loco Orat. 39. eadem inter figuras verborum nominatur: *aut si est aliqua* exclamatio *vel admirationis vel conquestionis.*

EXCLUDERE. 1. Sensu proprio. Balb. 17. *Gaditani — Poenos moenibus* excluserunt. 2 De pullis avium, *ausbrüten.* N. D. II. 52. *gallinae avesque reliquae sibi — cubilia nidosque construunt — ut quam facillime ova serventur, ex quibus pullos quum* exclusérint, *ita tuentur.* N. D. II. 48. *anatum ova gallinis saepe supponimus, e quibus pulli orti primum aluntur ab iis, ut a matribus, a quibus* exclusi *fotique sunt.* Facete hoc transfertur Or. III. 21. ad discipulos rhetoris: *Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos* excludere *in nido, qui evolent, clamatores odiosi ac molesti,* ubi simul luditur in significatione nominis *Coracis,* i. e. *corvi.* 3. Metaphorice. Fam. V. 15. *Literae quibus utor assidue — ipsae* excludere *me a portu et perfugio videntur.* N. D. III. 31. *in hominum vitiis, ais, esse culpam. Eam dedisses hominibus rationem, quae vitia culpamque* excluderet. 4. Prohibere, arcere. Phil. V. 11. exclusit *eum a re publ., distraxit, segregavit.* Fam. XII. 13. *non maxima me turba puto* excludi, *quo minus tibi vacet me excipere.* Orat. I. 12. *oratorem* — (a philosophis) excludi *ab omni doctrina rerumque maiorum scientia videbam.* Cluent. 11. *mulierem, ne partu eius ab heredi-*

EXCORS, *unverständig, albern.* N. D. II. 2. *quae anus tam* excors *inveniri potest quae illa, quae quondam credebantur apud inferos portenta, extimescat.* Lael. 26. *aperte adulantem nemo non videt, nisi admodum est* excors Div. II. 16. *affers in tauri opimi extis immolante Caesare cor non fuisse — Tu vero quid habes, quare putes, si paullo ante fuerit cor in tauro opimo, subito id in ipsa immolatione interisse. An quod aspexit vestitu purpureo excordem Caesarem, ipse corde privatus est?* Ad h. l. bene ac sapienter Hottingerus: „*excordem* Caesarem Tullius dicit, eo quod habitu illo ac splendore quo usus esset, civium animos offenderet *corde* vero *privatum* bovem, i. e. item excordem factum quia veterum multi in corde sedem esse rationis existimaverunt. Est autem hic verborum lusus neque ingeniosus, neque facetus, et Cicerone plane indignus."

EXCRUCIARE. 1. De corporis cruciatu. Verr. I. 17. *hominem fumo* excruciatum *semivivum reliquit.* Manil, 5. *vos eum regem* (Mithridatem) *inultum esse patiemini, qui legatum P. R. consularem vinculis ac verberibus atque omni supplicio* excruciatum *necavit?* 2. De animo. Fam XIV. 3. *conficior maerore — nec me meae miseriam magis* excruciant *quam tuae.* Fin. I. 16. *temeritas et libido et ignavia semper animum* excruciant *et semper sollicitant.*

EXCUBARE. 1. Sensu proprio. Div. I. 50. *ab Anaximandro physico moniti Lacedaemonii sunt, ut urbem et tecta linquerent, armatique in agro* excubarent. 2. Metaphorice. Tusc. IV. 17. *qui semper animo sic* excubat, *ut ei nihil improvisum possit accidere.* Fam. X. 8. *ex quo intelligi potest curam rei publ. summe defendendae iam pridem apud nos* excubare.

EXCUBIAE. Marcell. 10. *omnes tibi — non modo* excubias *et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur.* Phil. VII. 8. *Visidio — cuius ego* excubias *et custodias mei capitis cognovi in consulatu meo.*

EXCUDERE, de libro conscribendo. Att. XV. 26. *Tibi de Gloria* excudam *aliquid.*

EXCURRERE. 1. Sensu proprio. Att. X. 17. excurro *in Pompeianum.* Verr. I. 26. excurrat *aliquis qui hoc tantum mali filio suo nuntiet.* 2. Transfertur ad animum. Div. I. 10. *quorum animi spretis corporibus evolant atque* excurrunt *foras.* Muren. 8. *nullum vobis*

constituti) *id in salute mea — vos vestra sponte fecistis.* Orat. 69. *nobis in scribendo atque in dicendo necessitatis* excusatio *non probatur.* Sull. 16. *illae valent apud me* excusationes *iniuriae tuae, iratus animus tuus, aetas, amicitia nostra.* Phil. V. 2. *nullae istae* excusationes *sunt: meus amicus est — meus cognatus.*

EXCUTERE. 1. Scrutari, si quis aliquid absconditum secum ferat, quod fere fit excutienda toga. Fam. X. 31. *sexcentis locis* excutiuntur *tabellarii.* Haresp. 18. *iudices te dimiserunt* excussum *et exhaustum* (scil. pecuniis, quibus eos corrupisti) Metaphoram vidit Gruterus petitam esse ab iis qui in latrones inciderunt. Rosc. Am 34. *non* excutio *te, si quid forte ferri habuisti, non scrutor* 2. Omnino exquirere, perscrutari. Planc. 12. *facilis est illa occursatio et blanditia popularis; adspicitur, non attrectatur; procul apparet, non* excutitur, *non in manus sumitur.* Rull. II. 23. *intolerandum hos decemviros portitores omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modo reges atque externarum nationum homines sed etiam imperatores nostros* excutiant (*visitiren.*) Off. III 20 *explica et* excute *intelligentiam tuam, ut videas, quae sit in ea species et forma et notio viri boni.* Q Fr. I. 1, 2. *neque sane placet, scrutari te omnes sordes,* excutere *unumquemque.* Tusc. I. 36. *hoc igitur probe stabilito et fixo illud* excutiendum *est, ut sciatur, quid sit carere, ne* relinquatur aliquid erroris in verbo. Cael. 28. excutiemus *omnes istorum delicias omnes ineptias.* 3. Proiicere. N. D. II. 37. *non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formae literarum vel aureae vel quales libet, aliquo* coniiciantur, *posse ex his in terram* excussis *annales Ennii, ut deinceps legi possint effici.* 4. Auferre, eripere, evellere. Tusc. I. 46. *hanc* excutere *opinionem mihimet volui radicitus.* Sull. 8. excutient *tibi istam verborum iactationem.* Muren. 14 *omnia ista nobis studia de manibus* excutiuntur. Sull. 16. *noli aculeos orationis meae, qui reconditi sunt,* excussos *arbitrari.* Fam. IX. 10. *adeone tu mihi* excussam *severitatem putas, ut ne in foro reliquiae pristinae frontis appareant?*

EXEDERE. 1 Consumere. Div. II. 16. *caput est in iecore, cor in extis; iam abscedet — deus id eripiet vis aliqua conficiet aut* exedet. 2. Metaphorice de animo. Fin. I. 18. *maerores qui animos* exedunt *conficiant-*

que curis. Ibid. *sollicitudines, quibus hominum animi dies et noctes* exeduntur.

EXEDRA, locus in porticibus villarum inprimis, pluribus instructus sedibus, ut ibi consideri disputandi causa aut dormiri meridie possit. Orat. III. 5. Fin. V. 2. cf. Vitruv. V. 11. et VI. 3, 8. ibique Schneideri V. C. adnotationem.

EXEDRIUM, idem quod *Exedra.* Fam. VII. 23. Exedria *quaedam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani, ea volebam tabellis ornare.*

EXEMPLAR. 1. Muster, Original. Univ. 2. *Qui aliquod munus efficere molitur, si eam speciem, quae semper est eadem, intuebitur, atque eam sibi proponet* exemplar, *praeclarum opus efficiat necesse est.* Ibid. *ex ea parte deficiebat ad propositum* exemplar *imaginis similitudo.* 2. Musterhaftes Beyspiel. Muren. 31. *est illud quidem exemplum tibi propositum domi — ad imitandum vero tam mihi propositum* exemplar *illud est quam tibi.* Caecin. 10. exemplar *antiquae religionis;* ubi sic dicitur ironice Falcula. 3. Abschrift, Copie. Fam. X. 31. *ex literis, quas Pansa mihi misit, cognosces omnia; nam eorum tibi* exemplar *misi.* 4. De homine alteri simillimo. Lael. 7. *Verum amicum qui intuetur, tamquam* exemplar *aliquod intuetur sui* (*sein Ebenbild*, s. *eine Copie von sich selbst*).

EXEMPLUM. 1. Species ad imitandum proposita, unde imago exprimitur; exemplar, archetypum. Off. III. 17. *nos veri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur. Eas ipsas utinam sequeremur. Feruntur enim ex optimis naturae et veritatis* exemplis; h. e. ipsi illi homines iustitia insignes etsi non explent iustitiae ideam, tamen ab isto exemplari, quod natura et veritate continetur, proficiscuntur. Inv. II. 2. *ut in mutum simulacrum veritas ab animali* exemplo (*lebendiges Original*) *transferatur.* 2. Formula literarum certis verbis concepta. Att. IX. 6. *Capua literae sunt allatae hoc* exemplo (*dieses Inhalts*). Ibid. XIII. 30. Eam tibi epistolam misissem. *Nunc illam alteram* (ad te scriptam) *de rebus gestis eodem* exemplo *puto*; (eodem argumento vel etiam iisdem verbis conscriptam ut illam quam ad me scripsit necesse non sit tibi mittere). Fam. IX. 16. *de quo tu mihi scripseras bis eodem exemplo.* 3. Scriptum aliquod, unde deinde ἀντίγραφα su-

muntur (*ein Concept*). Fam. IX. 26. *accubueram hora nona, quum ad te harum* exemplum *in codicillis exaravi;* (unde scil. librarius aliquis describeret.) Fam. VII. 18. *quis solet eodem* exemplo *plures* (epistolas) *dare qui sua manu scribit?* 4. *ἀντίγραφον*, eine Abschrift, Copie. Att. XIII. 46. exemplum *testamenti*. Fam. VI. 8. *earum literarum* exemplum *infra scriptum est.* Att. IX. 13. *habeo a Balbo literas, quarum* exemplum *ad te misi.* 5. Factum aliquod seu animi character imitatione dignus; *ein Muster.* Rosc. Am. 10. *in qua muliere etiam nunc, quasi* exempli *causa, vestigia antiqui officii remanent.* Sext. 8. *unum aliquem te ex barbatis illis*, exemplum *imperii veteris, imaginem antiquitatis — diceres intueri.* 6. Malum aliquod facinus, quod ne alii imitentur, periculum est; (*ein böses Beyspiel.*) Leg. III. 14. *perniciosius de re publica merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem; neque solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque* exemplo, *quam peccato nocent.* Flacc. 11. *multa sunt eiusmodi, ut etiam si in homine ipso de quo agitur negligenda sint, tamen in conditione et* exemplo *pertimescenda videantur.* Cornel. I. fr. *qui aliquod institui* exemplum *disturbandorum iudiciorum perniciosissimum — cupierunt.* Flacc. 11. *si quem infimo loco natum — defenderem, tamen civem a civibus — deprecarer, — ne periculosam imitationem* exempli *reliquis in posterum proderetis.* Ibid. *in hoc ego reo ne quod periculosum* exemplum *prodatur pertimescam?* 7. Omnino quodvis factum quod alii imitantur. Verr. II. 42. *hoc defendebat licere fieri; saepe esse factum; istum, quod fecisset aliorum* exemplo *institutoque* (*nach anderer Beyspiel und Vorgange*) *fecisse.* 8. De poena et animadversione quae alios absterreat. Q. Fr. I. 2. *edere* exemplum *severitatis.* Fam. I. 9. (Clodius) *impunitatem est illorum sententiis assecutus, qui quum tribunus plebis poenas a seditioso civi per bonos viros iudicio persequi vellet*, exemplum *praeclarissimum in posterum vindicandae seditionis de rep. sustulerunt.* 9. Specimen, *eine Probe.* Her. IV. 6. *Si merces ipsi qui venditant, aliunde* exemplum *quaeritent aliud mercis; aut si acervos se dicant tritici habere et eorum* exemplum *pugno non habeant quod ostendant — non ridiculum videretur?* 10. In oratoriis et philosophicis disputationibus *exempla*

negotiis. Cluent. 63. *medicinae* exercendae *causa tabernam dedit.* Manil. 6. *qui vectigalia* exercent *atque exigunt.* 5. De iudiciis. Verr. I. 60. *iudicium in praetura publicum* exercuit. Arch. 2. *praetor* exercens *iudicium.* Fin. II. 16. *quum praetor quaestionem inter sicarios* exerceret. 6. Dicitur etiam pro agitare, molestiam facessere. Att. XIII. 22. *te de praedio aviae* exerceri *moleste fero.* Fam. XII. 4. *nunc me reliquiae vestrae* exercent; (i. e. Caesare occiso Antonius mihi molestiam facessit).

EXERCITATIO. 1. Corporis. Off. I. 36. *color* exercitationibus *corporis tuendus est.* N. D. II. 10. *corpora nostra motu atque* exercitatione *recalescunt.* Ibid. I. 36. *pueri etiam quum cessant* exercitatione *aliqua ludicra delectantur.* Sen. 11. *corpora defatigatione et* exercitatione *ingravescunt.* Cael. 5. *ut* exercitatione *ludoque campestri tunicati uteremur.* 2 Animi et ingenii. Sen. 11. *hae sunt* exercitationes *ingenii, haec curricula mentis.* Off. I. 34. *senibus labores corporis minuendi,* exercitationes *animi etiam augendae videntur.* Sen. 3. *Aptissima sunt arma senectutis artes* exercitationesque *virtutum.* 3. De artibus, inprimis de arte oratoria. Orat. I. 57. *iuris civilis* exercitatio. Brut. 97. exercitatione *dicendi linguam acuere.* Orat. I. 20. *quod consuetudo* exercitatioque *et intelligendi prudentiam acueret, et eloquendi celeritatem incitaret.* Ibid. 60. *subitae* (i. e. *extemporales*) *ad propositas causas* exercitationes. Div. II. 45. *multi naturae vitium meditatione atque* exercitatione *sustulerunt.* Orat. III. 49. *hanc ad legam quum* exercitatione (dicendi) *tum stilo* (i. e. exercitatione scribendi) *formanda vobis oratio est.* 4. De vitiis. Catil. II. 5 *idem stuprorum et scelerum* exercitatione *assuefactus.* Dom. 1. *respondebo hominis furiosi non orationi, sed convicio, cuius* exercitationem *quum intolerabili petulantia tum etiam diuturna impunitate munivit.* 5 De quibuscunque negotiis. Oecon 1. *a natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad* exercitationem *forensem atque extraneam.*

EXERCITATUS. Rull. II. 31. *oratores glebis subigendis* exercitati. Verr V. 54. *lictores valentissimi et ad pulsandos verberandosque homines* exercitatissimi. Manil. 18. *homines in maritimis rebus* exercitatissimi,

nignitas exhausta *est in ea re quae nihil habuit praeter dedecus*, i. e. in exsilio, quod amici pecuniis subleevarunt. 6. Deminuere. Fam. IX. 14. *libentius omnes meas laudes in te transfuderim, quam aliquam partem* exhauserim *ex tuis*. Att. I. 18. *multa sunt quae me sollicitant anguntque, quae mihi videor aures nactus tuas, unius ambulationis sermone* exhaurire *posse*, i. e. ex animo effundere. 7. Exsequi. Att. VII. 1. *reliquum est, ut mandata nostra* exhaurias. Ibid. V. 6. *mandari omnia quae tu* exhauries.

EXHEREDARE. Cluent. 48. *hoc testamentum eiusmodi est, ut ille* (Egnatius) *quum eum filium* exheredaret, *quem oderat, ei filio coheredes homines alienissimos coniungeret, quem diligebat.* Ibid. *Egnatium pater censoria subscriptione* exheredavit. Her. IV. 24. *ab omnibus necessariis* exheredatus *est.*

EXHERES. Orat. I 38. *quaesitum est — possetne paternorum bonorum* exheres *esse filius, quem pater testamento neque* heredem, *neque* exheredem *scripsisset nominatim.*

EXHIBERE. 1. Proferre. Milon. 12. exhibe — *librarium illud legum vestrarum.* 2. Sistere. Flacc. 15. *fratres saltem* exhibe, i. e. fac ut prodeant. Att. V. 18. exhibeo *pupillum neque defendo*, i. e. Ariobarzanem regem, qui mihi quasi a senatu in tutelam est traditus, exhibeo creditoribus, (ut Bruto) ut ab eo ipsi pecuniam exigant. 3. Facessere. Att. II. 1. exhibere *molestiam mihi destiterunt.* N. D. I. 17. *Sententia Epicuri: quod aeternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quidquam, nec* exhibere *alteri.* Idem c. 20. sic effertur: *deos nec sibi fingere ullam molestiam nec alteri quaerere.* Off. III. 31. *quum audivisset adolescens negotium* exhiberi *patri*, scil. diem ei a tribuno plebis dictum esse. 4. Impertire, tradere. Ac. post. I. 5. *quid me putas, qui philosophiam iam professus sim populo nostro* exhibiturum?

EXHILARARE. Fam. IX. 26. *miraris tam* exhilaratam *esse servitutem nostram?* i. e. in illa servitute a Caesare nobis inducta nos hilariter cum amicis convivari et iocari posse.

EXHORRESCERE. Fam. X. 18. *non possum non* exhorrescere, *si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quam sciri curarique possit.* Fin. I. 13. *Sapientia est una, quae nos* exhorrescere *metu non*

scurationibus, quae propter exiguitatem *vix aut ne vix quidem appareant.*

EXIGUUS. Div. II. 16. *possum suspicari contactum morbo aliquo bovis exile et* exiguum *et vietum cor fuisse.* Parad. VI. 3. *fructus non modo ad sumptum sed etiam ad fenus* exiguus. Orat. III. 19. *ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in* exiguum *sane gyrum compellimus.*

EXILIS 1. De animalibus est macer, tenuis Div. II. 13. *aliae pecudis iecur nitidum et plenum, aliae horridum et* exile. 2. Ieiunus, nimis tenuis, de oratione. Orat. I. 18. *spinosa et* exilis *oratio.* Ibid. II. 38. *genus sermonis affert non liquidum — — sed* exile etc. Ibid. 77. *nullum exordium mihi occurrit, nisi aut* exile, *aut nugatorium, aut vulgare, aut commune.*

EXILITAS, nimia tenuitas in dicendo, opponitur ubertati in dicendo et copiae. Orat. I. 12. *qui discernes eorum, quos nominavi, ubertatem et copiam ab eorum* exilitate, *qui hac dicendi elegantia non utuntur.*

EXILITER, ita dicitur de oratione, ut exilis. Orat. I. 11. exiliter *disputare.* Brut. 84. exiliter *dicere est Atticorum.* 2. De pronunciatione. Orat. III. 11. *exanimata* exiliter *exeunt verba:* h. e. sine vi, ut vix intelligi possint.

EXIMERE. 1. Excludere, tollere. Lael. 7. *si* exemeris *ex rerum natura benivolentiae coniunctionem nec domus nec ulla urbs stare poterit.* 2. Liberare. Orat. 23. eximere *oratorem vinculis numerorum.* Fam. V. 1. *ex obsidione feneratores* eximere, i. e liberare periculo creditas pecunias perdendi. Orat. II. 66. eximere *ex aerariis*, i. e. aliquem ex infima civium classe ad superiorem reducere. Verr. IV. 19. eximere *de reis.* Phil. II. 39. *agrum de vectigalibus* eximere. 3. Diem eximere, est impedire, ut quis quid eo die agere possit: quasi tollere diem, ut est de Legg. III. 18. et eripere alicui. Q. Fr. II. 1. *diem dicendo* eximere: id fiebat in senatu, quum in sententia dicenda data opera multum temporis consumebant, et aliena quaeque dicebant, ut sol occideret ante, quam SCtum fieri posset: quod SCtum fieri non poterat post solis occasum. Ibid. II. 6. *si sibi cum populo agendi dies essent* exempti. Ibid. *dies comitiales* eximere. *Ern.*

EXIMIUS. Off. I. 20. *ea quae* eximia *plerisque et praeclara videntur* parva ducere — fortis animi magni-

que ducendum est. Fin. I. 13. *istae vestrae* eximiae *pulchraeque virtutes.* Fam. VI. 5. eximium *ingenium.*

EXINANIRE. Verr. III. 50 *agros vastare atque* exinanire. Ibid. V. 40. *navis* exinanita. Caecil. 4. *Verres Siculorum civitates vastasse domos* exinanisse, *fana spoliasse dicitur.* Rull. II. 27. *regibus atque omnibus gentibus* exinanitis.

EXIRE. 1. Sensu proprio. Orat. II. 55. exire *de balneis* Ibid. *de triclinio.* ibid. *de cubiculo alieno.* Off. I. 17. *in alias domos tanquam in colonias* exire. 2. Lael. 4. exire *de vita.* 3. Tusc. III 5. exisse ex potestate *dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia — qui igitur* exisse ex potestate *dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est.* 4. Att. I. 16. *quum de consularibus mea prima sors exisset.* 5. Verr. II. 25. *quum omnes perspicerent, ad istum illos numos, qui per simulationem ab isto exierant, revertisse.* 6 Brut. 76. *nihil non consideratum* exibat *ex ore.* 7. Rosc. Am. 2. *nequaquam tamen similiter oratio mea* exire *atque in vulgus emanare poterit.* Att. XIII. 13. *libri quidem* exierunt, scil. de manibus, absoluti.

EXISTIMARE. 1. Putare. Fam. I. 5. *Tuae sapientiae est* existimare *omnem amplitudinem et dignitatem in virtute tua esse positam.* Verr. Act. I. 5. *mihi magis timendum, ne multa crimina praetermittere, quam ne qua in istum fingere* existimer. Orat II 24 *nonnulli dum operam suam multam* existimari *volunt, ut toto foro volitare et a causa ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas.* Att VII. 10. *ne me* existimaris *ad manendum esse propensiorem* 2. Iudicare Orat. II 2. *ex me audiebas mihi illum — nullius rei, quae quidem esset in his artibus de quibus aliquid* existimare *possem, rudem aut ignarum esse visum* Leg I. 2. *scriptores qui nondum ediderunt, de quibus* existimare *non possumus.* Cael. 1. *si* existimare *vere de omni hac causa volueritis.* Tusc. V 1. *in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum et ex nostra fortasse mollitia non ex ipsa virtute de virtutis robore* existimo. Brut. 68. *L. Torquatus elegans in dicendo, in* existimando *admodum prudens.* 3. Iudicare in deteriorem partem, reprehendere Agr. II. 12. *tantummodo, si quis ea potestate temere est usus,* existimamus. 4. Bene vel male existimare de aliquo. Off. II.

10. *Non omnes eos contemnunt, de quibus male* existimant Fam. III. 8. *non de me is peius, quam de te* existimat. Fam. XVI. 4. *de medico et tu bene* existimari *scribis, et ego sic audio.* Ibid. *de ingenio eius valde* existimavi *bene* Rosc. Am. 18 *maiores nostri longe aliter et de illo et de ceteris talibus viris* existimabant. 5. Censere. Verr Act. I. 5 *socii fidelissimi in hostium numero* existimati.

EXISTIMATIO. 1. Iudicium. Verr. III. 82. *in hoc genere facilior est* existimatio, *quam reprehensio, ideo quod eum qui hoc fecit, avarum possumus* existimare. *crimen in eo constituere non tam facile possumus.* Caecin. 3. *turpis existimatio*, est idem quod paullo ante dicebatur *turpe iudicium.* Rosc. Am. 19. extr. *ita tamen te quaestus cupidum esse oportebat, ut horum* existimationem (i. e. iudicium) *et legem Remmiam putares aliquid valere oportere* Cluent. 59. *nunc quemadmodum audiar sentio, non modo ab iis quorum iudicium ac potestas est* (i. e. a iudicibus qui absolvere aut condemnare possunt) *sed etiam ab illis quorum tantum est* existimatio (Privaturtheil oder Meinung.) Prov. Cons. 17. *quo minus saepe aut interpellier a nonnullis aut taciturum* existimatione *reprehendar.* 2. Fama. Orat II 4. *bona* existimatio *divitiis praestat.* Ibid. 49. *nihil mihi ad* existimationem *turpius accidere posse.* Rosc. com. 5. *reus is est cui et pecunia levissima et* existimatio *sanctissima fuit semper.* Cluent. 20. Oppianicus dicitur *re et* existimatione *iam, lege et pronuntiatione nondum condemnatus.*

EXISTIMATOR, ein Beurtheiler. Brut. 39 Scaevola dicitur orator *in hoc interpretandi explanandique et disserendi genere mirabilis; in augendo, in ornando, in refellendo magis* existimator *metuendus quam admirandus orator.* 2. Inprimis is qui de arte aliqua iudicat, *ein Kunstrichter* Orat. 31. *meminerimus, nil nos praecipiendi causa dicturos, atque ita potius acturos, ut* existimatores *videamur loqui, non magistri.* Brut. 93. *quantum non quivis unus ex populo, sed* existimator *doctus et intelligens posset cognoscere.* Orat. III. 22. *si esset mihi de histrione dicendum, negarem — posse eum satisfacere in gestu, nisi palaestram, nisi saltare didicisset; neque ea quum dicerem me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificii* existimatorem.

EXITIABILIS. Att. X. 4. *bellum* exitiabile.

e manibus, deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur. 6. Transitus in orationibus. Orat. II. 77. *eae causae sunt — gravissimae atque plenissimae, quae plurimos* exitus *dant ad eiusmodi degressionem.* 7. Propositum s. σκοπὸς, quo omnes actiones in negotio vel omnes disputationis partes referuntur. Phil. XII. 21. *quum omnes actiones horum mensium, omnes sententiae meae pervenerint ad eum* exitum, *qui mihi fuerit propositus.* Orat. I. 20. *Artem negabat esse ullam, nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum* exitum *spectantibus — rebus contineretur.*

EXLEX, qui lege aliqua non tenetur. Cluent. 34. *non quo illi* exlegem *esse Sullam putarent.*

EXOLETUS, vir muliebris patientiae, qui pudicitiam alii prostituit, iam puerilem aetatem egressus. Mil. 21. *Clodius, qui semper secum scorta, semper* exoletos, *semper lupas duceret.*

EXOPTARE Fam. IV. 6. exopto *te quam primum videre.* Pis. 40. *omnes te oderunt, tibi pestem* exoptant. Fam. II. 7. *ut sempiternae laudi tibi sit iste tribunatus* exopto.

EXOPTATUS. Rosc. Am. 7. *ut* exoptatum *inimico nuntium primus afferret.* Att. VI. 15. *nihil* exoptatius *adventu meo, nihil carius.* Att. IV. 1. exoptatissima *gratulatio.*

EXORABILIS. Att. I. 2. *ille est minus* exorabilis. Q. Fr. I. 1. *si implacabiles iracundiae sunt, summa est acerbitas; sin autem* exorabiles, *summa levitas, quae tamen (ut in malis) acerbitati anteponenda est.*

EXORARE, valde orare. Tusc. V. 21. exoravit *tyrannum, ut sibi abire liceret.* 2. Orando aliquid obtinere. Orat. I. 50. *nunc te iam* exoremus *necesse est, ut nobis explices* etc. Rosc. Com. 16. *quem ego ut mentiatur inducere possum, ut peieret* exorare *facile potero.* Sen. 12. *L. Flamininus in Gallia* exoratus *in convivio a scorto est, (liefs sich erbitten) ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis.*

EXORDIRI, incipere. Div. II. 49. *ab illo principio sum* exorsus *dicere.* Orat. II. 38. *reperiunt non modo ea, quae iam non possint ipsi dissolvere, sed etiam quibus ante* exorsa *et potius detexta prope retexantur.* Cael. 15. quid tumultuaris, soror? — *quid clamore* ex-

borum exornatio *est, quae ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum* exornatio *est, quae non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem* 4. *Exornatio* dicitur etiam tertium genus orationis, generi iudiciali et demonstrativo oppositum. Est id quod alias ἐπιδεικτικὸν s. *genus demonstrativum* appellatur. Part. or. 3. *Tria sunt genera, iudicii, deliberationis,* exornationis; *quae quia in laudationes maxime confertur, proprium habet iam ex eo nomen.*

EXORNATOR, Orat. II. 12. *ceteri non* exornatores *rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.*

EXORSUS, exordium. Manil. 2. *is est* exorsus *orationis meae.*

EXORTUS. Her. III. 22. *Solis* exortus, *cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt.*

EXOSTRA. Prov. Cons. 6. *a suis Graecis subtilius eruditus, quibuscum iam in* exostra *helluatur, antea post siparium solebat.* Est autem *exostra*, machina in scena, qua circumacta, quae post siparium geruntur, a spectatoribus cerni possunt. Gruterus laudat Turneb. Adv. XX. 5. cf. Scalig. P. Poeta. l. 12. p. 88. etc. *Ern.*

EXPALLESCERE. Her. II. 5. *accusator dicet adversarium — erubuisse,* expalluisse, *titubasse.*

EXPECTORARE. Tusc. IV. 8. Orat. III. 58. 38. e veteri poeta: *tum pavor sapientiam mihi omnem examinato expectorat.*

EXPEDIRE; 1. periculo aut molestia aut difficultate liberare. Att. II. 25. *aut nos* expedies *omni molestia aut eris particeps.* Pis. 30. *exercitum eadem quae impedierat fortuna* expedivit. Rab. Post. 9. *non tam semper stulti, quam sero sapientis est, quum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se* expedire. Att. III. 20. *quod te ex tanta hereditate ab omni occupatione* expedisti *gratum est.* Verr. II. 42. *videte in quot se laqueos induerit, quorum ex nullo se umquam* expediret. Att. V. 21. *tum hic nodus* expediatur. 2. In tuto collocare. Mil. 4. *Est haec non scripta sed nata lex — ut si vita nostra in aliquas insidias — incidisset, omnis honesta esset ratio* expediendae *salutis.* 3. In re pecuniaria solvere debitum. Att. XVI. 6 *nomina mea, per deos,* expedi, *exsolve.* Ibid *quod satisdato debeo peto a te, ut ante provideas planeque* expedias *et solu-*

pecuniaria est *certus*. Att. XIII. 29. expeditum *nomen*. Fam. I 3. expedita *negotia*. Att. XI. 1. *fidem* expeditam *relinquere* (*einen sichern Credit zurucklassen*). Contrarium est quod sequitur: *domesticas res impeditas relinquere*. Item *paratus*. Fam. XI. 24. *pecunia* expeditissima *quae erat, tibi decreta est*.

EXPELLERE. Mil. 37. *haec tanta virtus ex hac urbe* expelletur? *exterminabitur? proiicietur?* Rull. II. 31. *Sic dico, si Campanus ager dividatur, exturbari et* expelli *plebem ex agris, non constitui et collocari*.

EXPENDERE, diligenter examinare et aestimare. P. Red. in Sen. 6. *iidem* expendunt *atque aestimant voluptates*. Orat. II. 76. *Equidem quum colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo, quam* expendere. Orat. 15. *nec vero utetur* (orator) *imprudenter hac copia, sed omnia* expendet *ac seliget*. Rab. Post. 16. *haec mira laus est, quae non poetarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio* expenditur. Verr. V. 9. ea primum cognoscite — *deinde haec* expendite, *atque aestimate pecunia*. 2. De poenis, i. q. pati. luere. Tusc. II. 10. *poenas Iovi fato* expendisse *supremo*.

EXPENSUS. Rosc. Com. 1. expensam *alicui pecuniam ferre*, est scribere in tabulis expensorum pecuniam alicui datam (in Ausgabe verschreiben). Contrarium est *acceptum ferre*, s. referre. (Vid. ACCIPIO; et cf. Verr. I. 36.) Att. II. 4. *pro eo* (Serapionis libro) *praesentem pecuniam solvi imperavi, ne tu* expensum *muneribus ferres*, i. e. ne tu in tabulis id quasi mihi donasses, perscriberes, inter cetera munera. 2. Idem dicitur etiam pro *mutuum dare*. Phil. VI. 5. quis umquam (feneratorum) *in illo Iano inventus est, qui L. Antonio mille nummum* ferret expensum? (*vorgeschossen hätte*.) 3. Fam. VIII. 4. *Pompeio* expensam tulit *legionem Caesar*, i. e. ei tradidit. 4. *Expensus* est etiam *in trutina appensus*. Flacc. 28. *ante pedes praetoris in foro* expensum *est auri pondo centum paullo minus*.

EXPERGEFACERE, metaphorice pro *excitare*. Verr. V. 15. *si forte* expergefacere *te posses*. Har. IV. 34. *hic Italiam tumultus* expergefecit *terrore subito*.

EXPERGISCI. 1. Sensu proprio somno excitari. Att. Att. II. 23. *si dormis*, expergiscere. Ac. pr. II. 16. simul experrecti sumus, visa illa contemnimus. 2. Meta-

phorice *excitare.* Rosc. Am. 49. experrecta *nobilitas armis atque ferro remp. recuperavit.*

EXPERIENS. Verr. III. 21. experientissimus *ac diligentissimus arator.* Verr. IV. 17. *Caecilius dicitur homo promptissimus et* experiens, *h. e.* in rebus agendis versatus.

EXPERIENTIA. Rab. Post. 16. experientia *patrimonii amplificandi.* Tusc. IV. 26. *qui id approbari possit te aegritudinem suscipere* (i. e. angi alieno bono quod ipse non habeas) *pro* experientia *si quid habere velis*, i. e. quum si quid habere velis potius experiri tibi liceat quo pacto id ipsum assequare.

EXPERIMENTUM. Tusc. III. 30. *Sed hoc maximum est experimentum.* (*der stärkste Erfahrungsbeweis*) *quum constet aegritudinem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diuturna.*

EXPERIRI. 1. *Erfahren* Cael. 24. *aiunt vim eius* (veneni) *esse* expertum *in servo quodam.* 2. *Auf die Probe stellen* Brut. 65. *te arbitror malle ipsum facere, quam taciturnitatem nostram* experiri. 3. *Versuchen.* Orat. 1. *Par est omnes omnia* experiri *qui res magnas et magno opere expetendas concupiverunt.* Att. VII. 2. *omnia* experiar, *et ut spero assequar.* Flacc. 27. vulgatum est (Graeco proverbio) *si quid cum periculo* experiri *velis, in Care id potissimum esse faciendum.* 4. In controversiis forensibus est vel periculum facere, eas per amicos communes componendi, vel *actionem intendere.* Rosc. Com. 9. experiri *iudicio.* Caecin. 13. experiundi *iuris gratia.* Cael. 8. *qui numquam ne congressu quidem et constituto coeperunt de tantis iniuriis* experiri. Quint. 11. *Nonne si quid in controversiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure* experiremur.

EXPERS. Fin. II. 12. *honestatis.* Div. II. 38. *humanitatis.* Orat. II. 1. *eruditionis.* Fam. IV. 14. *periculorum.* Orat. 6. de oratore qui genere dicendi utitur inter grande et tenue medio, *interiectus inter hos medius, finitimus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps vel utriusque, si verum quaerimus, potius* expers. Lael. 23. *serpit per omnium vitas amicitia, nec ullam aetatis degendae rationem patitur esse* expertem *sui.* Verr. II. 78. *nemo ita vivebat ut nulla eius vitae pars summae turpitudinis esset* expers.

EXPERTUS. Orat. II. 17. *dicam tibi non tam doctus, quam id quod est maius, expertus.* 2. Passive. Balb. 6. *cuius audita virtus dubitationi locum non habet, huius praesens* experta *atque perspecta obtrectatorum voce laeditur?*

EXPETERE, 1. i. q. petere, de nisu adversus aliquid. N. D. II 45. *medium locum terrae* expetens, i. e. *nitens versus medium.* 2. Cupere. Orat. II. 40 *si pecunia tantopere* expetitur, *quanto gloria magis est expetenda.* Fin V. 15 *ea vita expetitur, quae sit animi corporisque expleta virtutibus.* 3. Poscere et [illegible], asciscere. Manil. 2. *Pompeium ab omnibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti.* Brut. 57. *Antonius, qui maxime* expetebatur, *facilis in causis recipiendis erat.* 4. Deiot. 11. *vitam* expetere *alicuius*, i. e. eripere velle. 5. *Mortem* expetere. Tusc. I. 18. est oppetere, subire. 6. *Poenas* expetere, *i. q.* exigere. Marcell. 6. Harusp. 20.

EXPIARE. 1. Pis. 33. *tua scelera dii in nostros milites* expiarunt. 2. Prov. Cons. 1. expiare *suas cupiditates*, pro *satisfacere cupiditatibus suis.* 3 *Expiare* dicitur de portentis, quum sacrificiis aut alia ratione eventum avertere studemus. Div. II. 63. *quae dii significent, quemadmodum ea procurentur atque* expientur. 4. De hominibus. Pis. 7. *manes mortuorum* expiare. *Ern.*

EXPIATIO. Leg. I. 14. *scelerum in homines atque impietatum nulla* expiatio *est.* Harusp. 10. *audio, quibus diis violatis* expiatio *debeatur.*

EXPILARE. N D. III 34. *fanum.* Cluent. 64. *armarium.* Manil. 19 *ad* expilandos *socios diripiendasque provincias.* Verr. IV. 27. *cogitare ille nihil aliud nisi quemadmodum regem — spoliatum* expilatumque *dimitteret.*

EXPILATIO. Off. III. 8. expilationes *direptionesque sociorum et civium.*

EXPILATOR. Q Fr. I. 1. *domus hospitem non* expilatorem *recepit.*

EXPINGERE de poetae descriptione. Tusc. V. 39. *qui motus hominum, qui ferarum, non ita ab Homero* expictus *est, ut quae ipse non viderit, nos ut videremus effecerit.*

EXPISCARI. Pis. 28. simul atque audivit (Piso) *a philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil ex*piscatus *est*, i e. non quaesivit quomodo haec laus interpretanda esset. Fam. IX. 19. *nescis me ab illo omnia* expiscatum.

EXPLANARE. Orat. II. 19. *docilem facio* (auditorem) *non tum, quum polliceor me demonstraturum sed tum, quum doceo et* explano. Brut. 41. *rem obscuram* explanare *interpretando.* Off. I. 27. *qualis differentia sit honesti et decori facilius intelligi, quam ex*planari *potest.* Orat. II. 69. *movent illa etiam, quae* (per iocum) *coniectura* explanantur *longe aliter atque sunt, sed acute atque concinne.*

EXPLANATIO. 1. In arte oratoria. Her. IV. 12. Explanatio *est, quae reddit apertam et dilucidam orationem.* Orat. III. 53. *illustris* explanatio (*Darstellung*) *rerumque quasi gerantur sub adspectum paene subiectio.* 2. De oraculis, somniis etc. Div. I. 51. *somniis, vaticinationibus, oraculis, quod erant multa obscura, multa ambigua*, explanationes (*Deutungen*) *adhibitae sunt interpretum.* Harusp. 19. *Portentorum* explanationes *Hetruscorum disciplina continentur.* Ibid *Religionis* explanatio *vel ab uno pontifice perito recte fieri potest.*

EXPLANATOR. Div. I. 51. *sunt* explanatores (oraculorum et vaticinationum) *ut Grammatici poetarum.* Div. II. 64. *similes sunt dii, si ea nobis obiciunt, quorum nec scientiam nec* explanatorem *habeamus, tamquam si Poeni aut Hispani in senatu nostro loquerentur sine interprete.*

EXPLERE. 1. Implere Univ. 3. explere *mundum omnibus bonis.* 2. Satiare Fam. II. 1. *non vereor ne non scribendo te* expleam. Sen. 8. *quas* (litteras) *sic avide arripui quasi diuturnam sitim* explere *cupiens* Partit. 27. *sententiae, quae ad* explendas *cupiditates aut ad odium satiandum — pertinebunt.* Rep. fr. lib. 6. *libidines — quia nec expleri nec satiari ullo modo possunt ad omne facinus impellunt eos*, quos illecebris suis incenderunt. 3. Id quod deest addere, (*ergänzen.*) Caecin. 10. *in eum* (Fidiculanium Falculam) *quid dicam nisi id quod negare non possit — non ad cognoscendam causam, sed ad* explendum *damnationem praesto fuisse*, … quia si uno minus damnarent, condemnari reus *non posset.* Off. III. 7. *hanc partem relictam* explebimus. Brut. 42. *sic et habet, quod uter-*

que eorum habuit, et explevit, *quod utrique defuit.* 4. Satisfacere. Orat. I. 47. *ea si paullo latius dixeris,* explens *omnem exspectationem diuturni desiderii nostri.* Fam. XVI. 25. *Non committere, ut excusatione potius* expleas *officium scribendi, quam assiduitate literarum.* 5. De numero oratorio. Orat. 13 *melioribus numeris* explere *sententias.* Ibid. 69. *nihilo aptius* explet *concluditque sententias.* Ibid. *neque infarciens verba quasi rimas* expleat. 6. Absolvere. Fin. II. 10. *id eiusmodi est, ut additum ad virtutem — videatur —* expletum *cumulate vitam beatam.*

EXPLETIO, absolutio. Fin. V. 14. *in ea* expletione *naturae summi boni finem consistere.*

EXPLETUS, 1. plenus, satiatus. Verr. V. 42. *decumanis lucra data sunt, ut aliquando ex eorum agris atque urbibus* expleti *atque saturi cum hoc cumulo quaestus decederent.* 2. Cumulatus. Fin. V. 13. *ea vita expetitur, quae sit animi corporisque* expleta *virtutibus.* 3. Absolutus, Fin. II. 15. *habes undique* expletam *et perfectam formam honestatis.* N. D. II. 13. *neque est quidquam aliud praeter mundum, cui nihil absit quodque undique aptum perfectum* expletumque *sit omnibus suis numeris et partibus.* Off. II. 5. *quorum studiis ea quae natura desiderat,* expleta *cumulataque habeamus.*

EXPLICARE. 1. Proprie evolvere, ut vestes, vela, volumina. Verr. II 45. *omnium praetorum literas qui ante fuerunt, profer,* explica Verr. II. 77. explicate *descriptionem imaginemque tabularum.* Rosc. Am. 35. *veniat modo;* explicet *suum volumen illud quod ei planum facere possum, Erucium conscripsisse.* 2. Exsolvere, extricare. Verr. V. 58. explicare *se ex laqueis vi et ratione* Cael. 28. *qui se numquam, profecto, si in istum locum venerint,* explicabunt. Manil. 11. *Siciliam undique cinctam periculis consilii celeritate* explicavit. Att. VIII. 20 *quare da operam ut te* explices, *et huc quam primum venias.* 3. In re pecuniaria expedire. Att. XIII. 29. *Faberius nobis nomen illud* explicat; i. e. debitum solvit. Fam. XIII. 26. *peto — ut eius negotia* explices *et expedias.* Att. V. 5. *antequam proficiscare, utique* explicatum *sit illud* HS XX *et* DCCC. 4. Dissolvere. Div. II. 17. *cur igitur vos induitis in eas captiones quas numquam* explicetis. 5. Exitum reperire. Fam. XIV. 12. *metuo ne id consilii ceperimus, quod* explicare *non facile possimus.* Att. VIII. 3. *o rem difficilem et in-*

explicabilem! Atqui explicanda *est.* 5. Conficere. Att. XI. 25. explicare *mandata.* Ibid. XI. 29. *de horis quaeso* explica. 6. Quid faciendum sequendumve sit docere aut invenire. Att. XVI. 16. *hoc* ex*plica, i. e.* quid faciendum sit, doce. Ibid. XIII. 6. *tu**me hoc mihi* ex*plices velim.* Fam. VII. 3. *quo tempore me vidisti ita conturbatum ut non* explicarem, *quid optimum esset factu.* 7. Eruere, investigare. Verr. IV. 6. *ubi cum equitibus Rom. illos Verrutios, de quibus ante dixi,* explicabam, *i. e.* exquirebam nomen Verrutii pro Verris nomine in tabulis interpolatum. 8. Exponere, dicendo illustrare. Div. I. 3. *Chrysippus totam de divinatione duobus libris* explicavit *sententiam.* Div. II. 3. explicare *philosophiam.* Fin. I. 21. *sententiam suam.* Att. X. 6. *cogitationes suas.* Fin. III. 10. explicare *aliquid definitione.* Univ. 10. *haec si verbis* explicare *conemur, nullo posito sub oculis simulacro, earum rerum frustra suscipiatur labor.* Caecil. 9. *vitam alterius totam* explicare, *atque eam in oculis conspectuque omnium exponere.* 9. Proponere, pronuntiare. Rull. II. 5. explicat *orationem sane longam et verbis valde bonis.* 10. Interpretari, in aliam linguam convertere. Orat. I. 34. *Summorum oratorum Graecas orationes* explicare. Hortens. fr. *magna animi contentio adhibenda est* explicando *Aristotelem si legeris.* 11. Actionibus exprimere, *darstellen, ausüben.* Fam. IX. 25. *totam* Κύρου παιδείαν, *quam contriveram legendo, in hoc imperio* explicavi. Ad locum orationis pro lege Manilia c. 11. supra allatum Gellius N. A. I. 7. haec admonuit: „*Explicavit* dicere maluit, quam *explicuit*, quod esse iam usitatius coeperat. Verba sunt haec ipsius ex oratione quam de imperio Cn. Pompeii habuit: *Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, sed consilii celeritate explicavit. At si* explicuit *diceret, imperfecto et debili numero verborum sonus clauderet.*"

EXPLICATIO. 1. Evolutio. Div. I. 56. *non enim illa, quae futura sunt, subito exsistunt, sed est quasi rudentis* explicatio, *sic traductio temporis nihil novi efficientis, et primum quidque replicantis.* 2. Interpretatio. Div. II. 63. *utrum philosophia dignius, sagarum superstitione ista interpretari, an* explicatione *naturae.* N. D. III. 24. explicatio *fabularum et enodatio nominum.* 3. Elocutio. Orat. II. 27. *illa — excogitationem habent*

habent non difficilem, explicationem *magis illustrem perpolitamque desiderant.* 4. Brut. 38. Crasso tribuitur *in disserendo mira* explicatio, id est perspicuitas et copia. Sequitur enim: *in interpretando, in definiendo, in explicanda aequitate nihil erat Crasso copiosius* 5 Phil. VII. 1. *quarum rerum facilis* explicatio *videtur*; i. e. facile ac paucis verbis quid de istis rebus statuendum sit, exponi potest.

EXPLICATOR. 1. Qui aliquid docendo exponit. Inv. II. 2. *Aristoteles tantum inventoribus — praestitit, ut — omnes, qui quod illi praecipiant velint intelligere, ad hunc, quasi ad quendam commodiorem* explicatorem *revertantur.* 2. Enarrator. Orat. 9. *Thucydides — rerum* explicator *prudens, severus, gravis.*

EXPLICATRIX. Ac. pos. I. 8. *huic* (dialecticae) *quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur*, explicatrix *orationis perpetuae ad persuadendum accommodatae.*

EXPLICATUS, explicatio. N. D. III. 39. *haec fere dicere habui de natura deorum — ut intelligeretis, quam esset obscura, et quam difficiles* explicatus *haberet.*

EXPLICATUS, a, um. 1. Palam collocatus s. expositus. Orat. I. 35 *tamquam in aliquam locupletem domum venirem, non* explicata *veste, neque proposito argento neque signis ac tabulis propalam collocatis.* 2. Extensus. Rull. II. 33. *Capua planissimo in loco explicata.* 3. Dilucidus, perspicuus Orat. I. 2. *veteris cuiusdam memoriae non satis* explicata *recordatio.* Ibid. II. 87. (in arte memoriae) *locis est utendum multis, illustribus*, explicatis. Planc. 2 *mihi in causa facili et* explicata *perdifficilis et lubrica defensionis ratio proponitur.* 4. Certus et expeditus Fam. VI. 1. explicata *et explorata ratio salutis* Prov. cons. 14. *rationem prope iam* explicatam *perturbare atque impedire.* Off. 3, 24. *si plus adipiscare re* explicata *boni, quam* addubitata *mali*; ubi *res explicata* est confecta, ad eventum perducta; *addubitata* propter incertum eventum derelicta.

EXPLODERE. 1. De histrionibus qui improbantur et eiiciuntur Parad. III 2. *Histrio si paullum se movit extra numerum, exsibilatur et* exploditur. Rosc. Com. 11. *Ex tes Comoedus e scena non modo sibilis, sed etiam convicio* explodebatur. Orat. I. 61. *video —*

argentaria, assignare, aperire. Att. V. 4. *de Oppio bene curasti, quod ei DCCC* exposuisti; pro quo V. 1. dicitur *aperuisti.*

EXPORTARE. Flacc. 7. *frumentum.* Vatin. 5. *aurum argentumque* Verr. II 72. *maximum pondus auri, argenti — — magnum numerum frumenti, vim mellis maximam.*

EXPORTATIO. Off. II. 3. *earum rerum quibus abundaremus* exportatio, *et earum, quibus egeremus, invectio.* Verr. II. 75. His exportationibus — *scribit* HS *LX socios perdidisse.*

EXPOSCERE. Mil. 34. *misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat, ego etiam repugnante hac, imploro et exposco.*

EXPOSITIO. Her. II. 2. *narratio defensoris simplicem et dilucidam expositionem habere debet.* Orat. 63. expositiones *rerum, i. e.* narrationes, definitiones, argumentorum explicationes.

EXPOSITUS. 1. Att. I. 4. *signa — ad Caietam* exposita. Verr. IV. 15. *Triclinia strata argentumque* expositum *in aedibus.* Ibid. 16. *abaci vasa omnia ut* exposita *erant, abstulit.* 2. Propositus. Orat. I. 4. *praemia* exposita. Phil. II. 44. *factum expositum ad imitandum.* Phil. VIII. 10. *mors* exposita. Brut. 44. *in illa oratione — multa facete dicta sunt; plura etiam dicta, quam scripta, quod ex quibusdam capitibus* expositis *nec explicatis intelligi potest.*

EXPOSTULARE, postulare. Rosc. Com. 17. *vix a Ballione hoc* expostulare *auderes et impetrare posses.* 2. Altercari. Fam. V. . *facilis a te existimari debeo, qui nihil tecum de iis ipsis rebus* expostulem.

EXPOSTULATIO. Fam. III. 7. *cognosce aequitatem* expostulationis *tuae.* Q. Fr. II. 2. *contumeliae in Gellium,* expostulationes *cum Pompeio.*

EXPRESSE. Her. IV. 7. expresse *conscripta exempla,* i. e. diligenter et aperte.

EXPRESSUS. certus, manifestus. Rosc. Am. 22. expressa *sceleris vestigia.* Planc. 12. expressa *indicia, opponuntur adumbratis et obscuris.* 2. In re statuaria *expressa signa* opponuntur *adumbratis*, et sunt ea, quae plane elaborata sunt, ut, quem referant, statim cerni possit, unde deinde ad alia transferuntur. Cael.

5. *non* expressa *signa sed adumbrata virtutum.* Expressa signa virtutum, sunt verae virtutes. Tusc. III. 2. expressa *res, non adumbrata.* N. D. I. 27. *species deorum, quae nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil* expressi, *nihil eminentis. Expressum* nihil aliud est, nisi eminens, scil. supra ceteram corporis superficiem. 3. Off. I. 37. expressae *literae*, sunt, quae *putide pronuncientur. Ern.*

EXPRIMERE, exigere, in re pecuniaria et aliis rebus, accipere. 1. Att. XII. 25. HS. DC. exprimes *ab Hermogene.* Ibid. X. 13. *non mediocriter laborat de usuris, sed adhuc nihil* expressit. Planc. 8 *cur tu in iudicio* exprimis, *quod non fit in campo*: ubi tamen Graevius malebat: *exigis.* 2. Sumere Milon. 4. *lex, quam ex ipsa natura arripuimus, hausimus,* expressimus. 3. In dicendo etiam dicitur exprimere, et variis quidem modis. Arch. 9. expressum *ab eo est bellum* etc. Rabir. Perd. 3. *an de tabulario incenso longa est* exprimenda *oratio?* Acad. pr. II. 24. *nemo superiorum non modo* expresserat, *sed ne dixerat quidem*, quod tamen durius videtur. Q. Fr. III. 5. *isto eloquendi et* exprimendi *genere.* 4. Sequi. Rab. Post. 2. *consuetudinem alicuius* exprimere. Fin. V. 29. de Platone: *ut quum Socratem* expressisset, *adiungeret Pythagoreorum disciplinam. Ern.*

EXPROBRARE. 1. *Vorrücken.* Lael. 20. *odiosum genus hominum officia* exprobrantium. 2. *Vorwerfen*; Vorwürfe machen. Lael. 20. *plerique aut queruntur semper aliquid aut etiam* exprobrant. Rosc. Am. 16. *non* exprobrandi *causa, sed commonendi gratia dicam.* Verr. V. 50. *num tibi insultare — num casus bellicus* exprobrare *aut obiicere videor.*

EXPROMERE. 1 Exercere, exserere Catil. II. 10. *quorum omnis industria vitae et vigilandi labor in antelucanis cenis* expromitur. Mil. 13. *in meo inimico crudelitatem* exprompsisti *tuam,* Orat. 36. *causa, in qua vis eloquentiae possit* expromi. Att. II. 12. *deinde suum* exprompsit *odium.* 2. Proferre. Leg. II. 7 exprome *si placet leges istas de religione* Fam. V. 12. *quae nunc* expromam *absens audacius.* 3. Ostendere. Q Fr. I. 22. *ut apud eos ipsos quod ab iis didicerimus, velimus* expromere 4. Peragere, exsequi, (*ins Werk richten*) Rull. I. 7. *neque patiar homines ea, me consule,* expromere, *quae contra remp. diu cogitarint.*

EXPUGNARE. 1. Vi aut aliis modis aliquid extorquere Verr I. 16. *quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem* expugnarit! Cluent. 13. *Oppianicus sperare coepit hoc se Avilio tanquam aliqua machina admota capere Asinii adolescentiam et fortunas eius patrias* expugnare *posse.* 2. De animo et voluntate Parad. IV. 1. *Sapientis animus vincetur et* expugnabitur? 3. De pudicitia. Cael. 20 *si quae non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati — cum hac si quis adolescens forte fuerit, utrum hic tibi adulter an amator,* expugnare *pudicitiam an explere libidinem voluisse videtur!*

EXPUGNATIO. Manil 5. *Eiusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus, ut etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili* expugnatione *differant.* Att. XI. 23. in causis cur Cicero optat, ut ipse discidium Tulliae cum Dolabella fecisset, memorantur etiam *nocturnae* eius (aedium) *expugnationes,* quibus scil. vel inimicorum vel mulierum aedes expugnaverat.

EXPUGNATOR Inv. I. 50. *urbis* expugnator. Verr. I. 3. *non adulterum sed* expugnatorem *pudicitiae* — (i e. eum qui aliis pudicitiam vi eripuerit) *in vestrum iudicium adduximus.*

EXPULSIO. Parad. VI. 2. expulsiones *vicinorum.*

EXPULSOR. Quint. 8. *iste bonorum possessor,* expulsor, *ereptor.*

EXPULSUS. Rosc. Am. 10. *Sex. Roscium eiectum domo atque* expulsum *ex suis bonis — recepit domum.* Cluent. 66. *mitto cupiditate matris* expulsam *ex matrimonio filiam.* Att. VIII. 2. *non* expulsi, *sed evocati e patria.*

EXPULTRIX. Tusc. V. 2. *philosophia virtutis indagatrix,* expultrixque *vitiorum.*

EXPURGARE. Brut. 74. expurgandus *est sermo,* scil. a barbarie et consuetudine inquinate loquendi.

EXPUTARE, coniectando assequi. Fam. X. 24. *quae mens eum a tanta gloria avocavit* — exputare *non possum.*

EXQUIRERE. 1. *Untersuchen.* Tusc. V. 23. (Archimedis) *mens rationibus agitandis* exquirendisque *alebatur.* Off. I. 36. *cogitatio in vero* exquirendo *maxime versatur.* Caecin. 20. *in hac re cognita sententia interdicti* verba *subtiliter* exquiri *omnia noluerunt.* Div. II.

12. licet verum exquirere sine invidia. 2. *Ausdenken.* Phil. IV. 2. *iis senatus arbitratur singulares* exquirendos *honores* 3 *Erforschen* Att. X. 1. 22. *de Varrone non sine causa, quid tibi placeat tam diligenter* exquiro. Ibid. VIII. 3. *haec scripsi — nullum meum iudicium interponens, sed* exquirens *tuum.* 4. *Prüfen.* Verr. IV. 5 *dicet aliquis: Noli isto modo agere cum Verre; noli eius facta ad antiquae religionis rationem* exquirere.

EXQUISITE, gründlich. Brut. 80 *quum de eo crimine accurate* exquisiteque *disputavisset.* Ibid. 93. *nemo erat qui videretur* exquisitius, *quam vulgus hominum studuisse literis, quibus fons perfectae eloquentiae continetur.* Tusc. I 48. *rationes eae, quae* exquisitius *a philosophis colliguntur.*

EXQUISITUS. 1. Quaesitus. Off. I. 36. *adhibenda est munditia non odiosa, neque* exquisita *nimis* (*nicht auffallend uber'rieben noch allzugesucht*). 2. Delectus. Orat. 49. *Verba legenda sunt bene sonantia, sed ea non ut poetae* exquisita *ad sonum, sed sumpta de medio.* 3. De eo quod non est vulgare. Pis 27. *nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil* exquisitum. Brut. 93 exquisitius *et minime vulgare orationis genus.* Ibid. 79. *reconditas* exquisitasque *sententias mollis et pellucens vestiebat oratio.* Off. III. 27. *neque vero tum ignorabat* (*Regulus*) *se ad crudelissimum hostem et ad* exquisita *supplicia proficisci.*

EXSACRIFICARE. Div. I. 21. in versiculis poetae; ut nonnullis visum, Ennii.

EXSATURARE. Verr V. 26. *cruciatu atque supplicio pascere oculos animumque* exsaturare. Tusc. V. 35. *haec habui quae edi, quaeque* exsaturata *libido hausit;* in versibus quos Sardanapalus incidi iussit in busto, qui apud Diodorum Siculum lib. II. et Strabonem lib. XIV. Graece sic leguntur:

> Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
> Τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

EXSCRIBERE. 1. Conscribere. Oecon. fr *annumerata* exscripsimus. 2. Describere, *abschreiben.* Verr. II. 77 *tabulas* — exscribo; *adhibentur in* exscribendo *de conventu viri primarii, literae lituraeque*

omnes assimulatae etc. Fam. XVI. 21. *multum mihi eripitur operae in* exscribendis *hypomnematis.*

EXSECARE. Cluent. 64. *armarii fundum* exsecuit. Att. II. 1. *non minus esset probanda medicina, quae sanaret vitiosas partes, quam quae* exsecaret. Sext. 65. *hi medentur rei publicae, qui* exsecant *pestem aliquam tamquam strumam civitatis.* 2. Castrare. N. D. II. 24. *Vetus opinio Graeciam opplevit,* exsectum *Caelum a Saturno.*

EXSECRARE. 1. Male precari, *verwünschen, verfluchen.* Pis. 40. *centuriones — te oderunt, tibi pestem exoptant, te* exsecrantur. Verr. I. 46. de dicto Siculorum in Verrem: alii frigidiores erant: *sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, quum* Sacerdotem (qui ante Verrem praetor Siciliae fuerat) exsecrabantur, *qui Verrem tam nequam reliquisset*, ubi ludebant ex ambiguo in utriusque nominis significatione. 2. Detestari. Leg. I. 12. *recte Socrates* exsecrari *eum solebat, qui primus utilitatem a natura seiunxisset.* Off. III. 3. *accepimus Socratem* exsecrari *solitum eos, qui primum haec* (honestatem et utilitatem) *natura cohaerentia opinione distraxissent.*

EXSECRATIO. 1. Sensu proprio. Sext. 33. *exierunt malis ominibus atque* exsecrationibus *duo vulturii paludati* (Piso et Gabinius). 2. De iureiurando, quo aliquis si periurus fuerit poenas divinas exposcit. Att. II. 18. *debet etiam Campana lex* exsecrationem *in concione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur:* i. e. lege illa, cogebantur candidati in concione quum profiterentur se hunc vel illum magistratum petituros, iureiurando se obstringere, se nihil immutaturos in divisione agri Campani. Sext. 7. *hunc* (Clodium) *Cn. Pompeius omni cautione, foedere,* exsecratione *devinxerat, nihil in tribunatu contra me esse facturum.*

EXSECRATUS, passive. Phil. I. 3. *eversio illius* exsecratae *columnae.*

EXSECTIO. Cluent. 67. *conscelerata* exsectio *linguae.* Ibid. 64. exsectio *fundi in armario.*

EXSECTUS. Cluent. 66. *Stratonem in crucem actum esse* exsecta *scitote lingua.* 2. Metaphorice. Rull. II. 33. *nervis urbis omnibus* exsectis *urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt.*

EXSEQUI. 1. De funere, exsequias agere. Tusc. I. 48. in versibus ex Euripide translatis: *Nam nos decebat — qui labores morte finisset graves, hunc omni amicos laude et laetitia* exsequi. Apud Euripidem est εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων 2. Omnino, sequi, comitari. Phil. II. 22. *omnes consulares, qui per valitudinem* exsequi *cladem illam fugamque potuissent.* Att. IX. 14. *miseros nos, cur non omnes fatum illius* exsecuti *sumus?* 3. Praestare, efficere, perficere. Sen. 10. *Masinissa senex omnia regis officia et munera* exsequi dicitur. Ib. 9. *quod* exsequi *nequeas possis tamen aliis praecipere.* Tusc. III. 15. *conturbatus animus non est aptus ad* exsequendum *munus suum.* Off. I. 23. *exercendum corpus — ut obedire consilio rationique possit, in* exsequendis *negotiis, et in labore tolerando.* 4. Persequi, continuare. Rab. Post. 2. difficile est, *quod cum spe magna sis ingressus, id non* exsequi *usque ad extremum* 5 Explicare. Fam. XI. 28. *nam praeter haec habeo multa occultiora, quae vix verbis* exsequi *possim.*

EXSEQUIAE, *Leichenbegleitung.* Quint. 15. *amici conveniunt ad* exsequias *cohonestandas.* Cluent. 71. *fortassis mater* exsequias *illius funeris prosecuta mortem se filii lugere simulasset.* Mil. 13. *Clodii cadaver — spoliatum, imaginibus,* exsequiis, *pompa, laudatione.*

EXSIBILARE Parad. III. 2, *histrio si paullo se movit extra numerum* exsibilatur *et* exploditur.

EXSICCARE. 1. Exinanire. Fam. XVI. 26. *ne lagenae dicerentur inanes fuisse, quae furtim essent* exsiccatae. 2. Translatum ad orationem. Brut. 84. exsiccatum *genus orationis,* de genere tenui quod graviorem ornatum oratorium respuit. Vid. *Siccus.*

EXSILIRE. 1. Fam. XVI. 16. *tuis et illius literis perlectis* exsilui *gaudio.* Verr. V. 64. *populi Rom. clamore atque impetu perturbatus* exsiluisti. Ibid. II. 30. *properans de sella* exsiluit. Verr. V. 29. exsiluit, *conscientia sceleris et furore ex maleficiis concepto excitatus.* 2. Celeriter abire. Flacc. 15. exsiluerunt *principes, neque in illa concione affuerunt.*

EXSILIUM. Caecin 34. *quod ad* exsilium *attinet, perspicue intelligi potest, quale sit.* Exsilium *enim non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii. Nam*

qui volunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem, e. solum vertunt, *hoc est sedem ac locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum* exsilio *esse multatum. Sed quum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quae sunt legibus constitutae, confugiunt, quasi ad aram, in* exsilium. Nimirum duo sunt exsilii genera. Alterum *legitimum*, quum damnato reo aqua et igni interdicitur, alterum *voluntarium;* quod ipsum duplex est; unum quum reus ante damnationem solum vertit; alterum quum post damnationem, quod multam sibi impositam solvere non potest, ex urbe discedit. Fam. VI. 7. *meus error* exsilio *corrigitur*. Catil. II. 6. *eiectus in* exsilium. Parad. IV. 1. exsilium (*terribile est*) *illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus; non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt.* Sull. 26. „qui quum multa haberet invitamenta urbis et fori — afuit ab oculis vestris, et quum lege retineretur, ipse se exsilio paene multavit;" i. e. quamquam ei de ambitu damnato lex Calpurnia non exsilium, sed multam tantum irrogabat, tamen hominum conspectum vitavit, et urbe excessit, ut paene se ipsum voluntario exsilio multaret. Fin. II. 16. *L. Tubulus* (quum pecuniam cepisset ob res iudicandas de eaque re quaestio esset Cn. Caepioni decreta) *profectus est in* exsilium *statim, nec respondere ausus. Erat enim res aperta.* Tusc. V. 37. exsilium *si rerum naturam, non ignominiam nominis quaerimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt?* Ibid. *Demaratus — tyrannum Cypselum quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, et ibi fortunas suas constituit. — Num stulte anteposuit* exsilii *libertatem domesticae servituti?*

EXSISTERE. 1. Exsurgere. Verr. I. 37. *quid exspectas? an dum ab inferis ille Malleolus* exsistat? Quint. 26. *si omnes Crassi* exsistant, scil. ab inferis. Verr. IV. 28. *qua spelunca Ditem ferunt* exstitisse. Div. I. 28. *tum te repente laetum* exstitisse, scil. ex *aqua*. Ibid. I. 33. *Dionysius — quum equum demisisset in flumen, submersus equus voraginibus non exstitit.* Cael. 14. *aliquis mihi ab inferis excitandus est — qui obiurget mulierem.* — Exsistat *igitur ex hac ipsa familia aliquis ac potissimum (Appius) Caecus ille.* 2. Fieri, apparere, se proferre. Off. I. 30. *ut in corporibus magnae dissimilitudines sunt — sic in animis* exsistunt *etiam ma-*

iores varietates. Ibid. I. 38. *eiusmodi moribus sermo debet vacare ne aut ira* exsistat *aut cupiditas aliqua — aut tale aliquid* appareat. Ibid. II. 13. *commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest, in qua multi apud maiores nostros* exstiterunt. N. D. II. 53. *ut si quis dicat dentes et pubertatem natura* exsistere, *ipsum autem, cui ea* exsistant, *non constare natura.* R. sc. Am. 27. *ex luxuria* exsistat *avaritia necesse est; ex avaritia* erumpat *audacia.* Brut 31. *Huius ex uberrimis sermonibus* exstiterunt *doctissimi viri.* Verr. I. 15. hoc occultum — *malum, non modo non* exsistit (i. e. emergit, aperte se prodit) *verum etiam opprimit, antequam prospicere atque explorare potueris* Orat. II. 58. *quid sit risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quomodo* exsistat, *atque ita aperte erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus — viderit Democritus.* Ibid. 46. *saepe audivi poetam bonum neminem sine inflammatione animorum* exsistere *posse et sine quodam afflatu quasi furoris.* Div. I. 45. *vocem ab aede Iunonis ex arce* exstitisse

EXSORBERE. 1. Tusc. II. 8. *sanguinem decolorem omnem* exsorbuit *vestis* (Herculi a Deianira missa). Versiculus e Sophoclis Trachiniis translatus; apud quem v. 1056. legitur: Ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου πέπωκεν ἤδη 2. Muren. 9. de iureconsultis: *multorum stultitiam perpessus est; arrogantiam pertulit,* exsorbuit *difficultatem,* (*hat den Fehler vieler Clienten, sich nicht leicht bedeuten zu lassen, unnutze Schwierigkeiten zu machen, ertragen oder verschlucken mussen*)

EXSPECTARE 1. *Warten.* Att. VII. 25. *diem ex die* exspectabam, *ut statuerem quid esset faciendum.* Acad. pr. II. 7. *neque hoc loco* exspectandum *est dum de remo inflexo respondeam* 2. *Erwarten.* Fam. XV. 21. *reliquum est ut tuam profectionem amore prosequar, reditum spe* exspectem. Fam. III. 10. *omnia volo a me et postules et* exspectes. 3 *Abwarten.* Att. II. 21. *si homines transitum tempestatis* exspectare *potuissent.*

EXSPECTATIO. 1. De rebus bonis aut iucundis. Att. I. 3. *crebras* exspectationes *nobis tui commoves,* fr. libri de laude Catonis ap Macrob. VI. 2. *contingebat in eo* (Catone) — *ut maiora omnia re, quam fama viderentur — ut* exspectatio *a cognitione, aures ab oculis vincerentur.* Rull. II 25 *nolo plebem obscura spe et caeca* exspectatione *pendere.* 2. De rebus quarum in-

certus eventus est. Att. VII. 16. *nunc has* exspectationes *habemus duas: unam quid Caesar acturus sit — alteram quid Pompeius agat.* Att. VIII. 5. *pendeo animi,* exspectatione *Corfiniensi in qua de salute reip. decernitur.* 3. De rebus malis. Brut. 76. *Praeteritorum recordatio est acerba, acerbior* exspectatio *reliquorum.* Rab. Perd. 5. *carnifex, et obductio capitis, et nomen ipsum crucis absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. Harum enim rerum non solum eventus atque perpessio) sed etiam conditio (die bloſse Möglichkeit), exspectatio, mentio denique ipsa indigna homine libero est.*

EXSPECTATUS, erwünscht, mit Sehnsucht erwartet. Fam. XVI. 7. *carus omnibus* exspectatusque *venies.* Att. IV. 4. *adventus tuus mihi suavissimus* exspectatissimusque *erit.* 2. Qui sui exspectationem fecit. Sen. 19. *in* exspectatis *ad summam dignitatem fratribus tuis.*

EXSPIRATIO. N. D. II. 33. *Terrae* exspirationibus *aër alitur.*

EXSPOLIARE. 1. Spoliare. Att. X. 1. Exspoliare *Pompeium exercitu et provincia.* Fin. II. 13. *in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum selectione* exspoliarent. 2. Ita spoliare ut nihil supersit. Deiot. 9. quo enim erga te rex animo fuit? *qui auctionatus sit, seseque* exspoliare *maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare.*

EXSTARE. 1. Esse; sed ita esse, ut cognosci, sentiri, monstrari possit, vorhanden seyn. Inv. I. 39. *si literae non* exstarent, *magnopere eas requireremus.* Brut. 9. *Demadis nulla* exstant *scripta,* Off. II. 14. Exstant *epistolae Philippi ad Alexandrum.* Fam. I. 7. *SCtum* exstat *quo reductio regis tibi adempta sit.* Div. I. 32. *Sine oculis non potest* exstare *et officium et munus oculorum.* Ibid. II. 52. *Sine divinatione non potest officium et munus divinationis* exstare. Inv. I. 26. *quae iam diu gesta — tamen faciant fidem vere tradita esse, quod eorum monumenta certa in literis* exstent. — Fam. V. 2. *dum id SCtum* exstabit, *officium meum in te obscurum esse non poterit.* Verr. V. 57. *scriptum* exstat *in iisdem literis — ἐδικαώθησαν, hoc est, ut Siculi loquuntur, supplicio, affecti ac necati sunt.* Leg. III. 15. *graviora iudicia de potentissimis hominibus* exstant *vocis quam tabellae.* 2. *Apparere.* Orat. 60. *ita fit ut non*

item in oratione, ut in versu exstat (*nicht so merklich ist*) *numerus.* Orat. I. 16. *tamen apparet atque* exstat, *utrum simus earum rerum rudes, an didicerimus.* Ibid. III. 26. *quo magis id, quod erit illuminatum* exstare, *atque eminere videatur* 5. Constare. Brut. 15. *quem vero* exstet *et de quo sit memoriae proditum eloquentem fuisse — primus est M. Cornelius Cethegus.*

EXSTINCTIO, interitus. Tusc. I. 49. *si supremus ille dies non* exstinctionem, *sed commutationem affert loci, quid optabilius?* Hortens. fr. ap. Augustin. de Trin. XIV. c. ult. *magna spes est — iucundum nobis — occasum, neque molestam* exstinctionem *et quasi quietem vitae fore.*

EXSTINCTOR. Pis. 11. *non* exstinctor *sed auctor incendii.* Sull. 31 *ne* exstinctor *patriae, ne proditor appelletur.* Harusp. 23. exstinctor *belli domestici.*

EXSTINGUERE. 1. De igne. Fam. IV. 13. exstinguere *incendium.* Sen. 19. *adolescentes mori sic mihi videntur, ut quum aquae multitudine vis flammae opprimitur, senes autem sic, ut sua sponte nulla adhibita vi consumptus ignis* exstinguitur. Fam. IV. 3. *omnes cives sic existimant quasi lumen aliquod exstinctis ceteris elucere sanctitatem tuam.* Somn. Scip. 5. *sol* exstingui *visus est* 2. De calore. N. D. II. 9. *Refrigerato et* exstincto *calore occidimus ipsi et exstinguimur.* 3. De vita. Brut. 1 *vir egregius* (Hortensius) *alienissimo reip. tempore* exstinctus, i. e. mortuus. Cael. 32. *Nolite iudices hunc iam natura ipsa occidentem, velle maturius* exstingui *vulnere vestro* (damnatione) *quam suo fato.* 4. De animo eiusque partibus. Orat. I. 14. *num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos, vel etiam* exstinguendos. Brut. 24. *Ardor animi — quum consedit, omnis illa vis et quasi flamma oratoris* exstinguitur. Sen. 11. *nec vero corpori soli subveniendum est, sed menti atque animo multo magis. Nam haec quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles,* exstinguuntur *senectute.* Cael. 30. *audetisne* excitare *tanti flagitii memoriam, non* exstinctam *illam quidem, sed repressam vetustate?* 5. De aliis rebus. Catil. IV. 4. exstinguere *populi Romani nomen.* Fam. X. 22. *bellum.* Lael. 10. *inveteratas familiaritates.* Caecil. 8. exstinguere *ac delere improbitatem.* Rosc. Am. 3. exstinguere *atque opprimere potestatem intolerandam alicuius.* Verr. II. 69. *invidiam atque infamiam suam.* Verr.

I. 18. Hoc tu fanum (Apollinis Delii) *depopulari — audebas? fuit ulla cupiditas tanta, quae tantam exstingueret* religionem? M... 27. *qui aedem Nympharum incendit ut memoriam publicae recensionis tabulis publicis* (scil. censoriis) *impressam* exstingueret. Her. IV. 27. *Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate* exstinguitur.

EXSTIRPARE. Fat. 3. *vitia ex naturalibus causis nata* exstirpari *ac funditus tolli non possunt.* Tusc. IV. 18. *perturbationes, quas nos* exstirpandas *putamus.* Lael. 13. *si cadit in sapientem animi dolor qui profecto cadit, nisi ex eius animo* exstirpatam *humanitatem arbitramur.*

EXSTRUCTIO. N. D. II. 60. *tectorum.* Phil. XIV. 13. de parentibus, coniugibus, fratribus militum in praelio occisorum *gauderent — eos non dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus atque muneribus, eaque* exstructione *quae sit ad memoriam aeternitatis ara virtutis.*

EXSTRUERE. 1. Sensu proprio; Dom. 47. *villam.* Leg. II. 27. *sepulcrum.* Mil. 27. *aedificium in alieno.* Phil. XIV. 12. exstructa *moles opere magnifico.* Fin. III. 22. *rogum.* Att. II. 2. *magnum acervum* (scil. *librorum*) *Dicaearchi mihi ante pedes* exstruxeram. Sext. 36. exstructi *corporum acervi.* 2. De apparatu mensarum. Sen. 13. *Senectus caret epulis* exstructisque *mensis.* Tusc. V. 21. exstruere *mensas epulis.* Pis. 27. exstructa *mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida.* 3. Metaphorice. Fin. V. 21. *Age nunc* exstrue *animo altitudinem excellentiamque virtutum.* Fin. IV. 1. *accurate non modo fundatam verum etiam* exstructam *disciplinam non est facile perdiscere.*

EXSUL. Dom. 27. Exsul *est ipsum per se nomen calamitatis non turpitudinis.* Parad. IV. 2. *quos leges exsilio affici volunt,* exsules *sunt, etiamsi solum non mutarunt.* Ibid. *quomodo tot legibus in exsilium eiectus nomen* exsulis *non perhorrescis?*

EXSULARE. Parad. IV. 1. de Clodio *familiarissimus tuus* (M. Piso consul) *de te privilegium tulit, ut si in opertum Bonae Deae accessisses,* exsulares. Fam. IV. 8. *hunc tamen aptissimum esse etiam ad* exsulandum *locum;* h. e. Romam eum locum esse, ubi exstincta re publica aptissime tanquam in exsilio vivere possis. cf. Fam. IV. 7. ubi Marcello pluribus verbis ut

in patriam redeat suadet. Parad. IV. 2. *et me* exsulem *tuo nomine appellas quum omnes meo discessu* exsulasse *remp. putent?*

EXSULTARE. 1. Proprie, *häufig aufspringen.* Off. I. 26. *ut equos propter crebras contentiones proeliorum ferocitate* exsultantes *domitoribus tradere soleant.* Acad. fr. *pisciculos* exsultantes *videmus.* Div. II. 70. *Gubernatores quum* exsultantes *loligines viderint, aut delphinos — tempestatem significari putant.* 2. De vehementiore animi affectu. Phil. II. 27 exsultare gaudio. Att. 15. 21. laetitia. Cluent. 5. *palam* exsultare *laetitia et triumphare gaudio coepit.* Balb. 26 *non modo non* exsultavit *in ruinis nostris, sed omni officio — omnes meos sublevavit.* Rosc. Am. 6. *Roscius* exsultabat *victoria nobilitatis.* Sext. 41. exsultans *et tripudians tot funeribus rei publ.* Hortens. fr. *imbecillus est pudoris magister timor, qui si quando paullulum aberraverit, statim spe impunitatis* exsultat. Top. 22. *oratio* exsultantem *laetitiam comprimens.* Sext. 44. *accusat eum, qui aliqua ex parte eius furorem* exsultantem *repressit.* Att. I. 10. *non ita — alacris* exsultat *improbitas in victoria.* Off. I. 29. *qui appetitus longius evagantur et tamquam* exsultantes *sive cupiendo sive fugiendo non satis a ratione retinentur.* 3 De oratione. Catil. II. 2. *in hoc ipso, in quo* exsultat *et triumphat oratio mea.* Ac. pr. II. 35. *ac mihi videor nimis etiam nunc agere ieiune. Quum sit enim campus in quo possit* exsultare *oratio* (i. e. liberius excurrere) *cur eam in tantas angustias et in Stoicorum dumeta compellimus?* Fin. I. 10. *virtutum laus, in qua maxime ceterorum philosophorum* exsultat *oratio.*

EXSULTATIO. Harusp. 18 *non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, quam illa* exsultatio *Athamantis* (favore perciti).

EXSUPERANTIA. Tusc. V. 36. *nonne omnem* exsuperantiam *virtutis oderunt?*

EXSUPERARE. Div. II. 10. *quod fore paratum est,* (i. e. quod fato fixum est) *id summum* exsuperat *Iovem;* (id ne divina quidem vi flecti potest).

EXSUPERATIO. Vid. EXUBERATIO.

EXSURGERE. 1. Sensu proprio. Cluent. 60. *Tu vero nisi molestum est, paullisper* exsurge *et profer hunc dolorem commemorationis necessariae.* — Nempe Balbutii patrem iubet exsurgere, ut testimonium suum a

praecone recitandum audiret. 1. Metaphorice, confirmari, recreari, erigi. Rull. II. 32. *haec ne quando recreata* exsurgere *atque erigere se possent funditus sustulerunt.* Fam. XII. 10. *auctoritate vestra reip.* exsurget. Phil. XIII. 18. *si esset iugulata* (Pompeianorum causa) *numquam* exsurgeret.

EXSUSCITARE. 1. Expergefacere. Muren. 9. *Te gallorum, illum buccinarum cantus* exsuscitat. 2. Excitare. Off. I. 4 *quae cura* exsuscitat *animos, et maiores ad rem gerendam facit.* Her. III 12. *auditorem varietas maxime delectat, quum sermone animum eius retinet, aut* exsuscitat *clamore.* Ibid. 22. *docet ergo se natura vulgari et usitata re non* exsuscitare, *novitate et insigni quodam negotio commoveri.* Inv. II. 15. *animus aut renovatur ad ea quae restant, aut omnibus iam dictis,* exsuscitatur. Her. III. 21. *imaginum conformatio tum valet, si naturalem memoriam* exsuscitaverimus *hac notatione.*

EXSUSCITATIO. Her. IV. 43 *eadem res his tribus in dicendo commutabitur rebus, verbis, pronuntiando, tractando, sed tractando dupliciter, sermocinatione et* exsuscitatione. Ibid. *mutatur res tractando, si traducitur ad* exsuscitationem, *quum et nos commoti dicere videamur, et auditoris animum commoveamus;* ibique additur exemplum.

EXTA. 1. Vatin. 6. *quum inaudita ac nefaria sacra susceperis, quum inferorum animas elicere, quum puerorum* extis *deos manes mactare soleas.* 2 De pecudum extis in extispicina. Div. I. 6 *quae est autem gens, quae civitas, quae non aut* extis *pecudum aut monstra interpretantium — praedictione moveatur.* Div. II. 12. *divina cum rerum natura, — quid habere potest commune, non dicam gallinaceum fel (sunt enim qui vel argutissima haec* exta *esse dicant) sed tauri opimi iecur etc.*

EXTABESCERE. 1. Tusc. III 12. ex poeta tragico, *corpus macie* extabuit. 2. Metaphorice, obsolescere. N. D. II. 2. *Videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate* extabuisse.

EXTEMPLO. Rosc. Com. 3. *quid fingat* extemplo *non habet*

EXTENDERE. Ac. pr. II. 47. extensis *digitis.* Orat. II. 59. extento *brachio.*

EXTER-

EXTERRERE. Off. II. 10. *dolorum quum admoventur faces, praeter modum plerique* exterrentur. Div. I. 36. *nutrix — aspectu* exterrita *clamorem sustulit.*

EXTERSUS, exinanitus, spoliatus. Verr. II. 21. *fanum quod non* eversum atque extersum relinqueret.

EXTERUS. Font. 11. exterae nationes et gentes.

EXTIMESCERE. Att. IX. 6. *unum illud* extimescebam *ne quid turpiter facerem.* Deiot. 1. *de fortunis communibus* extimescebam. Fam. IX. 26 *nihil est, quod adventum nostrum* extimescas. Att. XVI. 11. *cerulas tuas miniatulas* extimescebam; i. e. verebar ne multa essent quae tibi reprehendenda in libro meo viderentur, quae tu scilicet cerula miniata notares. Vid. *Cerula.*

EXTIMUS, i. q. extremus. Somn. 4. *Orbis caelestis* eximus.

EXTISPEX. Div. I. 16. II. 11. *ars* extispicum; i. e. qui ex extis vaticinantur.

EXTOLLERE. 1 Sensu proprio. Phil. II 12. *alte* extollere *manum.* Fin. V. 14. *ars agricolarum quae — amputet, erigat,* extollat, *adminiculetur.* 2. Metaphorice. Tusc. II. 23. *animus remissione sic urgetur ut se nequeat* extollere. Planc. 15. *ubi illa antiqua libertas? quae* — extollere *iam caput et aliquando recreata se erigere debebat!* Lael. 20. *Ut ii qui superiores sunt summittere se debent in amicitia, sic quodam modo inferiores se* extollere. 3. De laudibus. Fam. XII. 25. quem tu ad caelum laudibus extulisti. Planc. 40. *dum Plancii in me meritum verbis* extollerem, *me arcem ex cloaca facere dixisti* 4. De suscipiendis liberis. Orat. 46. *neque tuum umquam in gremium* extollas *liberorum ex te genus;* versiculus fortasse ex Ennii Thyeste depromptus.

EXTORQUERE. 1. Sensu proprio, aliquid vi ex manibus alterius auferre. Catil. I. 6. *quoties iam tibi* extorta *est sica ista de manibus?* Similiter idem persuadendo efficere. Brut. 2 *quum* extorquere *arma posset e manibus iratorum civium boni civis auctoritas et oratio.* 2. Omnino aliquid vi aut minis eripere. Pis. 35. *qui motus tibi fuit frumenti aestimandi? qui honorarii? Si quidem potest vi ex metu* extortum *honorarium nominari.* Prov Cons. 3 *nihil ulla vi a miseris* extorquere *potuit.* Cluent 28. *pecunia omnis a Staleno* extorta *atque erepta* 3. Transfertur ad animum, cui

sententiae, opiniones, errores, virtutes eripiuntur. Or. II. 25. *definitio reprehenso uno verbo aut addito aut dempto saepe* extorquetur *e manibus.* Orat. 48. *aliquando idque sero convicio aurium quum* extorta *mihi veritas esset*, i. e. quum usus loquendi [illegible], ut a veriore pronuntiatione [illegible] 23. *quod si in hoc erro, quod animos hominum immortales esse credam, lubenter erro; nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo,* extorqueri *volo.* Tusc. I. 7. extorsisti, *ut faterer, qui omnino non essent, eos ne miseros quidem esse posse.* Fin. II. 5. *hoc est vim afferre sensibus;* extorquere *ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti sumus.* Ligar. 5. *nunc quid dicis? Cave ignoscas. Haec nec hominis, nec ad hominem vox est; qua qui apud te C. Caesar, utetur, suam citius abiiciet humanitatem, quam* extorquebit *tuam.*

EXTRA. 1. De rebus externis. N. D. II. 59. *sensibus et animo ea, quae* extra *sunt, percipimus.* Sen. 9. *eminere foras, et ea quae* extra *sunt contemplari.* 2. Differentiam significat. Inv. I. 36. *separatum quiddam est* extra *assumptionem approbatio;* hoc idem est atque illud quod sequitur: *separata est ab assumptione approbatio.* 3. i. q. ultra. Orat. III. 11. *vox* extra *modum absona.* Off. I. 39. cavendum si ipse aedifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas. 4. *Extra quam* in formulis exceptionum. Inv. I. 33. extra *quam (ausgenommen) si quis reip. causa exercitum non tradiderit.* cf. Att. VI. 1. *habeo exceptionem:* extra *quam si ita negotium gestum est* etc.

EXTRAHERE. 1. Sensu proprio. Rosc. Am. 7. *telum ex corpore* extractum. 2. Liberare. Sext. 4. *quum urbem senatus atque omnes boni — me duce ex periculis maximis* extraxissent. 3. De animo, evellere. N. D. I. 43. *Epicurus ex animis hominum funditus* extraxit *religionem.* Ac. pr. II. 34. *credo Clitomacho ita scribenti Herculi quendam laborem exantlatum a Carneade, quod ut feram et immanem beluam sic ex animis nostris assensionem id est, opinationem et temeritatem* extraxisset. 4. Producere, *in die Länge ziehen.* Fam. I. 4. *res ab adversariis nostris* extracta *est variis calumniis.*

EXTRANEUS. Inv. II. 22. *ornamenta* extranea: h. e. non ex ipsa re ducta, sed aliunde adscita et assumpta. Her. III. 7. extranea *bona* opponuntur *bonis*

animi et corporis. Oecon. 1. *exercitatio forensis et extranea* virorum opponitur *mulieris domesticae diligentiae.*

EXTRAORDINARIUS. Rosc. Com. 1. Verr. I. 39. II. 70. extraordinariae *pecuniae*, sunt, quas, quia iniustis et turpibus modis conciliatae sunt, non audebant in tabulas acceptorum referre, ne ex iis convinci possent. 2. Fam. VIII. 8. *reus extraordinarius*, est, de quo quaestio extra ordinem habenda est. h. e. relictis ceterorum criminum quaestionibus. Nam quaestiones eo fere ordine habebantur, quo erant crimina delata, nisi lege cautum esset, ut eius criminis, quod delatum esset, ceteris omnibus praeverterentur. 3. Verr. V. 14. extraordinariae *cupiditates*, opponuntur naturae ac necessitati. 4. Att. V. 9. *munus* extraordinarium. Ibid. V. 4. extraordinarii *honores* sunt, qui non perpetui sunt in republica, sed aut urgente aliqua necessitate, aut alia de causa gravi, per SCta aut leges conferuntur, aut qui alicui per legem aliquam tribuuntur, quum ex lege annali aut aliis legibus, ex quibus ordinarii honores mandantur, fieri non possit. *Ern.*

EXTRARIUS, extraneus. Her. II. 13.

EXTREMITAS. Fin. II. 31. *regiones quarum nulla esset ora, nulla* extremitas. Tusc. V. 39 *Democritus quum alii saepe, quod ante pedes esset, non viderent, ipse infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in* extremitate *consisteret.*

EXTREMUS. 1. Ultimus de loco et spatio. Div. II. 43. *caelum, quod* extremum *atque ultimum mundi est.* Fam. XV. 4. *Cappadocia* extrema. 2. Novissimus postremus, de tempore. Div. II. 50. *quod finitum est habet* extremum. Phil. XIII. 20 *ad* extremum *incipit philosophari.* Leg. II. 21. *mensem credo* extremum *anni, ut veteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur.* Manil. 10. extrema *pueritia.* 3. De ultima parte librorum, orationum, epistolarum, munerum. Att. VI. 1. *in* extrema *fere parte epistolae.* Att. VIII. 1. *in ea Pompeii epistola erat in* extremo. Att. XIV. 8. *literae, quibus in* extremis *erat, sibi insidias fieri.* Orat. II. 79. *est id quidem in totam orationem confundendum, nec minime in* extremam. Cluent. 65. *de furto ne in* extrema *quidem aut media, aut aliqua, denique parte quaestionis verbum fecit ullum.* Q. Fr. I. 1. *in* extrema *parte et conclusione muneris ac negotii tui.* 4. Brut. 33. *manus*

cerat *gratiam vestram, sed etiam conciliat.* 3. Irritare, exasperare. Orat. II. 75. *mediocriterne causis noceat, quum aut adversariorum adiumenta confirmant, aut ea, quae sanare nequeunt*, exulcerant.

EXURERE. 1. Sensu proprio. Verr. I. 27. *Adrianus domi suae vivus* exustus *est.* Manil. 2. *afferuntur literae — Bithyniae — vivos* exustos *esse complures.* 2. Metaphorice. Brut. 4. exustus *flos siti veteris ubertatis exaruit.* N. D. III. 3. pro falsa lectione: *mihi quidem ex animo* exuri *non potest*, legendum vel *erui*, vel *exui*.

EXUSTIO. Somn. 7. *Eluviones* exustionesque *terrarum quas accidere tempore certo necesse est.*

EXUVIAE. Manil. 18. exuviae *nauticae* sunt rostra navibus derepta et tamquam victoriae signa alicubi suspensa. *Ern.*

F.

FABA. Div. I. 30. *Pythagoricis interdictum putatur ne* faba *vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus.* Ibid. II. 58. Faba *quidem Pythagorei utique abstinuere, quasi vero eo cibo mens, non venter infletur.*

FABELLA. 1. *Narratiuncula vulgaris* sive vera, sive ficta. Div. II. 38. *commentitiae* fabellae. Orat. II. 59. *si quando quid tamquam aliqua* fabella *narratur.* 2. Fabula vel tragica vel comica. Q. Fr. II. 16. *a te actam* fabellam *video esse festive.*

FABER. Brut. 73. *ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum* fabrum *tignarium.* Fam. IX. 15. *Tu velim cum* fabris *domum perspicias; si enim nihil est in parietibus aut in tecto vitii, cetera mihi probabuntur.* N. D. III. fr. faber *quum quid aedificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur, quae sit parata.* Verr. I. 56. *merces* fabrorum. Planc. 25. *in mancipiis parandis quamvis frugi hominem, si pro* fabro *aut pro tectore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, forte nesciverit.* Att. IX. 8. praefecti fabrum Vid. *Praefectus.* Orat. 46. *Iam ut censoriae tabulae loquuntur* fabrum *et* procum *audeo dicere, non* fabrorum *et* procorum.

scenicis, ut Comoedia. tragoedia. Div. II. 55. *Num igitur me cogis etiam* fabulis *credere? quae delectationis habeant, quantum voles, verbis, sententiis, numeris, cantibus adiuventur.* Brut. 18. *Livius, qui primus* fabulam *docuit.* Sen. 19. *Neque histrioni ut placeat peragenda est* fabula, *modo in quocunque fuerit actu probetur.* 3. Ab hac significatione elegans fit translatio ad vitam et res extra scenam gestas. Sen. 18. *auctoritatis praemiis qui splendide usi sunt, ii mihi videntur* fabulam *aetatis peregisse, nec tamquam inexercitati actores in extremo actu corruisse.* Cluent. 31. *Stalenus — istam dedit conciliationis gratiae* fabulam. Phil. II. 14. *si fuissem in numero* (eorum qui contra Caesarem coniorarunt) *non solum regem, sed regnum etiam de re publica sustulissem, et si meus ille stilus fuisset ut dicitur, mihi crede non solum unum actum, sed totam* fabulam *confecissem;* scil. Antonium quoque occidendo.

FACESSERE. 1. Sensu activo. Caecil. 14. *innocenti periculum* facessere. Fam. III. 10. facessere *negotium alicui.* Cluent. 57. *si cui forte hac lege negotium* facessetur, h. e. si accusabitur. 2. intransitive. Flacc. 38. *vis absit, ferrum ac lapides removeantur; operae* facessant, i. e. operarii, quorum auxilio homines utuntur ad vim faciendam abeant, recedant. Leg. I. 13. *Epicureos ab omni societate rei publicae — paullisper* facessant *rogemus.* Hortens. fr. facessant *igitur omnes, qui docere nihil possunt, quo melius sapientiusque vivamus.*

FACETE, witzig. Orat. I. 57. *Colligere multa non modo acute sed etiam ridicule et* facete.

FACETIAE. Orat. II. 54. *quum duo genera sint* facetiarum, *alterum aequabiliter in omni sermone fusum alterum peracutum et breve, illa a veteribus superior cavillatio (schalkhafte Laune) haec altera dicacitas (Spottgeist, Witz in Repliken) dicta est.* Orat. 26. *Adspergentur etiam sales,* (*witzige Einfälle*) *quorum duo genera sunt, unum* facetiarum, *alterum dicacitatis. Utetur utroque, sed altero in narrando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo* Hoc loco Cicero angustiorem *facetiis* significationem tribuit, quam loco superiore, et quod illo loco cavillationem nominaverat, nunc facetiarum, nomine insignit. Nimirum, ut in aliis huius modi vocabulis fit, modo latiore, modo angustiore sensu usurpatur. Orat. I. 57. *multo maiorem*

hi dicas L. Turselius qua facie *fuerit, qua statura.* 3 Metaphorice de aliarum rerum forma et statu. Off. I. 5. *formam quidem ipsam et tanquam faciem honesti vides.* Pis. 32. *Habet hoc virtus, quam tu ne de* facie *quidem nosti.* Flacc. 22. *fateantur (Tralliani) in Maeandrii persona esse expressam* faciem *civitatis.* Ib. 29. *longo intervallo, si quando tibi peregrinari commodum est, Romam venis; affers* faciem *novam, nomen vetus.* Phil. VIII. 8. *legatus senatus* faciem *secum attulerat, auctoritatem populi Romani.*

FACILE, propriae dum. Fam. VI. 10. *tu qui esses ordinis tui* facile *princeps.* Tusc. I. 33. *Africani fratris nepos vita omnium perditorum ita similis, ut esset* facile *deterrimus.* 2. Libenter, non gravate. Fam. IV. 4. facile cedo tuorum scriptorum subtilitati et elegantiae. Ibid. VII. 26. *ego qui me ostreis et muraenis* facile *abstinebam.* Off. II. 19. *diserti hominis et* facile *laborantis — multorum causas et non gravate et gratuito defendentis beneficia et patrocinia late pateat.*

FACILIS. 1. Sensu proprio. Planc. 2. *mihi in causa* facili *atque explicata* perdifficilis *et lubrica defensionis ratio proponitur.* Orat. I. 56. *utriusque rei facilis est et prompta defensio.* Ibid. II. 45. *nulla materies tam* facilis *ad exardescendum est, quae nisi admoto igni ignem concipere possit.* Fin. I. 10. *harum quidem rerum* facilis *est et expedita distinctio.* Phil. II. 17. *adhibes ioci causa magistrum — cui concessisti, ut in te, quae vellet, diceret. Salsum omnino hominem! sed materia* facilis, *in te dicta dicere.* Off. II. 11. facile *bellum* est confectu facile, non multi operis. Ibid. III. 6. *haec ad iudicandum sunt* facillima. Manil. 14. faciles *aditus privatorum* ad Pompeium. 2. Comis in admittendis hominibus, ad officia paratus. Q. Fr. I. 1. facilem *se in hominibus audiendis admittendisque praebere.* Brut. 57. *Antonius* facilis *in causis recipiendis erat;* fastidiosior *Crassus.* Ibid. 21. *erat tum mos — in hoc ipso humanior, ut* faciles *essent in suum cuique tribuendo.* 3. Ad concedendum aliis vel ignoscendum promptus, *nachgiebig.* Div. II. 52. *quum bis sumpsit, quod voluit, etiam si* faciles *nos ad concedendum habuerit, id tamen quod assumit, concedi nullo modo potest.* Fam. V. 2. *lenis a te et* facilis *existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem.* Ibid. VII. 1. *quodsi tam* facilem *populum haberem* (ad me dimit-

tendum) *quam Aesopus* (histrio) *habuit, libenter artem* (in foro dicendi) *desinerem.*

FACILITAS, comitas in obsequendo. Lael. 18. *amicitia remissior esse debet, et liberior et dulcior, et ad omnem comitatem* facilitatemque *proclivior.* Q. Fr. I. 1. facilitas *in audiendo, lenitas in decernendo.* Fam. XII. 1. *immoderate quidam et ingrate nostra* facilitate *abutuntur.* Manil. 14. *ita faciles aditus ad eum privatorum — esse dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit,* facilitate *par infimis esse videatur.* Orat. I. 48. *meam* facilitatem *laudato te, quum vobis non meo iudicio, sed vestro studio inductus non gravate* respondero. 2. Naturalis ad virtutem et alia bona propensio. Tusc. IV. 12. *haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores* facilitas *nominetur, in malis* proclivitas, *ut significet lapsionem.* Att. XII. 39. *quis congressum meum, quis* familiaritatem *sermonis desideravit?*

FACINOROSUS. Leg. I. 14. *iniuriosa* facinorosaque *vita.* Orat. II. 58. facinorosos *maiore quadam vi, quam ridiculi, vulnerari volunt.* Phil. XIII. 11. *cur non hic parens verior, a quo certe vitam habemus e tuis* facinorosissimis *manibus ereptam?*

FACINUS. 1. Sensu bono. Phil. XIII. 17. *rectissimum* facinus. Her. IV. 55. facinus *praeclarissimum.* Rab. Perd. 6. facinus *pulcherrimum.* 2. Sensu malo. Fam. III. 10. *si quid a me praetermissum erit, commissum* facinus *et admissum dedecus confitebor.* Verr. V. 66. Facinus *est vinciri civem Romanum; scelus verberari; parricidium necari; quid dicam in crucem tolli?* Rull. II. 28. *hominibus ad vim,* facinus, *caedemque delectis locus — quaeritur.* Mil. 35. *meminit sibi* facinoris *suspicionem non facti crimen obstare.* Caecin. 13. *isne apud vos obtinebit causam suam, qui se ita defenderit: eieci ego te armatis hominibus, non* deieci; *ut tantum* facinus *non in aequitate defensionis, sed in una litera latuisse videatur.* Rosc. Am. 13. *scelestum ac nefarium* facinus. Verr. II. 34. facinus *natum a cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atque conclusum.* N. D. I. 6. facinora *capitalia.* Verr. V. 72. extr. *inaudita et singularia* facinora *sceleris audaciae, perfidiae, libidinis, avaritiae, crudelitatis.* Mil. 27. *cui nihil umquam nefas fuit, nec in* facinore, *nec in libidine.* Rosc. Am. 27. *non omne* facinus *in omni vita nascitur.* Phil. II. 42. *statim illa mirabilia* facinora *effecit;* ironice

dictum. Ibid. 29. *quorum* facinus *est commune*, *cur non sit eorum praeda communis?*

FACIO. 1. Cum substantivis id quod aliquis efficit notanubus. Fam IX. 24. facere *cenulas*. Att. IV. 3. *comitia*. Planc. 22. *coitionem*. Deiot. 10. *concursus*. Orat. I. 56. *coemptionem*. Caec. 25. facere *constitutum* (*Verabredung treffen*) *cum servis*. Rab. Post. 3. *syngraphas*. Quint. 8. *sponsionem*. Verr. III. 42. *tributum*. Prov. Cons. 5. *pactionem*. Leg. II. 21. *testamentum*. Tusc III. 20. *largitiones maximas*. Muren. 21. facere *coniecturam*. Fam. XIII. 29. *commemorationem*. Ibid. XI. 18. *gratulationem*. Ibid. IX. 8. *sermonem*. Ibid. I. 9. *summam cogitationum*. Pis. 29. poema. Q. Fr. III. 1. *versus*. Att XV. 10. *ludos*. Cluent. 9. *funus iam sepulto filio* facere. Phil. I. 2. facere *bustum in foro*. Mil. *caedem infinitam*. Phil III. 12. *strages*. Fam. IV. 5. *iacturam*. Off I. 24. *iacturam gloriae*. Fin. II. 24. *iacturas rei familiaris*. 2. De arte quam quis exercet. Parad. VI. facere *mercaturas*. Verr. V. 59. *argentariam*. Q. Fr. III. 1. *topiariam*. P. Red. in Sen. 3 *piraticam*. Fam. VI. 18. *haruspicinam*. 3 Cum adverbiis. Div. i 29. *multa* facere *impure atque tetre*. Leg. I. 1. *nonnulli* faciunt *imperite*, *qui in isto periculo non ut a poeta*, *sed ut a teste veritatem exigant*. Off. I. 4. *cavet ne quid indecore effeminate eve* faciat. Fam. VI. 7. *quod praeclare* facere *non poteram*, *primum erat non attingere*, *secundum quam parcissime* facere. Orat. II. 20. facere *quod non pessime* facias, *vel non* facere, *quod non optime possis*, *humanitatis est*. — 4. Aestimare. Fam. III. 4. *duos duarum aetatum plurimi* facio. Ibid. *Ego te ex quo tempore tu me diligere coepisti*, *quotidie pluris* feci. 5. Curare. Tusc. I. 37. *nec pluris nunc* facere (*kümmere sich eben so wenig*) *Camillum hoc civile bellum*, *quam ego illo vivo* fecerim *Romam captam*. 6. Inducere personam loquentem. Brut. 60. *in eo libro ubi se* (Curio) *cum Pansa et cum Curione filio colloquentem facit*. N. D. I. 12. *Xenophon* facit — *Socratem disputantem*. Q. Gall fr. *Unus quidam poeta nominatus quum facit Euripidem et Menandrum inter se et in alio loco Socratem atque Epicurum disserentes*. 7. Fingere. N. D. I. 20. *his nominibus deos esse* facimus *quibus a nobis nominantur*. Planc. 37. *me unum ex iis feci*, *qui ad aquas venissent*. Fam. XV. 18, facio, *me alias res agere*. Inde imperativus *fac* pro *finge*, *pone*

usurpatur. Tusc. I. 34. fac *enim sic animum interire ut corpus.* Phil. XIII. facite *hoc meum consilium legiones novas non improbare.* 8. Creare de magistratibus. Planc. 4. *populus* facit *eos, a quibus maxime ambitus est.* 9. Sacrificare. Mur. 41. *Iunoni omnes consules facere necesse est.* 10. *Facere cum aliquo* est a partibus eius stare. Caecin. 28. *Ostendit* (Aquilius) *in hac ipsa causa nihil esse quod laborarem. Verba ipsa sponsionis* facere *mecum, si vellem diligenter attendere.* 11. Manil. 20. *si quid eo* factum *esset,* per εὐφημίαν, pro *si mortuus esset.* 12. Verr. II. 16. *quid hoc homine* facias (*was will man mit ihm anfangen*) s. quomodo eum coërceas vel corrigas. Acad. pr. II. 30. *quid* faceret *Chrysippus huic conclusioni?* i. e. *was könnte er dagegen einwenden?* 13. effingere, excolere, de oratione; *ausbilden.* Orat. 51. *orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi.*

FACTIO. 1. Confectio; s. ius faciendi Top. 11. *cui testamenti* factio *nulla esset.* Fam. VII. 21. *negare aiebat Servium tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui* factionem *testamenti non habuerit.* 2. Partes, (Partheyen) sensu bono. Q. Fr. IV. 1. *Gabinium tres adhuc* factiones *postulant.* 3. Sensu malo de coitione hominum ad seditionem, vel ad aliquid praeter ius et fas obtinendum. Brut. 44. (*Scaevolae*) *oratio, in qua — invidia concitatur in iudicum et in accusatorum* factionem, *contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit.* Her. I. 5. *in invidiam trahemus si vim, si potentiam, si* factionem (großen Anhang) *divitias — proferemus.*

FACTIOSUS, seditiosus, ad factionem contrahendam promptus. Her. II. 26. *si quis potens et* factiosus *in concione dixerit: satius est uti regibus, quam malis legibus.*

FACTITARE. 1. Facere solere. Brut. 34. *M. Brutus accusationem* factitavit. Brut. 42. *alterum* factitatum (i. e. saepius factum) *est, alterum novum.* Phil. II. 16. *Furii quem palam heredem semper* factitaverat, (i. e. saepius dixerat se eum heredem facturum) *ne nomen quidam perscripsit.* 2. Exercere. Orat. 43. *Versus qui vetat artem pudere proloqui quam* factites.

FACTUM, facinus, sensu bono. Phil. II 44. de caede C. Iulii Caesaris a coniuratis facta: *quod quum ipsum* factum *per se praeclarum atque divinum est, tum*

expositum ad imitandum. Fin. I. 10. *clarorum hominum* facta *illustria et gloriosa.* 2. Sensu malo. Cael. 10. *quod est huius modi crimen, ut — id hic pertimescat, qui non modo a* facto, *verum etiam a conscientiae suspicione abfuit.*

FACTUS. 1. Natura institutus. Off. I. *neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum* facti *esse videamur, sed ad severitatem.* Brut. 80. *sive quod natura non esset ita* factus. Mil 4. *est haec non scripta sed nata lex; ad quam non docti sed* facti, *non instituti sed imbuti sumus.* 2. Diligenter elaboratus, de oratione. Brut. 8. *accurata et* facta *quodammodo oratio.* Orat. III 48. *Assentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita et* facta *quodammodo, non adstricte sed remissius numerosam esse oportere.* 3. De argento signato et caelato. Verr. IV. 20. *argentum bene* factum. Ibid. 18. *pocula Mentoris manu, summo artificio* facta. Verr. V. 25. *navis plena argenti facti atque signati.*

FACULTAS. 1. Occasio et commoditas alicuius rei agendae. Rosc. Am 33. *Videamus nunc ecqua* facultas *suscipiendi maleficii fuerit.* Att. VIII. 15. *nec eius rei* facultatem *si qua erit, praetermittam.* Att. VII. 7. *bene fecit, quod mihi sui cognoscendi penitus etiam istam* facultatem *dedit.* Orat. II. 84. *ut opes et copiae non superbiae videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi* facultatem *et materiam dedisse.* Cluent. 4. *tibi si in praesenti satisfacere non potuero, tamen multae mihi ad satisfaciendum reliquo tempore* facultates *dabuntur.* Inv. II. 12. *in* facultate *copia et potestas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, consideranda est.* Ibid. II. 7. facultas (*defuisse demonstratur*) *si ratio, adiutores, adiumenta et cetera, quae ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur* Fam. I. 7. *si res* facultatem *habitum videatur, ut Alexandriam tenere possis.* 2. Copia et potestas rei. Partit 33. (accusatorem) *causis ipsis et efficiendi* facultatibus *niti oportebit.* Ibid. 35. *Defensor autem* facultatum *infirmatione utetur, si aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit; aut alienum tempus aut locum non idoneum* etc. Quint. 4. facultas *numorum.* Off. II. 1. *ad earum rerum quibus utuntur homines* facultatem. Fam. X. 4. *neque si* facultas, *optabilis mihi quidem, tui praesentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem.* 3. Opes,

diose, *ne quid simulate*, *ne quid* fallaciter. Partit. 25. *voluptas quae maxime est inimica virtuti*, *bonique naturam* fallaciter *imitando adulterat*.

FALLAX. N. D. III. 30. *Malitia est versuta et* fallax *nocendi ratio*. Div. I. 19. de astrologis Babyloniis: *Age*, *Barbari vani atque* fallaces. Planc. 9 *Vicinitas — non assueta mendaciis*, *non fucata*, *non* fallax *non erudita artificio simulationis vel suburbano vel etiam urbano*. Att. X. 11. *quae de fratre meo scribis — habent nihil ὕπουλον*, *nihil* fallax. Off. III. 8. *emolumenta rerum* fallacibus *iudiciis vident*. Acad. P. II. 24. *contorta quaedam et aculeata sophismata*; *sic enim appellantur* fallaces *conclusiunculae*. Div. II. 43. *Astrologi Chaldaei oculorum* fallacissimo *sensu iudicant ea*, *quae ratione atque animo videre debebant*. Milon. 34. *o spes* fallaces! *o inanes cogitationes meae*. Rab. Post. 14. *merces* fallaces *et fucosae*. Laei. 19. *Novitates* (amicitiarum) *si spem afferunt*, *ut tamquam in herbis non* fallacibus *fructus appareat*, *non sunt illae quidem repudiandae*, *vetustas tamen suo loco conservanda est*.

FALLENS. Orat. I. 20. *Artem* (*Wissenschaft*) *negabat esse ullam*, *nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum exitum spectantibus et numquam* fallentibus *rebus* (ganz unumstösslicher Wahrheiten) *contineretur*.

FALLERE. 1. Fraudare, decipere. Rosc. Am. 40. *T. Roscius — socios induxit*, *decepit*, *destituit — omni fraude et perfidia* fefellit. Off. I. 13. (Regulus) *ad supplicium redire maluit*, *quam fidem hosti datam* fallere. 2. In errorem inducere (*tauschen*) Orat. I. 1. *quam spem cogitationum et consiliorum meorum quum graves communium temporum*, *tum varii nostri casus* fefellerunt. Div. I. 14. *Divinatio* fallit *fortasse nonnumquam*, *sed tamen ad veritatem saepissime dirigit*. N. D. III. 31. *ubi locus fuit errori deorum? Nam patrimonia spe bene tradendi relinquimus*, *qua possumus* falli; *deus* falli *qui potuit?* Att. XVI. 3. *gaudeo non* fefellisse *eam rem opinionem tuam*. Milon. 10. *quemadmodum igitur eum dies non* fefellit (*wie kams*, *dafs er sich in dem Tage nicht irrte?*) cf. c. 10. init. Phil. XII. 8. *nisi me forte* fallo. Sext. 50. *nunc*, *nisi me* fallit, *in eo statu civitas est*. Att. XIV. 12. *sed nos*, *nisi me* fallit, (subl. *res* vel *negotium*) *iacebimus*. Off. II. 7. *o miserum*, *qui fideliorem et barbarum et stigmatiam putaret*, *quam*

rata et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, fama popularis, *simulatione honestatis formam eius pulchritudinemque corrumpit.* Ibid. V. 16. *omitto nobilitatem* famamque popularem *stultorum improborumque consensu excitatam.* Pet. cons. 5. *fere omnis sermo ad* forensem famam *a domesticis emanat auctoribus.* Brut. 74 *Catulo suavitas vocis bene loquendi* famam *confecerat.* Cael. 31. *in hoc flexu aetatis* — fama *adolescentis paullum haesit ad metas notitia nova mulieris* 3 Mala existimatio. Cael. 16. *At fuit* fama *Quotus quisque illam effugere potest in tam maledica civitate!*

FAMES. 1. Sensu proprio; cibi appetitus, esuries. Fin. I. 11. *quum cibo et potione* fames *sitisque depulsa est.* Ibid. II. 28. *Socratem audio dicentem cibi condimentum esse* famem, *potionis sitim.* Tusc. V. 34. *Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, quaesitumque esset, quare id faceret, respondisse, se, quo melius cenaret obsonare ambulando* famem. 2. Egestas. Att. I. 15 *fuerunt quos* fames *magis quam fama commoverat.* 3. Caritas annonae Flacc. 7. *caesus est virgis — qui in* fame *frumentum exportare est ausus.* Att. V. 21. *etiam* fames, *qua nihil miserius est, quae tum erat in hac mea Asia, mihi optanda fuit.* 4. In dicendo fames opponitur copiae. Tusc. II. 1. *reperiebantur nonnulli, qui — quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem et* famem *se malle, quam ubertatem et copiam dicerent.*

FAMILIA. 1. Pars gentis, stirps. Rab. Post. 1. *prope natura datum — ut quae in* familia *aliqua laus forte floruerit, hanc fere qui sunt eiusdem stirpis cupidissime persequantur.* Mur. 8. *ex* familia *vetere et illustri cos. des.* Ibid. 7. *sunt amplae et honestae* familiae *plebeiae.* Leg. I 7. *in civitatibus ratione quadam agnationibus* familiarum *distinguuntur status.* 2. Servi, *das Gesinde.* Fam. XIV. 4. familia *liberata.* Ibid. I. 3. Caecin. 19. *neque dubium est, quin si ad rem iudicandam, verbo ducimur, non re,* familiam *intelligamus, quae constet ex servis pluribus: quia unus homo* familia *non sit.* Cluent. 15. *familia Martis,* h. e. servi Martis, qui Martiales dicuntur, similes Veneriis in Sicilia. 3. Gladiatores, quia et ipsi servi. Sull. 19. *comparare* familiam, item *praeesse* familiae. cf Sext. 60. 4. Res familiaris. Caecin. 7. familia *herciscunda* Vid. *hercisco.* Veteres iungebant *familiam et pecuniam,* ut docet Sal-

nem sequi vultis. 4. In extis *pars familiaris s. fissum familiare.* Vid. *Fissum.*

FAMILIARITAS. Deiot 14. *Laboro regis Deiotari causa, quocum mihi* amicitiam *resp. conciliavit,* hospitium *voluntas utriusque coniunxit,* familiaritatem *consuetudo attulit, summam vero necessitudinem magna eius officia in me et in exercitum meum effecerunt.* Fam. XIII. 13. *Cum Lysone est mihi qui em hospitium vetus, quam ego* necessitudinem *sancte colendam puto: sed ea causa etiam cum aliis compluribus;* familiaritas *tanta cum nullo hospite, et ea quum officiis eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius.* Off. I. 17. *consuetudines et* familiaritates.

FAMILIARITER Cael. 23. de servis: *quos intelligebat non communi conditione servitutis uti; sed licentius, liberius,* familiarius *cum domina vivere.* Caecil. 9. *esse cum Verre; cum illo* familiarissime *atque amicissime vivere* Att. IX. 3. *quae soluto animo* familiariter (*offenherzig und vertraulich*) *scribi solent, temporibus his excluduntur.*

FAMOSUS, impudicus, de feminis. Rep. fr. 4. *si qua erat* famosa, *ei cognati osculum non ferebant.* Ora. II. 68. *Quum Q. Opimius consularis, qui adolescentulus male audisset* (quod pudicitiam amatoribus prostituisset) *festivo homini Egilio, qui videretur mollior* (pronus ad eandem impudicitiam) *nec esset, dixisset: Quid tu Egilia mea, quando ad me venis cum tua colu et lana? — Non pol* (iocose utebatur iurisiurandi formula feminis familiari) *audeo; nam me ad* famosas *vetuit mater accedere.*

FAMULA, sensu metaphorico. Tusc. V. 1. *si virtus subiecta sub varios incertosque casus* famula *fortunae est.* Ibid. 31. *res* familiaris, *quae est ministra et famula corporis.*

FAMULARI, esse in servitute Rep. fr. lib. III.

FAMULARIS, servilis. Tusc. I. 48 *Codrus se in medios immisit hostes, veste* famulari, *ne posset agnosci, si esset ornatu regio.*

FAMULATUS. 1. Servitium. Lael. 19. *qui aliquamdiu propter ignorationem stirpis et generis in* famulatu *fuerint.* 2. Metaphorice. Off. III. 33. *quam miser virtutis* famulatus, *servientis voluptati?*

FAMULUS; servus. Off. II. 7. *iis, qui vi oppressos imperio coërcent, sit sane adhibenda saevitia, ut heris in* famulos, *si aliter teneri non possunt.* Tusc. II. 21. *Vidimus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. Hos quidem, ut* famulos, *vinclis prope ac custodia coerceamus.* Leg. II. 10. famuli *Idaeae matris* s. Cybeles, quibus licebat sacris diebus stipem colligere.

FANATICUS, est furore quasi divino afflatus, *ein Schwarmer.* Div. II. 57. *isti philosophi superstitiosi ac paene* fanatici (scil. Stoici qui oracula Delphica olim vera et sincera fuisse, postea evanuisse credebant.) Dom. 40. *quid tibi necesse fuit, anili superstitione, homo* fanatice, *sacrificium, quod alienae domi fieret, invisere?*

FANUM. Verr. I. 18. fanum *Apollinis* (Delium) religiosissimum. Ibid. 19. *expugnatio* fani *antiquissimi et nobilissimi Iunonis Samiae.* Ibid. 20. *Pergae* fanum *antiquissimum et sanctissimum Dianae* a Verre spoliatum. Inv. II. 1. fani (Iunonis apud Crotoniatas) *religio.* N. D. III. 18 *fanum* Eumenidum *Athenis.* Leg. III. 11. *Athenis fecerunt* Contumeliae *fanum et* Impudentiae (Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας) N. D. III. 25. fanum *Febris.* Ibid. III. 31. *Proserpinae.* Att. XII. 18. 19. agitur de fano, quod Cicero Tulliae suae consecrare volebat.

FARCIRE. Verr. V. 11. *pulvinus perlucidus rosa* farctus Tusc. II. 10. in versiculis ex Aeschyli Prometheo soluto latine versis: (aquila) *iecore opimo* farta *et satiata.*

FARI, fr. lib. II. de Gloria: Fabitur *hoc aliquis, mea semper gloria vivet;* versus 91. lib. VII. Iliados latine translatus. Apud Homerum est: ὥς ποτέ τις ἐρέει τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται. N. D. I. 29. *ne* fando *quidem auditum est crocodilum — violatum ab Aegyptio.* Div. I. 29. *namque me Apollo fatis* fandis (rebus futuris enuntiandis) *dementem invitam ciet.* Cassandra loquitur apud poetam tragicum

FARTOR, qui farcimina s. lucanicas facit et vendit. Off. I. 42. *cetarii, lanii, coqui,* fartores, *piscatores,* e Terentii Eunucho II. 2, 26.

FAS. Milon. 16. (Clodius) *ita iudicia poenamque contempserat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam* fas *esset, aut per leges liceret.* Rull. II. 7. *quoad* fas *esset, quoad liceret.* Att. I. 13. *ius et* fas *omne*

delere. Cluent. 5. (Sassia) *generi sui contra quam* fas *erat amore capta.* Tusc. V. 13. *humanus animus — cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc* fas *est dictu, comparari potest.*

FASCES, notum illud insigne, magistratibus Romanis praeferri solitum. Verr. V. 9. *quaeret, quamobrem* fasces *praetoribus praeferantur, cur secures datae.* Nempe in provinciis propraetoribus sex lictores praeferebant fasces virgarum cum securibus. Ibid. 15. *Secuta provincia est, in qua tibi numquam venit in mentem non tibi idcirco* fasces *et secures et tantam imperii vim — datam, ut earum rerum vi et auctoritate omnia repagula iuris, pudoris, et officii perfringeres* Rull. II. 34. *quum ceteris in coloniis duumviri appellentur hi se praetores appellari volebant. — Deinde anteibant lictores non cum bacillis, sed ut hic praetoribus anteeunt,* (quibus nempe in urbe bini fasces praeferebantur) *cum* fascibus *duobus.* Post victoriam imperatores utebantur fascibus laureatis. Div. I. 28. Ciceroni in somnio visus *C. Marius cum fascibus laureatis.* Idem quum ex Cilicia redisset ob spem triumphi lictoribus utebatur cum fascibus laureatis. Eos, quamquam sibi bello civili inter Caesarem et Pompeium exorto molesti erant, tamen diu retinuit. Att. VIII. 3. *Age iam has compedes,* fasces *inquam hos* laureatos *efferre ex Italia, quam molestum est.* Eos tamen etiam post reditum a proelio Pharsalico aliquamdiu tenuisse ipse testatur Ligar. 3. *a quo* (Caesare) *concessos* fasces *laureatos tenui, quoad tenendos, putavi.* Phil. XIV. 5. proximo post Caesaris obitum anno Ciceronem id. Quintil. cum fascibus descensurum sparserunt eius inimici.

FASCIA. 1. *Ein Band.* Div. II. 65. *quidam somniavit ovum pendere ex* fascia *lecti sui cubicularis.* 2. *Eine Binde.* Brut. 60. *Octavius devinctus erat* fasciis *et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus.* Att. II. 3. *Valerius absolutus est. Id iudicium Auli filio* (i. e. Afranio apud Pompeium gratiosissimo) *condonatum putabatur; et Epicratem* (Pompeium) *suspicor, ut scribis, lascivum fuisse* (i. e. rem amatoriam intercessisse, qua Pompeius inductus, ut Valerius absolveretur, operam dederit). *Etenim mihi caligae eius et* fasciae *cretatae non placebant. Caligae*, purpureae scil. et *fasciae cretatae* notantur in eo, quasi cultum et vestitum delicatiorem, ut feminae placeret, usurpante.

FASCICULUS. Q. Fr. II. 12. fasciculus *epistolarum — totus mihi aqua madidus redditus est.* Att. II. 13. fasciculus *literarum* Tusc. III. 18. fasciculum (florum et herbarum odoratarum) *ad nares admovebis.*

FASCIOLAE. Harusp. 21. Clodio inter alia muliebria ornamenta, quibus utebatur, obiiciuntur *purpureae fasciolae.* Apud Sueton. Calig. 17. *purpurae ac conchylii fasciae* distribuuntur, sed feminis et pueris. Vid. inprimis Salmas. ad Lamprid. Alex. Sev. c. 40. *Ern.*

FASTI, liber in quo dies fasti et nefasti, festi et profesti notantur. Muren. 11. *Posset lege agi necne pauci quondam sciebant.* Fastos *enim vulgo non habebant.* — Inventus est scriba *quidam* Cn. Flavius, qui — *singulis diebus ediscendis* (qui fasti scil. quive nefasti essent) fastos *populo proposuerit;* (nempe in foro) Tusc. I. 28. *Luna accretione et diminutione luminis quasi* fastorum *notans et signans dies.* 2. Inprimis sunt *fasti consulares*, in quibus qui singulis annis consules fuerint notatum. Sext. 14. de Pisone et Gabinio: *consules (si appellandi sunt consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam e* fastis *evellendos putat.)* Pis. 13. *hos consules, non dicam animi hominum, sed ulli* fasti *ferre possunt?* Prov. cons. 19. aut vobis statuendum est — legem Fusiam non esse abrogatam. (quae lege Clodia contraria erat abrogata) *non omnibus* fastis *legem ferri licere;* hoc enim lex Fusia prohibuerat; ne omnibus fastis diebus legem ferri liceret. Att. IV. 8. de Domitio, cuius consulatus a Caesare et Pompeio impediebatur. *Si vero id est quod nescio an sit, ut* (Pompeius) *non minus longas iam in codicillorum* fastis *futurorum consulum paginulas habeat, quam factorum, quid illo* (Domitio) *miserius?* Hic fasti codicillorum sunt *fasti privati*, et Cicero facete suspicatur Pompeium iam in plurimos annos consules, quos velit creari, designasse.

FASTIDIOSE. 1. iusto severius; de iudicando. Or. I. 26 *quam diligenter et prope* fastidiose *iudicamus.* Ibid. 61. *quod ego non tam* fastidiose *in nobis quam in histrionibus spectari puto* (i. e. multa, ut vocis bonitas, ab histrionibus severius exiguntur, quam ab oratoribus.) *Itaque nos paucos saepe attentissime audiri video, at Aesopum si paullum irrauserit, explodi.* Att. II. 1. *lente et* fastidiose *probare aliquid.* 2. Planc. 26. quum Cicero

post quaesturam e Sicilia decessisset, et quaerenti cuidam quo die Roma exisset, respondisset, se ex provincia decedere, ille etiam mehercules, inquit, ut opinor ex Africa. Huic Cicero *stomachans*, (et qui moleste ferebat eum nescire qua in provincia quaestor fuisset) fastidiose (*mit wegwerfendem Tone*) immo ex Sicilia, *inquit*

FASTIDIOSUS. 1. Severus in iudicando, delicatus, *ekel.* Her. IV. 23. *quae lepida et concinna cito satietate afficiunt aurium sensum* fastidiosissimum. 2. Difficilis in recipienda aliqua causa. Brut. 57. *Antonius facilis in recipiendis causis*, fastidiosior *Crassus*. 3. Qui aliquid contemnit. Brut. 70. *Memmius perfectus literis, sed Graecis; fastidiosus sane Latinarum (aus lateinischer Literatur machte er sich wenig)*. 4. Insolens et superbus. Her. IV. 40. *in aequos et pares* fastidiosus (*zuruckstossend*).

FASTIDIRE. Mil. 16. *nihil est tam — flexibile, quam voluntas erga nos sensusque civium, qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in recte factis saepe* fastidiunt. i. e. fastidiose de iis iudicant (*haben immer noch etwas auszusetzen*).

FASTIGIUM. 1. Tectum ab oppositis partibus declive; *ein Satteldach.* Orat. III. 46. *Capitolii* fastigium *illud, et ceterarum aedium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Nam quum esset habita ratio quemadmodum ab utraque tecti parte aqua delaberetur, utilitatem* fastigii *templi dignitas consecuta est.* Q. Fr. III. 1, 4. *absolutum offendi in aedibus tuis tectum quod supra conclavia tibi non placuerat esse multorum* fastigiorum. 2. In templis fastigium erat frons tecti triangularis, Graecis ἀετὸς, vel ἀέτωμα dicta, nostris *Giebeldach*, Gallis *Fronton.* Eiusmodi fastigium quod fere erat templis proprium, ideo in honoribus divinis Caesari habitis memoratur. Phil. II. 43. *quem is honorem maiorem consecuturus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum*, fastigium, *flaminem.* 3. Metaphorice dicitur. Off. III. 7. *imponere* fastigium *operi inchoato* pro *finire opus.*

FATALIS. 1. Fato constitutus. Ac. post. I. 7. Fatalis *et immutabilis continuatio ordinis sempiterni.* N. D. I. 20. *illa* fatalis *necessitas, quam εἱμαρμένην dicitis.* Partit. 21. *quae videbantur ei, de quo agimus, accidisse divina atque* fatalia. Fat. 13. *tam est* fatale *medi-*

binius et Piso 5. vaticinium. Catil. III. 4. *ex fatis Sibyllinis haruspicumque responsis.*

FATUUS, stultus. Deiot. 7. *non modo nequam et improbus, sed* fatuus *et amens.* Att. VI. 6. *puer fortasse* fatuus (*ein junger Unbesonnener*) *et non continens.* Orat. II. 67. *homo* fatuus (*der Dummkopf*) ibid. 24. *hoc praeceptum non tam acutum quam necessarium magisque monitoris non fatui* (*eines nicht ungescheiden Rathgebers*) *quam eruditi magistri.*

FAUCES. 1. Angustior pars gutturis, λάρυγξ. Hinc ducta metaphora Cluent. 31 quum faucibus premeretur (ut Germani: *da es ihm an die Kehle ging*), i. e. quum re premeretur, quum in summum discrimen venisset; ex quo alio modo se expedire non poterat. Simili metaphora dicitur. Verr. III. 76. *Timarchides premit* fauces *defensionis tuae*, i. e. facit ut hac defensione prorsus uti non possis. Div. II. 26. fauces russae *gallorum.* Vid. *Russus.* 2 Locus abditus et profundus. N. D. II. 37. *patefactis terrae* faucibus. 3. Aditus angustus. Rull. II. 32. *Corinthus erat posita in angustiis atque in* faucibus *Graeciae.* Quint. 6. *necessarios a* faucibus *macelli corrogare.* Verr. III. 62. *sedentem in* faucibus *macelli loqui palam.* 4 Discrimen. Arch 9. *populi Romani laus est urbem amicissimam Cyzicenorum — ex omni impetu regio ac totius belli ore ac* faucibus *ereptam esse.* 5. Impetus hominum perniciosus. Orat. II. 52. *eripite nos ex* faucibus *eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri.* 6. De animi avaritia. Q Fr. I. 1. 6. *nisi me* moveri putas *Tuscennii — vocibus, cuius tu ex impurissimis* faucibus *inhonestissimam cupiditatem eripuisti.*

FAVERE. 1. Fam. XII. 7. favebam *et rei publ. cui semper* favi, *et dignitati ac gloriae tuae.* Ibid. XV. 4. *huic meae voluntati, in qua inest vis desiderii, ut* faveas *adiutorque sis, vehementer te rogo.* Orat. II. 51. *invidetur commodis hominum ipsorum, studiis autem eorum ceteris commodandi* favetur. Planc. 8. de studiis municipiorum in municipum suorum honoribus adiuvandis. Planc. 8. *quid ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri prope dicam ipsi, montesque* faverunt. 2. *Favete linguis* formula solemnis, qua praeco, ne sacra turbarentur, silentium imperabat. Div. I. 45. *Rebus divinis, quae publicae fierent ut* faverent *linguis, imperabatur.* Inprimis hoc fiebat, ne verba male

ominata audirentur. Div. II. 40. 3. *Favere* dicuntur spectatores histrionibus quum eos probant, iis plaudunt. Rosc. Com. 10. 4. Div. II. 26. *Galli silentio noctis*, ut ait Ennius favent *faucibus russis cantu, plausuque premunt alas*, ubi verbo *favere* alluditur ad morem in theatro actoribus scenicis plausu favendi.

FAVOR. 1. Quintilianus VIII 3, 34. *Favorem* inquit et *Urbanum* Cicero nova credit. Nam in epistola ad Brutum: *Eum* inquit *amorem et eum* (*ut hoc verbo utar*) favorem *in consilium advocabo*. 2. Inprimis *favor* dicitur de plausu histrionibus, aut honoris causa viris apud populum gratiosis in theatrali vel gladiatorio consessu dato. Rosc. Com. 10. *quam enim spem et exspectationem, quod studium et quem* favorem *secum in scenam attulit Panurgus?* (h. e. quam causam spei et — favoris). *Quod Roscii fuit discipulus. Qui diligebant hunc, illi* favebant. Sext. 54. *theatrales gladiatoriique consessus dicuntur omnino solere, levitate nonnullorum, emptos plausus exiles et raros excitare — sit hoc sane leve, quod non ita est, quoniam optimo cuique impertitur; sed si est leve, homini gravi leve est; ei vero qui pendet a rebus levissimis, qui rumore et* (*ut ipsi loquuntur*) favore *populi tenetur et ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est.* 3. Leg. II. 5. postquam summas leges esse divinas et naturales dixerat, ita pergit: *quae sunt autem varie et ad tempus descripta* favore *magis*, scil. erga legum latores (*aus Vorliebe für die, welche solche Gesetze vorschlagen*) *quam re legum nomen tenent*.

FAUSTE. Mur. 1. *precatus sum, ut ea res vobis* fauste *feliciter prospereque eveniret*.

FAUSTUS. Div. I. 43. *Maiores nostri, quia* (omina) *valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis quod bonum*, faustum, felix, fortunatumque esset, *praefabantur*. Hinc ibid. 47. fausta *signa suae laudis*. Tusc. I. 49. *horribilem illum diem* (emortualem) *aliis nobis* faustum (*von guter Vorbedeutung*) *putemus*.

FAUTOR. Rosc. Am. 6. *hic quum omni tempore nobilitatis* fautor *fuisset, tum hoc tumultu proximo — eam partem causamque opera, studio, auctoritate defendit*. Fam. XII. 25. *Ego tuorum consiliorum dignitatisque* fautor. Ibid X. 12. *me tuae dignitatis non modo* fautorem, *sed etiam amplificatorem cognosces*. Planc. 1.

quum multos et bonos viros eius honori viderem esse fautores.

FAUTRIX. Planc. 9. *tota nostra illa* — fautrix *suorum regio, se huius honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur.* Fin. I. 20. *amicitiae non modo* fautrices *fidelissimae, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quam sibi.*

FAVUS. Off. I. 44. *apum examina non fingendorum* favorum *causa congregantur, sed quum congregabilia natura sint, fingunt* favos.

FAX. 1. Sensu proprio. Att. XIV. 10. *servi cum* facibus *in tecta nostra immissi.* Catil. I. 13. *malleolos et* faces *ad inflammandam urbem comparare.* Cluent. 6. faces *nuptiales.* 2. Est inter meteora caelestia. Catil. III. 8. *ut omittam visas nocturno tempore ab occidente* faces (*Feuerkugeln*) *ardoresque caeli.* N. D. II. 5. facibus *visis caelestibus.* 3. Metaphorice de maiorum facinorum auctoribus, hominibus pestiferis. Harusp. 2. *cum his furiis, et* facibus *bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum.* Dom. 5. *providendum fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista* fax *funesta adhaeresceret!* Phil. II. 19. *Antonius eius* (Clodii) *omnium incendiorum* fax. Catil. I. 6. *cui tu adolescentulo quem corruptelarum illecebris irretisses non ad audaciam ferrum, aut ad libidinem* facem *praetulisti?* Milon. 35. *quum omnes a meis inimicis* faces *meae invidiae subiiciuntur.* 4. De impetu dolorum. Off. II. 10. *dolorum quum admoventur* faces. Sic Tusc. II. 25. ibid. V. 27. *dolor* faces *ardentes intentat.* 5. De corporis stimulis. Tusc. I. 19. *quum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes cupiditates.* 6. De oratione ad commovendos auditorum animos composita. Orat. II. 51. *neque parvis in rebus adhibendae sunt hae dicendi* faces. Ibid. III. 1. *hic quum Crassus — Philippo quasi quasdam verborum* faces *admovisset, non tulit ille et graviter exarsit.*

FEBRICULA. Fam. X. 21. *frater ex labore in* febriculam *incidit assiduam et satis molestam.* Att. VI. 9. *erat in extremo tum te* febriculam *habentem scripsisse.*

FEBRIS. Fam. XVI. 15. *Aegypta mihi nuntiavit te plane* febri *carere.* Tusc. I. 36. *inest velle in carendo, nisi quum sic tanquam in febri dicitur.* Catil. I. 13. *homines aegri morbo gravi quum aestu* febrique *iactantur.* N. D. III. 10. *vide quaeso si omnia quae certis tem-*

FEMEN. Verr. IV. 43. *signum Apollinis pulcherrimum, cuius in* femine *literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum.*

FEMUR. Brut. 80. de soluta et oscitante oratoris actione: *non frons percussa, non* femur, quem locum laudat Quintilian. XI 3. 123. et *Femur* inquit *ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleo, et usitatum est, et indignantes decet, et excitat auditorem.*

FENERARI. Vid. *Foenerari.*

FENESTRA. 1. Sensu proprio. Att. II. 3. fenestrarum *angustiae* 2. Per translationem. Tusc. I. 20. *eae partes* (scil. sensuum organa) *quae quasi* fenestrae *sunt animi.*

FENUS, vid. *Foenus.*

FERAE. Off. I. 16. ferae *rationis et orationis expertes.* Her. II, 19. *quum* feras *bestias videamus alacres et erectas vadere, ut alteri bestiae noceant.* Rosc. Am. 26. *noluerunt* feris *corpus* (parricidae) *obiicere, ne bestiis quoque, quae tantum scelus attigissent immanioribus uteremur.* Sed hoc nemini potuit in mentem venire, in eoque Cicero adolescens ingenio iuveniliter luxurianti nimium indulsit.

FERALIA, festus dies diis manibus consecratus a. d. VIII Kal. Mai. Att. VIII, 14. IX, 1.

FERAX. 1. De agris. Verr. III. 2. transfertur ad animum. Orat. 15. *nihil est* feracius *ingeniis iis praesertim, quae disciplinis exculta sunt.* 2. Item ad locos philosophiae. Off. III, 2. *quum tota philosophia frugifera et fructuosa — sit, tum nullus* ferацior *in ea locus est, nec uberior, quam de officiis.*

FERCULUM, machina aut pulpitum in quo si pompa fuerit triumphalis, signa et ornamenta hostibus erepta, si circensis, deorum simulacra sic ferebantur, ut qui ea gestarent tardissimo gradu uterentur. Off. I. 36. *cavendum est autem, ne — tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum* ferculis *similes esse videamur.* Hic locus obversatus est Ambrosio lib. I. de officiis c. 18. ita scribenti: *sunt etiam qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, et quasi quaedam* fercula *pomparum, et statuarum motus nutantium, ut quotiescumque gradum transferunt, modulos quosdam servare videantur.* Itaque non est audiendus Faccio-

latus ad Nizolium qui, quasi apud Ciceronem *ferculis* non a nominativo *ferculum*, sed a *ferculus* declinatum sit, illud pro *baiulis* accipiendum putavit.

FERE. 1. Propemodum. Off. I. 18 *statuas videmus ornatu* fere *militari*. 2. Plerumque. Inv I. 30. *Probabile est quod* fere *fieri solet*. Her II. 27. fere *non difficile est invenire quid sit causae adiumento* 3. Circiter. Att. XIV. 22. *hora* fere *tertia*. 4. *Non fere* est non sane, non admodum, *nicht eben*. Brut. 40. aetates vestrae *nihil aut non* fere *multum differunt*. Sext. 23. *ex bellica victoria non* fere *quemquam est invidia civium consecuta*.

FERIAE. Leg. II. 12. feriarum *festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et iurgiorum, in servis operum et laborum, quas compositor anni conferre debet ad perfectionem operum rusticorum*. De feriis legendus est Macrobius Saturnaliorum lib. I. cap. 16. ubi distinguit in festis, sacrificia, ludos, epulas, ferias. „Feriarum, inquit publicarum genera sunt quatuor. Aut enim *stativae* sunt, aut *conceptivae*, aut *imperativae*, aut *nundinae*. Et sunt *stativae* universi populi communes certis et constitutis diebus ac mensibus, et in fastis statis observationibus annotatae; in quibus praecipue servantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. *Conceptivae* sunt, quae quotannis a magistratibus vel a sacerdotibus concipiuntur in dies certos, vel etiam incertos; ut sunt Latinae, Sementivae, Paganalia, Compitalia. *Imperativae* sunt, quas consules, vel praetores pro arbitrio potestatis indicunt. *Nundinae* sunt paganorum, id est rusticorum, quibus conveniunt negotiis propriis vel mercibus provisuri. Sunt praeterea feriae *propriae familiarum*; ut familiae Claudiae, vel Aemiliae, s. Iuliae, sive Corneliae, et si quas ferias proprias quaeque familia ex usu domesticae celebritatis observat. Sunt *singulorum*, ut natalium, fulgurumque susceptiones, item funerum atque expiationum," etc. *Feriae denicales*. Vid. *Denicales*. Q. Fr. II 5. *novendiales* feriae *Tuditano et Aquilio Coss.* N D. I. 6. feriae *Latinae*. Leg. II. 22. *in eo qui in navi necatus, deinde in mare proiectus esset decrevit P. Mucius — habendas triduum* ferias, *scil.* denicales, in familia eius qui necatus esset. Orat. III. 22 *forenses* feriae dicuntur, quum iudicia non exercentur. Off. III. 14. *quaerit*

(Canius) *ex proximo vicino, num* feriae *quaedam piscatorum essent, quod eos nullos videret.*

FERIATUS. N. D. I. 36. *deum volumus* (Epicurei) feriatum *cessatione torpere.* Fam. XII. 16. *ne putes in Asia* feriatum *illum* (Cic. filium) *a studiis futurum.*

FERINUS. Inv. I. 1. *homines sibi victu* ferino *vitam propagabant.* Ita vulgo legebatur. At Ern. e Mss. recepit *victu fero.*

FERIRE. 1. Percutere. Cael. 24. *parietem saepe* feriens; sensu scil. doloris et indignationis commotus. Att. I, 1. *ut frontem* ferias, *scil.* prae admiratione et indignatione. Verr. I. 30. *securi aliquem* ferire. 2. In arte oratoria brevia incisa aut membra dicuntur *ferire,* quia quasi adversarium, vel auditorem urgent. Orat. 67. *nec ullum genus est dicendi — fortius, quem binis aut ternis* ferire *verbis.* 3. *Foedus feriri* dicitur, quia in eo faciendo porca solebat feriri. Inv. II. 30. Idem transfertur ad amores Cael. 14. ubi Appius Caecus inducitur Clodiam alloquens: *Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie foedera* ferires? 4. visa dicuntur sensus aut animum ferire. Fam. XV. 16. *his autem spectris etiamsi oculi possent* feriri, *animus qui possit non video.* 5 Fat. 17. *Mihi quidem videtur Chrysippus tamquam arbiter honorarius medium* ferire *voluisse.* Hanc lectionem, e Mss. emit Victorius eamque putat e Graeco translatam quum Plato aliquoties utatur formula τὸ μέσον τέμνειν. Hic *medium ferire* est rem ita componere ut medium inter duo extrema teneas.

FERME. 1. Fere. Her. IV. 41. *haec exornatio —* ferme *semper necessaria est.* 2. *Non ferme* est, i. q. non facile. Tusc. V. 38. *Sapientis cogitatio non* ferme *ad investigandum adhibet oculos advocatos.*

FEROCIA. Rull II. 35. *quos illorum animos, quos impetus, quam* ferociam *fore putatis?* Ibid. 33. *illam Campanam arrogantiam atque intolerandam* ferociam — *maiores nostri ad inertissimum et desidiosissimum otium perduxerunt.*

FEROCITAS. Sen. 10 ferocitas *iuvenum.* Deiot. 5. *cuius tantae* ferocitatis (fuerit) *victorem orbis terrarum non extimescere.*

FEROCITER. Planc. 13. *publicanorum in Q. Scaevolam — aspere, et* ferociter *et libere dicta.*

Ibid. 22. ferre *tribus. Nempe centurias, tribus ferre,* est earum suffragiis consuiem, praeterein etc creari. Ibid. *quod in ea tribu puncta* tuleris. Ibid. *iudicas te ne gratuita quidem eorum suffragia* tulisse. Alio sensu dicuntur ii, qui suffragantur, *suffragia ferre,* (*ihre Stimme abgeben.*) Att. I. 18. *idemque* (Herennius) fert, *ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii* ferat. 5. Afferre. Fam. I. 7. *quum ea contentio mihi magnum* fructum tulisset. Att. VII. 26. *quod multo rectius fuit, id mihi fraudem* tulit. Ibid. VIII. 1 *eundum; ut, quemcumque fors* tulerit *casum, subeam.* 6. Proponere Off. II. 21. *legem agrariam* ferre (*vorschlagen.*) Sull. 22. *nihil de iudicio* ferebat. *sed poenam ambitus eam* ferebat (*trug darauf an*) *quae fuerat nuper superioribus legibus constituta.* Att. VII. 6. *ut absentis ratio haberetur* ferebam. 6 Praeterea *sententiam ferre* dicuntur iudices, Cluent. 53. senatores, Verr. II. 31. Fam. XI. 21. populus suffragia ferens. Balb. 15. item philosophi. Lael. 16. *constituendi sunt qui sint in amicitia fines et quasi termini diligendi; de quibus video tres sententias* ferri, *quarum nullam probo.* 7. Dicere, fama vulgare. N. D. III. 23 *Apollinem ex Hyperboreis* ferunt *advenisse.* Orat. I. 11. *hominem, ut* ferebant, *acerrimum.* 7. Referre in tabulas. Fam. VIII. 4. *ei expensam* tulit *legionem.* Phil. VI. 5. *quis — inventus est, qui L. Antonio mille numum* ferret *expensum.* Rosc. Com 1. *pecuniam expensam* ferre. 8. Offerre. Att XV. 29. *ait hic sibi Iuliam* ferre sc. conditionem, s. Iuliam velle sibi nubere. Cluent. 64 ferre *in quaestionem servum* (*zur peinlichen Untersuchung anbieten*). 9. Secum ferre, requirere. Verr. V 40. *ita sui per culi rationes* ferre *et postulare.* Q. Fr. I. 4. *ad me, ut tempora nostra, non ut amor tuus* fert (*mit sich bringt*) *vere perscribe.* Fam. XV. 4. *si tempus ita* ferret. Ibid. V. 2. *meae rationes ita* tulerunt. Ibid. X. 21. *si occasio* tulerit. 10. Efferre, extollere. Fam. X. 26. *te omnes in caelum iure et vere* ferunt. Orat. 10. *saepe supra* feret *quam fieri possit.* 11. Ferri saeve es *impetu rapi.* Quint. 11. *usque eo fervet* ferturque *avaritia.* Cluent. 70. *quam caecam crudelitate et scelere* ferri *videtis.* 12. Idem de oratione vehementi et incensa. Orat. 57. *genus orationis vehemens — quod quum rapide* fertur, *sustineri nullo pacto potest.* Ibid. 28. *admiratae gentes — eloquentiam, quae cursu magno sonituque* ferretur.

FERVIDUS. 1. Sensu proprio. N. D. II. 11. *Quarta pars mundi — tota natura* fervida *est.* Metaphorice de orationis vehementia. Brut. 68. (*Stalenus utebatur*) fervido *quodam et petulanti et furioso genere dicendi.* Ibid. 28. *App. Claudii volubilis, sed paullo* fervidior *erat oratio.* Brut. 83. *censuerim novam istam quasi de musto ac lacu* fervidam *orationem* (*ein brausender Vortrag*) *fugiendam.*

FERVOR 1. De igne. N. D. II. 11. *mundi* fervor *purior, perlucidior, mobiliorque multo — quam hic noster calor.* 2. Metaphorice. Prov. cons. 12. *mare illud immensum, cuius* fervore *non solum maritimi cursus, sed urbes etiam et viae militares iam tenebantur,* h. e. piratarum incursionibus infestabantur. 3. De animo. Orat. 1. *iracundia est* fervor *mentis.* Sen. 13. fervor *aetatis.*

FERUS. 1. N. D. II. 39 *varia genera bestiarum vel* cicurum *vel* ferarum. Ibid. 64. *immanes et* feras *beluas nanciscimur venando.* 2. Leg. I. 8 *nulla gens est neque tam immansueta, neque tam* fera, *quae non etiamsi ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.* Orat. I. 8, *homines a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducere.* Inv. I. 1. *ex* feris *et immanibus mites reddere et mansuetos.* Phil. II. 9. *quaero cur tam subito mansuetus in senatu fuerit, quum in edictis tam fuisset* ferus.

FESSUS. Somn. 1. fessus *de via.* Att. XV. 9. plorando. Planc. 10. inedia fluctibusque.

FESTINANTER. 1. Eilig. Att. III. 8. festinanter *scripseram.* 2. Uebereilt Fin. V 26. *illud mihi a te nimium* festinanter *dictum videtur.*

FESTINARE. Fam. XVI. 9. *solent nautae* festinare *quaestus sui causa.* Phil. I. 2. *ad singulare Antonii factum* festinat *oratio.* Ibid. II. 18. *ad ea quae quotidie facit* festinat *animus.*

FESTINATIO. Fam. XII. 25. *inde ventis remisque in patriam omni* festinatione *properari.* Att. XIII. 1. *Nec ullum genus possessionis est quod melius; — cuius* festinationem *mihi tollis, quoniam de aestate polliceris vel potius recipis: h. e.* non vis me festinare, quum hac aestate nos quod volumus habituros esse affirmes. Phil. III. 1. *mea* festinatio *non solum victoriae avida*

puli Romani iure perscripta est. cf. Off. III. 29. Acerba utitur Cic. in Verrem εἰρωνείᾳ Verr. V. 19. *At enim iccirco navem Mamertinis non imperasti, quia sunt foederati. Dii approbent!* (*Gott gebe seinen Segen dazu*). *Habemus hominem in* fetialium *manibus educatum, unum praeter ceteros in publicis religionibus foederum sanctum et diligentem.*

FEX, sensu metaphorico. Att. I. 13. *apud sordem urbis et* fecem. Q. Fr. II. 5. *perditissima atque infima* fex *populi.* Fam. VII. 32. *tanta* fex *est in urbe* (scil. hominum ineruditorum,) *ut nihil sit tam ἀκύθηρον, quod non alicui venustum esse videatur.* Flacc. 8. *opifices et tabernarios atque illam omnem* fecem *civitatum, quid est negotii concitare?* Att. II. 1. *Cato optimo animo utens et summa fide nocet interdum reip. Dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ non tamquam in Romuli* fece (i. e. in perdito reip. Romanae statu) *sententiam*, i. e. nimia severitate utitur. Brut. 69. *Tu quidem de* fece *hauris, idque iamdudum, h. e.* vilissimos quosque oratores commemoras.

FIBER, der Biber. Scaur. fr. fibri *redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetantur.* Nempe fibris in vesicula quadam inter pedes posteriores nascitur succus ille, qui vocatur castoreum. Et hanc vesiculam cum testiculis fibrorum iam olim confusam esse notum est. Inde fabula invaluit fibrum sibi ipsum testiculos demordere, si periculum sibi a venatoribus castoreum expetentibus intendi videat. Plin. VIII. 30. *easdem partes* (testiculos) *sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo urgente, ob hoc se peti gnari.* cf. Iuvenal. Sat. XII. 36. sqq.

FIBRA. 1. In arboribus. Sen. 15. *terrae vis — elicit herbescentem viriditatem, quae nixa* fibris *stirpium sensim adolescit.* Inde per translationem: Tusc. III. 6. *audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum* fibras *evellere.* 2. In animalibus. Div. I. 10. *quid* fibra *valeat*, i. e. extremitas extorum s. λόβος.

FICTE. Q. Fr. I. 1. ficte *et simulate loqui.* Dom. 29. *maiores nostri non* ficte *et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt.* Fam. III. 12. ficte *reconciliata gratia.*

FIDELITAS. Fam. XV. 20. *Asclaponis medici tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars — in qua mihi tum ipsa scientia tum etiam* fidelitate *benivolentiaque satisfecit.* Planc 29. *amicorum* fidelitas.

FIDELITER. Att. XV. 20. *mercedes praediorum, quae si* fideliter *Ciceroni curabuntur, nihil ei deerit.* Off. I. 26. *vivere simpliciter,* fideliter *vitaeque hominum amice.* Fam. X. 23. *per quorum loca* fideliter (*sicher vor Gefahren*) *mihi pateret iter.*

FIDENS. Off. I. 23. *opera magni animi et excelsi et prudentia consilioque* fidentis. Att. VI. 6. *Puer bene sibi* fidens. Tusc. III. 7. *qui fortis est, idem est* fidens; *quoniam* confidens, *mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. — Qui autem est* fidens, *is profecto non extimescit.*

FIDENTER. Acad. pr. II. 8. *Sapientia — quomodo suscipere aliquam rem aut agere* fidenter *audebit, quum certi nihil erit quod sequatur?* N. D. I. 8. *Velleius* fidenter *sane, ut solent isti,* (Epicurei) *nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur, audite, inquit* etc.

FIDENTIA. Inv. II. 54. Fidentia *est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe collocavit.* Ibid. fidentiae *contrarium est diffidentia.* Ibid. *audacia fidentiae* finitima *est.* Tusc. IV. 37. *Fidentia,* id est *firma animi confisio, scientia quaedam est, et opinio gravis, non temere assentiens.*

FIDES 1. *Treue, Redlichkeit,* Off. I. 7. *Fundamentum iustitiae est* fides, *id est dictorum conventorumque constantia et veritas; ex quo quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari, Stoicos — credamusque, quia fiat quod dictum est, appellatam* fidem. Off. III. 17. *Q. Scaevola* — fidei *bonae nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitae societas contineretur.* Flacc. 4. *testimoniorum religionem et* fidem *numquam ista natio* (Graecorum) *coluit.* Balb. 5. *Athenis aiunt, quum quidam apud eos qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset, et — iurandi causa ad aras accederet, una voce omnes iudices, ne is iuraret reclamasse. Quum Graeci homines spectati viri noluerint religione* (iurisiurandi) *videri potius,*

FIDICEN. Fam. IX. 22. *Socratem fidibus docuit nobilissimus* fidicen. *Is Connus vocitatus est.* N. D. III. 9. *Saepe dixti, nihil fieri sine deo, nec ullam vim esse naturae, ut sui dissimilia posset effingere. Concedam non modo animantem et sapientem esse mundum, sed* fidicinem *etiam et tibicinem, quoniam earum quoque artium homines ex eo procreantur.*

FIDICULA. N. D. II. 6. fidiculae *numerose sonantes*

FIDUCIA 1. Lael. 15. *tyrannorum vita, in qua — nulla stabilis benivolentiae potest esse* fiducia. Verr. V. 18 *quae faciebat tua se* fiducia *facere dicebat.* cf. ibid. Act. I. 14. Verres saepe dixerat in Sicilia: *se habere hominem praepotentem* (Q. Hortensium) *cuius fiducia provinciam spoliaret.* Q. Fr. II. 11. *arcae nostrae* fiducia (*im Vertrauen auf meine Casse*). „2. Fiducia est, i. q. hypotheca pignus. Flacc. 21. fiducia *accepta.* Ibid. fiducia *commissa.* vid. Faërn. ad h. l. 3. Genus iudicii, in quo iudicatur ex aequo et bono hac formula: *ut inter bonos bene agier oportet.* Off. III. 15. Fam. VII. 12. vid. Salmas. de mod. Usur. c. 14. de Usur. c. 4. 4. *Fiducia* est etiam in hereditatibus et emptionibus, quum aliquis heres fit hac conditione, ut accepta hereditate eam reddat alteri, quem heredem scribere per leges non licebat, tamquam filiae, quae ex lege Voconia heres esse non poterat; item quum alicui venditur aliquid venditione imaginaria, ut rem venditam statim reddat, quae fit in hereditate a sacris liberanda. Caecin. 3. *qui per tutelam aut societatem, aut rem mandatam, aut* fiduciae *rationem fraudavit aliquem.* Rosc. Com. 6. si qua sunt privata iudicia summae existimationis et paene dicam capitis, tria haec sunt, fiduciae, tutelae, societatis. cf. N. D. III. 30. Off. III. 17." *Ern.*

FIDUS. Off. II. 8. *familiaritates habere* fidas *amantium nos amicorum.* N. D. II. 63. *canum tam* fida *custodia.*

FIGERE. 1. Ponere, firmiter collocare. Verr. V. 12. *crucem* figere *servis.* Fam. II. 6. *ego omnia mea studia, omnem operam, industriam, cogitationem in Milonis consulatu* fixi *et locavi.* 2. Metaphorice, confirmare. Verr. V. 21. *ut hoc beneficium quemadmodum dicitur, clavo trabali* figeret. 3. Affigere de legibus aliisque tabulis. Att. XIV. 12. Phil. I. 2. II. 36. 4. Usur-

patur de gladiis aliisque telis, quibus corpus vulneratur. Phil. XIV. 3. *dubitare, utrum mucrones in cive an in hoste* figantur. Inde per metaphoram. Harusp. 18. *deorum tela in impiorum mentibus* figuntur. 5. Inde saepius dicitur aliquis *figere alterum*, quum eum maledictis, aut iocis lacessit. N. D. I. 34. *Zeno Apollodorum — ceteros* figebat *maledictis* Orat. 26. *orator adversarios* figet.

FIGURA. 1. Species et forma corporis. Rosc. Am. 22. *Portentum est, esse aliquem humana specie et* figura, *qui tantum immanitate bestias vicerit.* Fin. V. 12. *corporis nostri partes totaque* figura *et forma et statura quam apta ad naturam sit apparet.* N. D. I. 32. *hoc dico, non ab hominibus formae* figuram *venisse ad deos.* Ibid. 18 *quae compositio membrorum quae conformatio lineamentorum, quae* figura, *quae species humana potest esse pulchrior?* Verr. II. 35. *Himera in muliebrem* figuram *habitumque formata.* 2. Metaphorice. Inv. I. 28. *Maius et minus et aeque magnum ex vi et ex numero, et ex* figura *negotii, sicut ex statura corporis consideratur.* Her. II. 12. *dividitur pronuntiatio in vocis* figuram *et corporis motum.* Figura *vocis (Ausbildung der Stimme) est, quae suum quendam possidet habitum ratione et industria comparatum. Ea dividitur in tres partes, magnitudinem, firmitudinem, mollitudinem.* Orat. II. 23 *Curio suam quandam expressit quasi formam* figuramque *dicendi (hat sich als Original in dem rednerischen Vortrage gezeigt).* III. 52. figura *orationis*, i. q genus dicendi sive tenue, sive medium, sive sublime. Opt. gen. or. 5. *Nec converti* (orationes Aeschinis et Demosthenis de corona) *non ut interpres, sed ut orator sententiis iisdem et earum formis tamquam* figuris. Orat. 2. *optima species et* figura *dicendi (das Ideal der Beredsamkeit).*

FIGURARE. N. D. II. 63. *boum terga declarant non esse se ad onus accipiendum* figurata. Fin. V. 12. *hominis est ita* figuratum *corpus, ut excellat aliis.* N. D. I. 39. *individua corpora* (atomi) *pellere se ipsa et agitari inter se concursu fortasse possent, formare,* figurare, *colorare, animare non possent.* Univ. 6. *Deus mundum ea forma* (scil. globosa) figuravit, *qua una omnes reliquae formae continentur.*

FILIA, fr. o at. in Tog. cand. *ex eodem stupro tibi uxorem et* filiam *invenisti.*

FILICATUS, vid. FELICATUS.

FILIOLA. Div. I. 46. filiolam *suam animadvertit tristiculam.*

FILIOLUS. Att. I. 1. Filiolo *me auctum scito, salva Terentia.*

FILIUS. Fam. VI. 6. filius *imago animi et corporis paterni.* Fin. II 18. *Sex. Peducaeus is qui hunc nostrum reliquit, effigiem et humanitatis et probitatis suae* filium. Verr III. 69. filius *natura, consuetudine discipulus, voluntate similis.* Muren. 5. *sedere in equis triumphantium praetextati potissimum* filii *soliti.* Dom. 14. *id scire et videre omnes, non ut ille* filius *instituatur, sed ut e patriciis exeat et trib. pl. fieri possit iccirco adoptari.* Filius familias. Cael. 15.

FILUM, a proprio sensu ad orationem translatum 1 significat genus dicendi. Orat. III. 26 *haec formanda* filo *ipso et genere orationis.* Ibid. II. 22. *Critias, Theramenes, Lysias — omnes retinebant illum Pericli succum, sed erant paullo uberiore* filo, (*scil* quam ille, qui brevior erat, sententiis magis quam verbis abundans). Orat. 36. *argumentandi tenue* filum. Div. IX. 12. de oratione pro Deiotaro; quam ad regem illum miserat: *Ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso* filo, *cuiusmodi ipsius solent esse munera.* 2. Dicitur pro materia s. argumento orationis. Lael. 7 *aliud quoddam expetimus* filum *orationis tuae.*

FIMBRIAE. Pis. 11. *compti capilli et madentes* (i. e. unguentis affluentes) *cincinnorum* fimbriae (i. e. extremitates).

FINDERE. Leg. II. 3. *hoc quasi rostro* finditur *Fibrenus, et divisus aequabiliter in duas partes latera haec alluit*

FINGERE. 1. Sensu proprio; de arte plastica. Fam. V. 12. *Alexander ab Apelle pingi, a Lysippo* fingi *volebat.* Verr. V. 13. fingere *e cera.* N. D. I. 26. *Non est corpus* (deus ex sententia Epicuri) *sed quasi corpus. Hoc intelligerem, si id in ceris* fingeretur, *aut fictilibus figuris.* 2. De aliis, etiam animalium, operibus. Orat. II. 6 *Volucres videmus* — fingere *et construere nidos.* Off. I 44. *apum examina* — fingunt *favos.* 3. De rerum natura effectrice. Orat. II. 54. *natura* fingit *homines et creat imitatores et narratores facetos.* Acad. pr. II. 27. *etiamne hoc affirmare potes esse*

concludere, *abründen.* Orat. 49. *nec solum componentur verba ratione, sed etiam* finientur; — *sed* finiuntur *aut compositione ipsa, et quasi sua sponte, aut quodam genere verborum in quibus ipsis concinnitas inest.* Orat. III. 49. *Consuetudo illa sit scribendi atque dicendi ut sententiae verbis* finiantur.

FINIS. 1. Terminus, ratione temporis habita; *das Ende.* Itaque *quem ad finem* significat, i. q. *quamdiu* s. *quousque.* Catil. I. 1. Fam. IX. 26. Cael. 5. quem ad finem *putas custodiendam illam aetatem fuisse.* Similiter *ad eum finem* dicitur pro *eatenus* (*bis so weit*). Orat. I. 54. *oratio lecta ad eum* finem, *quem memoria possem comprehendere.* 2. Exitus. Fam. IV. 9. *qui* finis *istius consilii.* Cluent. 5. *in hoc uno falsae infamiae* finis *aliquis atque exitus reperietur.* 3. Terminus orationum, scriptionum, cogitationum. Verr. II. 47. *nos modum aliquem et* finem *orationi nostrae faciamus.* Quint 10. *certos mihi* fines *terminosque constituam, extra quos egredi non possim.* Sext. 65. *ut extremum habeat aliquid oratio mea, et ut ego ante dicendi* finem *faciam, quam vos me attente audiendi, concludam illud de optimatibus.* Att. X. 7. finem *inter nos scribendi de his rebus fieri, tempus est.* Att. XVI 17. *ut nostrae sollicitudinis quam primum* finem *facere possimus.* Fam. XII. 1. *nullum* finem *facio mihi crede de te cogitandi.* Verr. III. 62. finem *facere impudentiae suae.* Ibid. 76. finem *statuere audaciae.* 4. Extremitas locorum et regionum. Off. I. 10. *fama fuit Q. Fabium Nolanum — arbitrum Nolanis et Neapolitanis de* finibus *a senatu datum, cum utrisque separatim locutum — ut regredi quam progredi mallent. Id quum utrique fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines sicut ipsi dixerant terminavit; in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicavit* Nempe si controversia esset de finibus agrorum et fundorum, arbitri constituebantur, qui istam controversiam componerent. Et ex legibus quidem XII tab. terni, postea lege Mamilia de finibus regundis singuli arbitri dabantur. Hinc Mur. 9. ICtus dicitur exercitatus in *regendis finibus*, ut imperator in propagandis. Suaviter hoc transfertur ad controversias philosophorum de finibus bonorum Leg. I. 21. *Ex hac non non rerum sed verborum discordia controversia nata est de* finibus, *in qua quoniam usucapionem XII tabulae intra quinque pedes esse nolue-*

FINITUS. 1. Terminatus. N. D. II. 59. *in ore sita lingua est*, finita *dentibus*. 2. Definitus Part. 18. *quaestionum genus* finitum *temporibus et personis*. 3. Certus, constans. N. D. II. 36 *philosophi debuerunt, si forte eos primus aspectus mundi conturbaverat, postea, quum vidissent motus eius* finitos *et aequabiles, omniaque ratis ordinibus moderata immutabilique constantia, intelligere inesse aliquem — rectorem et moderatorem — tanti operis.* —

FIO. Div. II. 7. *si nihil* fieri *potest, nihil accidere, nihil evenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit esse futurum rato tempore, quae potest esse fortuna?* Lael. 4. *sensu amisso* fit *idem quasi natus non esset omnino.* Acad. pr. II. 33. *quid* fiet *artibus?* Agr. II. 17. *quid* fiet *pecunia.* Att. VI. 1. *quid de illo* fiet, *quem reliquero?* Fam. X. 11. *ne quid detrimenti* fiat *dabitur opera.* 2. *Ita fit* est i. q *ex quo consequitur.* Tusc. V. 5. *ita* fit, *ut sapientia sanitas sit animi.* 3. Tusc I. 3. fieri *potest ut recte quis sentiat, et id quod sentit, polite eloqui non possit; es ist möglich, daſs jemand richtig denkt, aber seine Gedanken nicht zierlich ausdrucken kann.* Lael. 15. nec quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest; *es giebt nichts unerträglicheres als einen begüterten Dummkopf.* 4. Fam. XIII. 2. *quod sine molestia tua* fiat, (*so viel es ohne deine Beschwerde sich thun läſst*). 5. Fam. VII. 18. *An hoc significas*, nihil fieri? (i. e. *nihil esse, quo quaestum facias*) *frigere te? ne chartam quidem tibi suppeditare.*

FIRMAMENTUM. 1. Id quod robur addit civitati; aut aliis rebus. Manil 7 *eum ordinem* (equestrem) *qui exercet illa* (vectigalia) firmamentum *ceterorum ordinum recte esse dicemus.* Planc 9. *flos equitum Romanorum ornamentum civitatis*, firmamentum *reip. publicanorum ordine continetur.* Att. I. 15. *ille annus duo* firmamenta *reip. per me unum constituta evertit; nam et senatus auctoritatem abiecit, et ordinum concordiam disiunxit.* Lael. 18. Firmamentum *stabilitatis constantiaeque eius, quam in amicitia quaerimus fides est.* 2. Ipsa firmitas rei. Cluent. 2. *Falsitas parum* firmamenti *ac virium habet.* 3. Argumentum, quo aliquid confirmatur. Inv. I. 14. Firmamentum *est firmissima argumentatio defensoris.* Her. I. 16. firmamentum *accusationis; id est, quod continet accusationem, quod*

se in remp. fuisse poeniteat. 3. De viribus hominum. Fam. XI. 12. *si aliquid* firmitatis *nactus sit Antonius.* Lael 13. *ut quisque minimum* firmitatis *habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime.* Fam. X. 14. *Exercitus numero amplissimus*, firmitate *exiguus*

FIRMITUDO. Her. III. 11. vocis. Att. X. 10. Fam. V. 13. animi. Att. XI. 14. *non quod ab ipso salus data quidquam habitura sit* firmitudinis.

FIRMUS. 1. De corpore. Fam. XI. 27. *nondum satis* firmo *corpore quum esses.* Fam. XVI. 8. *te penitus rogo, ne te tam longae navigationi et viae per hiemem nisi bene* firmum *committas.* 2. De animo eiusque partibus. Att. II. 25 firmissima *benivolentia.* Brut. 30 *opinio* firma *et stabilis.* Fin IV. 19. *discedet nihilo* firmior *ad dolorem ferendum.* Pet. cons. 7. firma *et perpetua amicitia.* Phil VI. 7 *senatum sua sponte bene* firmum, firmiorem *vestra auctoritate fecistis.* 3 De hominum, exercituum, aut civitatum viribus. Att. VIII. 17. *Domitius non satis* firmus *est ad castra facienda.* Fam. X. 15. firmus *ab equitatu.* Att. I. 1. firmus *candidatus*, qui propter gratiam suam et amicorum magnam spem habet consulatus consequendi. Verr. II. 1. *accusator* firmus, i. e. fortis, minime timidus. Ibid. X. 9. *copias adduco et genere et numero et fidelitate* firmissimas. 4. De sententiis et argumentis. N. D. I. 22. *rationem quae a te affertur non satis* firmam *puto.* Brut. 78. *argumenta* firma *ad probandum.*

FISCINA, *ein Korb.* Flacc. 17. fiscina *ficorum.*

FISCUS. 1. Sacculus ad maioris pecuniae summam capiendam. Verr. Act. I. 8. Act. II. lib. III. 85. 2. Ipsa pecunia in fiscis reposita. Caecil. 8. Verr III. 79. *viator qui* fiscum *sustulit.* 3. Aerarium. Q. Fr. III. 4. *de* fisco *quid egerit Scipio quaeram.* Hic aerarium intelligi Manutius vidit, collata epist 5. eiusdem libri extrema. Ibi enim scribit Cic. *ab aerario puto confectum esse dum absum.*

FISSIO. N. D. II. 63. *quum terrae subigerentur* fissione *glebarum*

FISSUM. Div. II. 13. fissum *familiare et vitale.* Ibid. I. 10. fissum *in extis.* N. D. III. 6. fissum *iecoris.* Div. II. 12. *quod* fissum *periculum, quod commodum*

aliquod ostenderet. Fuit autem *fissum* linea imaginaria exta bipartito dividens, ut altera pars ad hostes, altera ad sacrificantem, eiusque amicos, domum pertineret; unde *familiare fissum*, *pars familiaris extorum* dicitur. Vid. Turneb. Adv. IV. 18. Delrius ad Senec. Oedip. p. 363. sq. ubi quod *fissum* Ciceroni, Senecae *limes* dicitur. Illa linea autem ducitur ab ea, quam Graeci πύλην vocant, ubi lobi iecoris finduntur; quod est proprie *fissum*. Vid. Salmas. ad Solin. p. 91. a. *Ern.*

FISTULA. 1. Canalis plumbeus ad aquam deducendam. Rab. Perd. 11. *Marius* fistulas, *quibus aqua suppeditabatur Iovis O. M. templis ac sedibus, praecidi iusserat.* 2. Instrumentum musicum septem cicutis compositum; quo soni inflantur. Sed simplicior fuit illa fistula Gracchi, de qua narratur Orat. III. 60. *Gracchus cum eburneola solitus est habere* fistula, (*ein Pfeifchen von Elfenbein*) *qui staret occulte post ipsum, quum concionaretur, peritum hominem* (Plutarch. in Gracchis οἰκέτην οὐκ ἀνόητον, *scil.* qui nimiam vocis contentionem intelligeret), *qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum aut remissum excitaret, aut a contentione revocaret.* Nempe illud agebat fistulator ille, ut alio sono Gracchum concionantem a nimio clamore, alio a nimia vocis remissione revocaret. Plutarchus vero nihil aliud egisse eum narrat, quam ut Gracchum a nimia vocis contentione revocaret; ὄπισθεν ἑστὼς τοῦ Γαΐου λέγοντος, ὁπηνίκα τραχυνόμενον αἴσθοιτο τῇ φωνῇ καὶ παραῤῥηγνύμενον δι᾽ ὀργὴν, ἐνεδίδου τόνον μαλακόν ᾧ τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνος εὐθὺς ἅμα τοῦ πάθους καὶ τῆς φωνῆς ἀνιεὶς ἐπραΰνετο. Gellius N. A. I. 11. *Ecce autem — tibiae quoque illius concionatoriae in mentem venit, quam C. Graccho cum populo agenti praeisse ac praemonstrasse modulos ferunt. Sed nequaquam sic est, ut a vulgo dicitur, canere tibia solitum, qui pone eum loquentem staret, variisque modis tum demulcere animum actionemque eius, tum intendere. Quid enim foret ista re ineptius, si ut planipedi saltanti, ita Graccho concionanti numeros et modos et frequentamenta quaedam varia tibicen incineret. Sed qui hoc compertius memoriae tradiderunt, stetisse in circumstantibus dicunt occultius, qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret, ad deprimendum sedandumque impetum vocis eius. Effervescente namque impulsu et instinctu extraneo naturalis illa Gracchi vehementia indiguisse, non opinor, existi-*

manda est. M. tamen Cicero fistulatorem istum utrique rei adhibitum esse a Graccho putat, ut sonis tum placidis, tum citatis aut demissam iacentemque orationem eius erigeret, aut ferocientem saevientemque cohiberet. Valer. Max. VIII. 10, eandem rationem sequitur. *C. Gracchus — quoties apud populum concionatus est, servum post se musicae artis peritum habuit, qui occulte eburnea fistula pronuntiationis eius modos formabat, aut nimis remissos excitando, aut plus iusto concitatos revocando, quia ipsum calor atque impetus actionis attentum huiusce temperamenti aestimatorem esse non patiebatur.* Sed verissimum est Gellii iudicium, neque opus est, ut credamus Gracchi illum fistulatorem musicae artis peritum fuisse. 3. Att. I. 16. *Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoritia fistula auferebamus;* h. e. ut sequitur Popma interpretatur: „et ludis et gladiatoriis muneribus mirandas significationes accepimus, populo plausum et acclamationem signa benivolentiae dante, sine ullo sibilo aut indicio alienatae voluntatis. Pastoritia fistula sibili similem reddit sonum. Unde Graeci σύριγγα, id est, pastoritiam fistulam, pro sibilo dicunt, ut docet Murat. I. 19. Variar. Lection.“ Fieri etiam potest, quod Popma et Gesnerus monuerunt, ut *pastoritia fistula* non solum fistulam proprie sic dictam, sed etiam vehementissimum illum sibilum notet, ore ac labiis expressum, quo revocare pecus, et canes illi solent; quo sibilo deinde usi sunt etiam in circo et in theatris ad homines qui forte displicebant exsibilandos.

FISTULATOR. Orat. III. 61. fistulatorem *domi relinquetis*, scil. quia eius ministerio vobis non opus erit. Vid *Fistula*

FIXUS. 1. Affixus. Pis. 19. *saxis* fixus *asperis.* Div. I. 34. *arma* fixa *in parietibus*. 2. Infixus Sext. 5. *Sextii singularis illa integritas provincialis, cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leviter ad exigui praedicationem temporis, sed* fixa *ad memoriam illius provinciae sempiternam.* 3. Firmus, certus, stabilis. Cluent. 45. *non ita* fixum *esse deberet, ut convelli non liceret.* Ac pr. II. 9. *decretum non solum non esse falsum, sed etiam stabile,* fixum, *ratum esse debet.* Att. VIII. 21. *scito labare meum consilium, quod iam satis* fixum *esse videbatur.* Tusc. V. 14. *stabile et* fixum *bonum.* Fam. XIV. 4. *si haec mala* fixa sunt.

FLABELLUM, instrumentum ad ventulum faciendum, sive oris refrigerandi, sive ignis excitandi causa. Flacc. 23. *cuius lingua, quasi* flabello *seditionis, concio est ventilata.*

FLABILIS, aerius. Tusc. I. 27. *nihil est in animis mixtum, nihil ne humidum quidem aut* flabile, *aut igneum.*

FLACCERE. Q. Fr. II. 15. *Messala* flaccet, *scil.* in petitione consulatus, i. e. parum spei habet.

FLACCESCERE. Brut. 24. *quum motus omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat,* flaccescebat *oratio,* h. e. languescebat, occidente vi et vehementia.

FLACCUS, qui aures habet languidas et pendulas. N. D. I. 29.

FLAGELLUM, acerbius verberandi instrumentum quam virga. Rab. Perd. 4. *Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit; hic misericors* flagella *retulit.*

FLAGITARE, vehementer aliquid poscere. Quint. *Tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non* flagitat, *praeteribo.* Font. 1. *insector ultro atque insto accusatori, insector inquam et* flagito *testes.* Fin. I. 5. *a philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner; si non habeat, non admodum* flagitem. Verr. V. 28. *in tanto conventu nemo erat, quin — reliquos (piratas) non desideraret solum, sed etiam* flagitaret. Leg. I. 2. *postulatur a te iamdiu vel* flagitatur *potius historia.*

FLAGITATIO. Top. 1. *admonitus huius aeris alieni nolui deesse ne tacitae quidem* flagitationi *tuae.* Nempe Cicero saepius hoc roganti Trebatio promiserat, se Topica scripturum. Huius promissi Cicero cum Veliam venisset recordatus, ait se quamvis a Trebatio non iterum admonitum, tamen tacito eius desiderio deesse noluisse —

FLAGITIOSE. Fin. III. 11. *quis aequo animo videt eum, quem impure et* flagitiose *putet vivere?* Orat. I. 55. *Haec — Rutilius — non modo parum commode sed etiam turpiter et* flagitiose *dicta esse dicebat.* Att. VII. 15. *sumus enim* flagitiose (*daſs es eine Sünde und Schande ist*) *imparati tum a militibus tum a pecunia.*

FLAGITIOSUS. Off. I. 35. *Cynici reprehendunt et irrident, quod ea quae turpia re non sint, nominibus ac verbis* flagitiosa *ducamus.* Fin. II. 28. *Octavius —*

miser (fuisset), *si in vitiosa et* flagitiosa *vita afflueret voluptatibus.*

FLAGITIUM. 1. Turpissimum facinus. Att. XVI, 7. *id erat meum factum,* flagitii *scilicet plenum ac dedecoris;* (ironice). Off. III. 22. de perfuga qui quum esset Fabricio pollicitus, se clam in Pyrrhi castra rediturum et eum veneno necaturum, iussu Fabricii ad Pyrrhum reductus est: *Atqui si speciem utilitatis, opinionemque quaerimus, magnum illud bellum perfuga unus et gravem adversarium imperii sustulisset. Sed magnum dedecus ac* flagitium, *quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute sed scelere superatum.* Cluent. 46. *statuerunt maiores nostri, si a multis esset* flagitium *rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadvertere.* 2. Inprimis de libidinibus usurpatur. Sen. 12. (Archytas dixit) *stupra et adulteria, et omne tale* flagitium *nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis.* Tusc. IV. 33. flagitii *principium est nudare inter cives corpore;* ex Ennio. Ibid. 34. *quasi ipse non propter libidinem tanta* flagitia *et faciat et dicat.* Verr. V. 10. *diei brevitas conviviis, noctis longitudo stupris et* flagitiis *conterebatur.* 3. De obscenitate. Fam. IX. 22. *quum loquimur* terni, *nihil* flagitii *est; at quum bini,* (quia sonat ut βινεῖ) *obscenum est.* 4. De actionibus aut consiliis stultis et propterea turpibus et indecoris. Att. IX. 10. *Spes quaedam me obtentabat fore, ut aliquid conveniret potius* (inter Caesarem et Pompeium) quam aut hic (Caesar) tantum sceleris (ut tyrannus esse vellet et bellum adversus patriam gereret) aut ille (Pompeius) *tantum* flagitii *admitteret,* scil. ut de fuga cogitaret et Italiam relinquere vellet; quem verborum sensum verum esse, patet ex initio huius epistolae, ubi Cicero ait: *illius fugae negligentiaeque deformitate se ab amore Pompeii averti.* Brut. 60. de turpi oblivionis peccato, a Curione in libro quodam admisso: Tantamne fuisse oblivionem, in scripto praesertim, ut ne legens quidem unquam senserit, quantum flagitii commisisset? (*was er fur einen häfslichen Pudel gemacht hatte*). N. D. I. 24. *ista* flagitia (i. e. turpia deliramenta) *Democriti, sive etiam antea Leucippi, esse corpuscula quaedam — ex his effectum esse caelum ac terram nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito.*

FLAGRANTIA. Cael. 20. flagrantia *oculorum*; signum libidinis.

FLAGRARE. 1. Proprie de incendio. Div. I. 32. *noctu* — flagrantes *onerarias*, *quas incenderant milites — videbatis*. 2. Metaphorice de vehementi cupiditate vel odio. Orat I. 30. flagrare *cupiditate*. Ibid. 4. *incredibili dicendi studio*. Att. V. 11. *desiderio urbis*. Muren. 31. *recentibus praeceptorum studiis*, scil. ex disciplina Stoica. Verr. IV. 34. flagrare *cupiditate et amentia*. Tusc. IV 33. *maxime omnium* flagrasse *amore Ibycum apparet ex scriptis*. Haruspr. 18. flagrantes *oculi sororis*. Orat. II. 45. *neque facile est perficere — ut oderit eum* (iudex) *quem tu velis, nisi te ipsum* flagrantem *odio ante viderit*. 3 De vitiorum immanitate aut infamia Verr. IV. 32. *convivia, quae domesticis stupris flagitiisque* flagrabant. Cael. 5. flagrabant *vitia libidinis apud illum*. Att. IV. 17. *consules* flagrant *infamia*. 4. De bello. Orat. III. 2. *non vidit bello* flagrantem *Italiam*. Att. VII. 10. 5. De tumultu et concursu hominum. Verr. II. 53. *concurritur undique ad istum* (Verrem praetorem) *Syracusas*. Flagrabat *domus tota praetoria studio hominum et cupiditate*. Flacc. 28. *multitudo* flagrans *in concionibus*, i. e. tumultuans, seditiones movens.

FLAMEN, genus sacerdotum, singulis diis attributum. Leg. II. 8. *divis aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis* flamines *sunto*. Ac Romae quidem flamines tres praecipui, Dialis, Martialis, et Quirinalis. Quartus, Iulius in honorem C. Iulii Caesaris additus. Phil. II. 43 *quem is maiorem honorem consecutus erat, quam ut haberet* — flaminem? *Est ergo* flamen *ut Iovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Iulio M. Antonius*. Phil. XI. 8. flamen Martialis. Vid. *Flaminium*. Praeterea memoratur *flamen Carmentalis*. Brut. 14. Carmentae Evandri matri attributus. 2. Erant etiam flamines in municipiis. Milon. 10. *Quum sciret Clodius — iter solenne legitimum necessarium a. d. XIII. Kal. Febr. Miloni esse Lanuvium ad* flaminem *prodendum, quod erat dictator Lanuvii Milo*.

FLAMEN, flatus. N. D. II. 44. *Aquilonis* flamina. Arat phaenom. 10 *Austri* flamen.

FLAMINIUM, sacerdotium flaminis. Phil. XIII. 19. *cuius* (C. Iul Caesaris) *homo ingratissime*, flaminium *cur reliquisti?* Nempe flamini non licebat a sacris disce-

dere, ut ad bellum iret. Itaque Cicero Phil. XI. 8. haec narrat: cum Aristonico bellum gerendum fuit L. Valerio (Flacco) P. Licinio (Crasso) coss. *Rogatus est populus, quem id bellum gerere placeret. Crassus consul et pontifex maximus Flacco collegae flamini Martiali mulctam dixit, si a sacris discessisset* (h. e. si flaminio relicto ad bellum gerendum discessisset). *Quam mulctam populus remisit; Pontifici tamen flaminem parere iussit.*

FLAMMA. 1. Sensu proprio. Orat. II. 57. *Dicere aiunt Ennium* flammam *a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat.* Phil. XIII. 21. *prius undis* flamma (misceatur) *ut ait poeta nescio quis, quam cum Antoniis resp. aut cum rep. Antonii redeant in gratiam.* Est proverbialis locutio qua negatur aliquid fieri posse aut futurum esse. Muretus comparavit Augusti dictum ap. Dionem Cassium lib. XV. quum significare vellet se numquam filiam in urbem revocaturum: *θᾶσσον, ἔφη, πῦρ ὕδατι μιχθήσεσθαι ἢ ἐκείνην καταχθήσεσθαι.* 2. Metaphorice. Orat. III. 3. *Sulpicius, qui in eadem invidiae* flamma *fuisset.*

FLAMMATUS. Div. I. 11. *aetherio* flammatus *Iupiter igni.*

FLAMMEUS. N. D. II. 46. *stellae natura* flammeae.

FLAMMIFER. Ac. pr. II. 28. *pestem abige a me,* flammiferam *hanc vim*, scil. furiarum taedas. Versiculi sunt Ennii ex Alcmaeone tragoedia.

FLAMMULA. Ac. pr. II. 25. *Timagoras negat sibi umquam, quum oculum torsisset, duas ex lucerna* flammulas *esse visas.*

FLARE. Att. VII. 2. *belle nobis* flavit *lenissimus Onchesmites.*

FLATUS. 1. Sensu proprio. Arat. v. 184. *aram quam* flatu *permulcet spiritus Austri.* 2. Metaphorice. Off. II. 6. *quum prospero* flatu *eius* (fortunae) *utimur, ad exitus pervehimur optatos.* Orat. II. 44. de arte oratoris ad voluntates auditorum se accommodandi: *ad id unde aliquis* flatus *ostenditur vela do,* (*spanne ich der Seite, woher mir ein günstiger Wind wehet, meine Segel entgegen*).

FLAVUS, vid. *Ravus.*

FLEBILIS. Att. XI. 7. *misera et* flebilis *species.* Planc. 42. *o excubias tuas miseras, o* flebiles *vigilias!*

FLEBILITER. Tusc I. 35. canere. II. 21. lamentari. Ibid. 17. *vide quam non* flebiliter *respondeat.*

FLECTERE. 1. Intorquere, curvare. Div. I. 53. *animal omne — membra quocumque vult* flectit, *contorquet —* 2. Circumnavigare. Div. II. 45. *quod qui navigant maxime animadvertunt, quum in* flectendis *promontoriis ventorum mutationes maximas saepe sentiant.* Att. V. 9. *Leucatam* flectere *molestum videbatur.* 3. Regere, dirigere (de animo) Leg. I. 10. *si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret et* flecteret, *quocumque coepisset.* Cael. 13. *versare suam naturam et regere ad tempus, et huc illuc torquere et* flectere. Att. XI. 18 *intellexi quae istorum via esset, sed ut eam* flectas *te rogo.* Leg. I. 17. *animis tenduntur insidiae — ab iis — qui teneros et rudes quum acceperunt inficiunt et* flectunt. Balb. 17. *Gaditani ab omni studio sensuque Poenorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque* flexerunt. 4. Mutare. Sull. 28. *valeat ad salutem* (vita) *quam solam videtis ipsam ex vi sua naturaque facillime perspici, subito* flecti *fingique non posse.*

FLERE. Orat. I. 57. *lapides omnes* flere *ac lamentari coegisset,* per hyperbolen de oratione ad misericordiam composita.

FLETUS. Tusc. I. 13. *lugubris lamentatio* fletusque *maerens.* Verr. IV. 21. *quos putatis* fletus *mulierum, quas lamentationes fieri solitas in hisce rebus.* Planc. 31. *non modo lacrimulam, sed multas lacrimas et* fletum *cum singultu videre potuisti.*

FLEXANIMUS. 1. Active, qui animos flectit. Orat. II. 44. *oratio quae recte a bono poeta dicta est* flexanima, *atque omnium regina rerum.* 2. Passive, qui habet animum commotum. Div. I. 36. flexanima *tamquam lymphata,* Ernestius malebat cum Ms. Guelf. et edd. vett *flexa anima.* Hottingerus vero bene defendit compositum *flexanima*, passivo sensu.

FLEXIBILIS. 1. Sensu proprio. N. D. III. 39. *dicitis materiam omnium rerum — totam esse* flexibilem *et commutabilem, ut nihil sit, quod non ex ea quamvis subito fingi convertique possit.* 2. De voce. N. D. II 58. *genus vocis* flexibile *opponitur duro.* 3. De animo in utramque partem. Att. X. 13. *nihil fallax, nihil non* flexibile *ad bonitatem.* Lael. 25. *quid potest esse tam* flexibile, *tam devium, quam animus eius, qui ad*

alterius non modo sensum, ac voluntatem sed etiam vultum atque nutum convertitur. 4. De oratione. Orat. 16. *oratio mollis et tenera, et ita* flexibilis, *ut sequatur, quocumque t rqueas.*

FLEXILOQUUS. Div. II. 56. *Chrysippus totum volumen implevit oraculis — partim* flexiloquis *et obscuris, ut interpres egeat interprete — partim ambiguis.* Hic *flexiloquus* distinguitur ab *ambiguo*, ut illud significet quaesitam verborum obscuritatem, hoc vero duplicem verborum sensum, ubi uter verior sit, ambigi possit.

FLEXIO. 1. De corporis inclinatione. Orat. 18. *orator trunco magis toto se ipse moderans et virili laterum* flexione. 2. De voce et cantu. Leg. II. 15. *illa quae solebant quondam compleri severitate iucunda Livianis et Naevianis modis, nunc ut eadem exsultant! ut cervices oculosque pariter cum modorum* flexionibus *torquent* — quo loco *illa* vel ad scenam actoresque referendum, quod Goerenzio placet, vel ad caveam, s spectatores, qui vehementer mollibus his modorum flexionibus moveantur; ut ipsi quoque cervices oculosque pariter cum illis torqueant. Similiter apud Pindarum Pyth. 1. Iovis aquila sic dicitur Apollinis et Musarum lyra moveri, ut sonorum dulcedine captus conniveat, dorsumque identidem attollat et demittat. ὁ δὲ κνώσσων ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς ῥιπαῖσι κατασχόμενος. Orat. III. 25. *quanto molliores sunt et delicatiores in cantu* flexiones *et falsae voculae, quam certae et severae.* Hic *flexiones* sunt, ut recte Ernestius interpretatur modi fracti et varie crispati voce, quibus mollis, et suavis cantus efficitur, (*Verzierungen des Gesangs, Setz- und Spielmanieren*). Praeterea flexiones in dicendo notant cantum quendam obscuriorem; Orat. 18. *quem significat Demosthenes et Aeschines, quum alter alteri obiicit vocis* flexiones. 3. De viarum diverticulis. Pis. 22. *dum omnes solitudines persequeris, quae diverticula* flexionesque *quaesisti.*

FLEXUOSUS. N. D. II. 57. *auditus* flexuosum *iter habet, ne quid intrare possit, si simplex et directum pateret.*

FLEXUS. 1. Fin. V. 12. flexi *fractique motus* (*gaukelnde und allzugeschmeidige Bewegungen*) *quales protervorum hominum aut mollium esse solent.* Orat. III. 57. flexus *sonus,* est ad miserationem compositus.

Metellum in curia, in rostris, in re publ. floruisse, quod est ineptum; quippe de tota Metelli vita publica hic agitur.

FLORESCERE. 1. Aufblühen, de plantis. Div. Div. II. 14. *puleium aridum* (dicitur) florescere *ipso brumali die*. 2. De hominibus. Brut. 88. *Hoc igitur* (Hortensio) florescente *Crassus est mortuus* Orat. III. 3. *Sulpicio ad summam gloriam eloquentiae* florescenti, *ferro erepta vita est*. Cael. 32. *hunc* (Caelium) *nunc primum* florescentem, *firmata iam stirpe virtutis*.

FLORIDUS. 1. Sensu proprio de varietate colorum ex floribus. Tusc. III. 18. *expones, quae spectet*, florida et varia. 2. Metaphorice de varietate colorum rhetoricorum s. de oratione quae flosculis metaphorarum, imaginum, sententiarum nitet. Brut. 82. *Demetrius Phalereus est* floridior, *ut ita dicam, quam Hyperides* —

FLOS. 1. Sensu proprio. Sen. 17. *Lysander admirabatur — suavitatem odorum, qui* afflarentur *e floribus*. 2. Metaphorice de coloribus vividis. Brut. 87. flos *et color pigmentorum*; quod tamen h. l. a pictura ad orationis colores transfertur. 3. De adolescentia. Phil. II. 1. *gratia non virtutis specie, sed aetatis* flore *collecta*, quo scilicet paederastis commendabatur. 4 *Flos* dicitur de hominibus dignitate *et splendore excellentibus*. Phil. II. 15. *vivere videbam tot honestissimos senatores, omnem praeterea* florem *nobilitatis ac iuventutis*. Orat. III. 3. Crasso tribuitur *flos vitae*, h. e. summa dignitas, et gloria, qua, dum vixit, excelluit. Brut. 15. *ut hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia, qua virum excellentem, praeclare tum illi homines* florem *populi esse dixerunt*. Planc. 9. flos *equitum Romanorum*. Phil. III. 5. *nec vero de virtute constantia et gravitate provinciae Galliae* (cisalpinae) *taceri potest. Est enim ille* flos *Italiae, illud firmamentum imperii populi Romani, illud ornamentum dignitatis*. Ad eandem cui M. Brutus a Caesare praefectus erat, pertinent illa Orat. 10. *versaris in optimorum civium vel* flore *vel robore*. 5. In oratione flores dicuntur insignia et lumina verborum et sententiarum. Orat. III. 25. Brut 17. 66.

FLOSCULUS. 1. Sensu proprio. Off. II. 12. *ficta omnia celeriter tamquam* flosculi *decidunt*. 2. De ornamentis oratoriis. Sext. 56. *non sum — tam insolens in*

sunt cerussa et reliquo fuco interpolatae, quae calore et sudore fluunt, ut similes sint, quemadmodum Petronius c. 23. ait, parieti laboranti nimbo." *Ern.*

FLUENTER. Att. VII. 14. fluenter *lippire*, est ita lippire, ut fluere videantur oculi, non tantum stillare.

FLUERE. Div. I. 35. *addidit Coelius — tantos terrae motus — factos esse, ut multa oppida corruerint — fluminaque in contrarias partes* fluxerint. Ibid. 43. *fluvius atratus sanguine* fluxit. 2. Metaphorice, succedere. Off. I. 26. *res* fluunt *ad voluntatem.* 3. Abire, fugere, elabi. Fin. II. 33. fluit *voluptas corporis et prima quaeque avolat.* Phil. XII. 3. *excident gladii;* fluent *arma de manibus.* 4. Divulgari. Tusc. IV. 1. *Pythagorae doctrina quum longe lateque* flueret, *permanavisse mihi videtur in hanc civitatem.* N. N. I. 3. *multum* fluxisse *video de libris nostris variumque sermonem.* 5. Ad aliquid spectare, aliquo devenire. Att. IV. 16. *res* fluit *ad interregnum.* Ibid IX. 10. *illius rationes quorsum* fluent. 6. Derivari. N. D. III. 19 *haec omnia ex eodem fonte* fluxerunt. Fin. II. 11. *ab isto capite* fluere *necesse est omnem rationem bonorum et malorum.* 7. Interire. Orat. 2. *Plato ideas gigni negat, et ait semper esse — cetera nasci, occidere,* fluere, *labi.* Man. 8. *omnia quae dilapsa iam* fluxerunt. 8. Diffluere. Tusc. II. 22. fluere *mollitia.* 9. Orat. III. 49. *efficiendum est ne* fluat *oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius.* Orat. 58. *ne sit — aut dissoluta, aut* fluens *oratio.* Ibid. 63. *alterum nisi fit, dissipata, et inculta et* fluens *oratio.* Nempe *fluens oratio* dicitur, quae non est vincta numeris, non est numerosa. 10. Alia ratione dicitur *oratio fluere* quae aequabiliter et leniter decurrit, ita ut nusquam offendat. Brut. 78. oratio Calidii *ita libere* fluebat, *ut nusquam adhaeresceret.* Orat. 12. *Herodotus sine ullis salebris quasi sedatus amnis* fluit.

FLUITARE, metaphorice. Sext. 20. *quum in hanc reip. navem, ereptis senatui gubernaculis,* fluitantem *in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum armatae tot classes — incursurae viderentur.*

FLUMEN. 1. Sensu proprio. N. D. II. 60. *nos* flumina *arcemus, dirigimus, avertimus.* Tusc. V. 26. *ut si quis aestuans, quum vim caloris non facile patiatur, recordari velit se aliquando in Arpinati nostro gelidis* fluminibus *circumfusum fuisse.* 2. Metaphorice de

FOECUNDUS. 1. De terris. Sen. 15. *Fossionibus fit terra* foecundior. 2. De animalibus. N. D. II. 64. *qua pecude* (sue) *nihil genuit natura* foecundius. 3. Metaphorice de ingenii vel orationis ubertate. Div. I. 12. foecundi *pectoris artes*. Orat. 4. *Socrates censet Periclem* (oratorem) *ab Anaxagora uberem et* foecundum *fuisse*.

FOEDARE. Pison. 23. *Romam ipsam* foedavit *adventus tuus*. Harusp. 15. *sacella summa turpitudine* foedata.

FOEDE. Att. IX. 7. *Caussa* (Pompeii) *est optima, sed agetur* foedissime; quoniam consilium erat urbem et Italiam fame suffocare, agros vastare, urere etc.

FOEDERATUS. Balb. 8. foederati *populi*. Verr. III. 6. foederatae *civitates* (in Sicilia) *duae sunt, quarum decumae venire non soleunt*.

FOEDIFRAGUS. Off. I. 12. *Poeni* foedifragi.

FOEDITAS. 1. De More. N. D. II. 50. *multae* (bestiae) *insectantes odoris intolerabili* foeditate *depellunt*. 2. De vestitu. Phil. XII. 6. *quando obliviscetur ulla posteritas, cuius scelere in hac vestitus* foeditate *fuerimus*; quod scil. senatus tumultu decreto saga sumpserat. 3. De animo. Off. III. 29. *depravatio et* foeditas *turpificati animi*. 4. De vitiorum turpitudine. Fin. III. 11. *homines tenebras et solitudinem nacti nullo dedecore se abstineant, nisi eos per se* foeditate *sua turpitudo ipsa deterreat*.

FOEDUS, turpis. Q. Fr. III. 9. *Exitum iudicii* foedum *et perniciosum lenissime tuli*. De turpi absolutione Gabinii, quae quidem lex impunitatis putabatur. Off. I. 34. *Luxuria quum omni aetati turpis, tum senectuti* foedissima *est*.

FOEDUS. Inv. II. 30. *satis honestum* foedus *ferire*. Pison. 12. foedus *quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere noluisti*. Phil. II. 35. *neque ullam societatem optimis civibus cum importunissimo hoste* foedere *ullo confirmari posse credidi*. Balb. 4. *contra* foedus, *id est, contra populi Romani religionem et fidem fecisse dicitur*. Leg. I. 7. foederum *religiones*. Verr. V. 19. *habemus hominem — in publicis religionibus* foederum *sanctum et diligentem*. Arch. 4. *civitas aequissimo iure et* foedere.

benefici, liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam, neque enim beneficium feneramur (*wir thun unsere Wohlthaten nicht auf Zinsen aus*).

FOENERATIO. Flacc. 23. pecunia (a tota Asia ad honores L. Flacci deposita) *tota ab honoribus translata est ad quaestum et* fenerationem. Verr. III. 72. *Vettius — testatur impudentissimum tuum furtum, certissimumque peculatum, nam quo alio nomine pecuniae publicae* feneratio (*Zinswucher mit öffentlichen Geldern getrieben*) *est appellanda?* Fin. II. 35. *nec si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed* feneratio.

FOENERATOR. Att. VI. 1. *acerbissimi* feneratores, sunt qui nimis magnas usuras exigue solent. Off. I. 41. *improbantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut* feneratorum; h. e. eorum hominum, qui omnem pecuniam in fenore ponunt, et ex nimis magnis usuris iniustum quaestum faciunt. Alias enim, quod recte Heusingerus monuit, neminem Romanorum puduit legitimas usuras pacisci.

FOENEUS. Cornel. 1. fr. *Prospectat Cominius, quid agatur, videlicet homines* foeneos *in medium ad tentandum proiectos.* V. Asconius ad h. l. Scil. in spectaculis tauri solebant irritari foeneis imaginibus, aut pilis, unde foenei dicuntur, qui nomen et speciem rei tantum habent, non vim. Vid. Salmas. ad Spartian. Pescenn c. 12. occurrit etiam in Cod. Theodos. et iunguntur *foenei defectique.* Vid. Gothofr. Gloss. Cod. Theodos. *Ern.*

FOENUM. Orat. II. 57. *Crassum quum Catulus nuper audisset,* foenum alios *aiebat* esse oportere, (i. e. cum Crasso comparatos vix homines esse videri). *Tum ille, locabatur, inquit, Catulus, praesertim quum ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse videatur.*

FOENUS s. FENUS, usurae. Att. V. 21. *SCtum factum ut centesimae perpetuo* fenore *ducerentur.* Vid. *Perpetuus.* Att. IV. 15. Fenus *ex triente factum erat bessibus.* Vid. *Bes.* Cael. 18. *ne effundat* (iuventus) *patrimonium; ne* fenore *trucidetur;* (*richte sich nicht durch zu hohe Zinsen zu Grunde*) 2. Pro ipsa sorte dicitur. Att. VI. 1. fenus *et impendium recusare;* h. e. tam sortem quam usuras recusare, sive ut I. F. Gronovius in Mantissa ἀντεξηγήσεως p. 104. interpretatur, pu-

FOLLICULUS, sacculus quo caput parricidarum obvolvebatur. Her. I. 13. *ei damnato statim* folliculo *lupino os obvolutum est.* Inv. II. 50.

FOLLIS. N. D. I. 20. *ex quo efficiuntur hae rerum formae atque figurae, quas vos effici posse sine* follibus *et incudibus non putatis.*

FOMENTUM, proprie medicamentum quod ad leniendos dolores vel vulnera curanda adhibetur (ein warmer oder kalter Umschlag). Metaphorice lenimentum quodcunque. Tusc. II. 24. *haec sunt solatia, haec* fomenta *summorum dolorum.* Fin. II. 29. *Virtutis, magnitudinis animi, patientiae, fortitudinis* fomentis *dolor mitigari solet.*

FONS. 1. Sensu proprio. Verr. IV. 53. *Syracusis est* fons *aquae dulcis, cui Arethusa nomen est.* Top. 3. *partium distributio saepe est infinitior, tamquam rivorum a* fonte *deductio* 2. Metaphorice *fontes* dicuntur principia artium et doctrinarum. Orat. II. 27. *Tardi ingenii est rivulos consectari,* fontes *rerum non videre.* (Acad. post. I. 2. Orat. I. 46.) Tusc. I. 2. *philosophiae* fontes. 3. Principia legum. Orat. I. 44. *si quis legum* fontes *et capita viderit.* 4. *Fons* est etiam auctor alicuius disciplinae. Orat. I. 10. *philosophorum greges, iam ab illo* fonte *et capite Socrate.* 5. De ICtorum responsis. Muren. 4. *si tibi necesse putas etiam adversariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere, — noli tam esse iniustus, ut quum tui* fontes *vel inimicis tuis pateant, nostros* rivulos *etiam amicis putes clausos esse aportere.* 6. Q. Fr. III. 1. *tibi quod rogas, quoniam ipsi* fontes *iam sitiunt, scribam,* i. e. quoniam video te ipsum satis doctum et sat bonum poetam tamen meos libros et poemata desiderare.

FORAMEN. Tusc. I. 20. foramina *illa, quae patent ad animum a corpore;* de sensuum externorum viis.

FORAS, nach aufsen. Cael. 23. *domus in qua nihil geratur quod* foras *proferendum sit,* i. e. quod propter turpitudinem non occultandum sit. Att. XIII. 22. *ea scripta timui* foras *dari.* Somn. 9. *animus iam tum quum erit inclusus in corpore, eminebit* foras.

FORE. Att. V. 21. *fore venturum.* Similiter Liv. XXVI. 26. extr. *forent passuri.* Item XXIX 3. XXV. 24. *expulsurus foret* XXXV. 13. *casurum foret.* Nepos Att. 10. *laudaturi forent.* Apud Ovid. A. II. 14. 28.

foris *solum iactant, nec tantum in alios caeco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident.*

FORMA. 1. De corporibus generatim. N. D. I. 8. *unde ortae illae quinque* formae, *ex quibus reliqua formantur.* Ibid. I. 10. *quasi aër sine ulla* forma *deus esse possit.* N. D. II. 40 *igneae* formae, *i. e.* sidera. 2. De diis. N. D. I. 17. *animus anquirit et* formam, *et vitam et actionem mentis atque agitationem in deo.* Ibid. I. 32. *hoc dico non ab hominibus* formae *figuram venisse ad deos.* N. D. I. 14. *Cleanthes fingit quandam* formam *et speciem deorum.* 3. De animantibus. N. D. I. 18. *omnium animantium* formam *vincit hominis figura.* Div. II. 21. *in nubibus umquam animadvertisti leonis* formam —? 4. De hominibus. Fin. V. 12. *corporis nostri partes totaque figura et* forma *et statura quam apta ad naturam sit apparet.* Off. I. 35. *Corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem quae* formam *nostram reliquamque figuram in qua esset species honesta eam posuit in promptu.* Ibid. I. 30 *videmus in* formis *aliis dignitatem inesse; aliis venustatem.* cf. Off. I. 36. 5. De figuris geometricis. Orat. I. 42. *in geometria, lineamenta,* formae, *intervalla, magnitudines.* 6. De literis alphabeti. N. D. II. 37. *innumerabiles unius et viginti* formae *literarum vel aureae vel quales libet.* 7. De partibus animi humani. Brut. 85. *Catonis orationes significant quandam* formam *ingenii sed admodum impolitam et plane rudem.* Ibid. 95. *Ingenii quaedam* forma *lucebat et exercitatione perfecta erat.* Orat. III. 29. *quum quae* forma *et quasi naturalis nota cuiusque sit, describitur ut si quaeratur avari species, seditiosi, gloriosi.* Off. III. 20. *excute intelligentiam tuam, ut videas, quae sit in ea species,* forma *et notio viri boni.* Inprimis etiam de ideis ex mente Platonis usurpatur. Orat. 2. *Has rerum* formas *appellat ideas — Plato. — Quicquid est igitur de quo ratione et via disputetur, id est ad ultimam sui generis* formam *speciemque redigendum.* cf. ibid. c. 5. et 11. 8. De generibus dicendi. Orat. 22. *illud perspicuum est, non modo partes orationis sed etiam causas totas alias alia* forma *dicendi esse tractandas.* Orat. III. 9. *innumerabiles quasi* formae *figuraeque dicendi, specie dispares, genere laudabiles.* Ibid. II. 23. *Curio suam quandam expressit quasi* formam *figuramque dicendi.* 9. De variis

tumque formata. 5. De oratione. Orat. II. 9. *oratoris est* formare *orationem.* Ibid. III. 9. *non posse ea quae inter se discrepant iisdem praeceptis* — formari. Orat. II. 88. *multa sunt verba, quae* formari *similitudine nulla possunt;* (quarum non potest in memoria artificiali imago similis reperiri.) Orat. III. 45. *verba nos sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium* formamus *et fingimus.*

FORMICA. N. D. III. 9. *num existimas* formicam *anteponendam esse huic pulcerrimae urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in* formica *non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria.* Fragm. inc. formicas *solivagas.* N. D. I. 28. *et quidem* formica formicae (*vult similis esse*).

FORMIDARE, metuere. Orat. 63. *satietas* formidanda *est.* Att. VIII. 25. *huius insidiosa clementia delectatur, illius iracundiam* formidat.

FORMIDO. 1. Tusc. IV. 8. Formidinem (definiunt Stoici) *metum permanentem.* Quint. 14. *minae iactentur, pericula intendantur,* formidines *opponantur.* Catil. IV. 4. *ut aliqua in vita* formido *improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt.* 2. Tusc. I. 16. *cuius ignoratio finxit inferos easque* formidines, *quae tu contemnere videbam.* Fin. V. 11. *quasdam post mortem* formidines *extimescant.* Prov. cons. 18. *subita et improvisa* formido.

FORMIDOLOSE. Sext. 19. *quum viderem, eos qui plurimum possent opponi omnibus concionibus falso, sed* formidolose *tamen, auctores ad perniciem meam.*

FORMIDOLOSUS. Verr. V. 1. *dubiis* formidolosisque *temporibus.* Pis. 24. formidolosissimum *bellum.*

FORMOSITAS. Off. I. 35. *decorum positum est in tribus rebus,* formositate, *ordine, ornatu ad actionem apto.*

FORMOSUS. Inv. II. 1. *virgines* formosae. N. D. I. 28. *quotus quisque* formosus *est? Athenis quum essem e gregibus epheborum vix singuli reperiebantur.* N. D. I. 10. *admirabor eorum tarditatem qui* (deum) *animantem, immortalem, et eundem beatum rotundum esse velint, quod ea forma ullam neget esse pulcriorem Plato. At mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni, vel pyramidis videtur esse* formosior.

quam si solidus ab omni parte paries fuisset factus) opponitur *solido*.

FORNIX, arcus s. opus cameratum in pariete (*Gewölbebogen*.) Top. 4. *non debebit praestare, quod* fornix (in pariete communi) *vitii fecerit*. Verr. Act. I. 7. Planc. 7. Orat. II. 66. *fornix Fabianus* vel *fornix Fabii*, est arcus triumphalis a Q. Fabio Maximo censore devictis Allobrogibus iuxta Regiam in via sacra exstructus. Vid Ind. Geogr. Hist. Verr. II. 63. *Huius* (Verris) *fornix* (honoris causa ei exstructus) *in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat, ipse autem ex equo nudatam ab se provinciam prospicit*.

FORS. Att. VII. 14. *quemcunque* fors *tulerit casum*. Ibid. XIV. 12. *sed haec* fors *viderit, quae talibus in rebus plus quam ratio potest*. Pis. 2. *sit sane* fors *domina campi*, i. e. concedamus qui in campo Martio consules creentur, saepius a fortuna pendere. *Fors Fortuna* interdum pro dea colitur aut invocatur. Div. II. 7. *quid est tandem quod casu fieri aut* forte fortuna *putemus*, ubi *forte fortuna* nihil aliud est quam *fortuito*.

FORSITAN, i. q. fortasse. Orat. II. 45. *maior ars aliqua* forsitan *esset requirenda*. Rosc. Am. 2. forsitan *quaeratis*.

FORTASSE. 1. *Vielleicht*. Orat. I. 22. *mihi nunc — tanquam alicui Graeculo otioso et loquaci, et* fortasse *docto atque erudito quaestiunculam — ponitis*. 2. *Ungefähr*. Orat. 56. *versus* fortasse *triginta*. Brut. 66. *biennio* fortasse *maior*.

FORTASSIS. Fam. II. 16. *sed ego* fortassis *vaticinor* (*doch ich schwärme vielleicht*).

FORTE. 1. *Zufälliger Weise*. Orat. II. 55. forte *evenit, ut in Privernati essemus*. 2. *Etwa*. Q. Fr. I. 2. *de* forte — *mirere*. 3. *Si forte, allenfalls*. Orat. III. 12. *et aliquem, si* forte, *motum*.

FORTICULUS. Tusc. II. 19. *quamvis idem* (Epicurus) forticulum (*ziemlich standhaft*) *se in torminibus et in stranguria sua praebeat*.

FORTIS. 1. Animosus in agendo, inprimis in periculis subeundis, in bello et praeliis, in morte contemnenda, in ferendis doloribus et malis Scaur. fr. *qui* fortissimus *in bello fuisset*. Mil. 34. (de gladiatoribus) *timidos et supplices et, ut vivere liceat obsecrantes*

affectio animi in patiendo ac perferendo, summae legi parens sine timore. Off. I. 19. *probe definitur a Stoicis* fortitudo *quum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro aequitate. Quocirca nemo qui* fortitudinis *gloriam consecutus est, insidiis et malitia laudem est adeptus.* Off. I. 22. *domesticae* fortitudines *non inferiores militaribus.*

FORTUITO. Fam. V. 8. *non repentina aliqua voluntate aut* fortuito. Orat. I. 24. *videar* — fortuito *in sermonem vestrum incidisse.* Orat. 53. *causa* (aptae et numerosae orationis) *sic aperta est, ut mirer veteres non esse commotos, praesertim quum, ut fit,* fortuito *saepe aliquid concluse apteque dicerent.*

FORTUITU. Off. I. 29. *ne quid temere ac* fortuitu, *inconsiderate negligenterque agamus.* Phil. X. 2. *verbum tibi non excidit, ut saepe fit,* fortuitu; *scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.*

FORTUITUS. Top. 19. *concursio rerum* fortuitarum. Ac. post. I. 2. *quid est magnum — de corpusculorum* (*sic enim appellat* (Amafanius) *atomos*) *concursione* fortuita *loqui!* Orat. I. 33. *subitam et* fortuitam *orationem commentatio et cogitatio facile vincit.*

FORTUNA. Off. II. 6. *Magnam vim esse in* fortuna *in utramque partem, vel secundas ad res vel adversas, quis ignorat? Nam et quum prospero flatu eius utimur, ad exitus pervellimur optatos et quum reflavit affligimur.* In seqq. enumerantur partes sive casus fortunae vel adversae vel secundae. Div. II. 7. *Nihil est tam contrarium rationi et constantiae quam* fortuna. N. D. III. 24. *quo in genere* fortuna *numeranda, quam nemo ab inconstantia et temeritate seiunget.* Ac. post. I. 7 *animum mundi — quem deum appellant — quam interdum eandem necessitatem appellant, nonnumquam quidem eandem* fortunam, *quod efficiat multa improvisa haec nec opinata nobis, propter obscuritatem ignorationemque causarum.* 2. *Fortuna* dicitur de statu hominum, et conditione, inprimis tamen facultatum ratione habita. Verr. I. 52. *Lampsaceni Romanorum conditione socii,* fortuna *servi;* h. e. si opes eorum spectes, ad omne obsequium Romanis parati. Mil. 34. *conditio atque* fortuna *hominum infimi generis.* Off. I. 13. *est infima conditio et* fortuna *servorum.* Pis. 2[?]. *Mulieres omnis* fortunae. 3. *Fortuna* Romanis pro dea culta, et

FORTUNATUS. Orat. II. 86. fortunatus *homo et nobilis*. Tusc. III. 24. *potentissimi regis* (Agamemnonis apud Eurip. Iphig. in Aul. V. 15.) *anapaestum, qui laudat senem et* fortunatum *esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem perventurus*.

FORUM. Orat. I. 36. *ego istos non modo oratoris nomine, sed ne* foro *quidem dignos putarim*; de patronis causarum parum idoneis. 2. Fam XIII. 10. *in* forum *venire*. Ibid. V. 8. forum *attingere*, de iis dicitur, qui puram togam, *h. e.* virilem, in *foro* acceperunt a praetore, atque deinde in iudiciis versari et causas agere possunt. 3. Quia in foro tabernae argentariorum sunt, ibique pecuniae perscriptionibus; transscriptionibusque etc. tractantur, propterea saepe in re pecuniaria *fori* mentio. Manil. 7. *ratio pecuniarum, quae in* foro *versatur*. Flacc. 29. *in* foro *versari*, dicuntur negotiatores. Agr. I. 8. *fidem de* foro *sustulistis, ubi vid. Lauredanum*. Rabir. Post. 15. *Postumum non haberemus in* foro; *er wäre banquerot;* de quo et *foro cedere* dicitur. 4. Forum *ornatum*, Verr. I. 54. est tempore ludorum Romanorum *etc.* cf. III. 4. ubi non modo signa, sed et tabulae memorantur in foro ornando. Originem rei vide ap. Liv. X. 40. 5. Pro ipsis ludis gladiatoriis dicitur *forum*. Muren. 34. 6. *Fora* dicuntur conventus provinciales, *h. e.* non modo civitates, in quibus aguntur, sed ipsi etiam dies conventuum. Verr. III. 15. *extra* forum *suum vadimonium promittere*. Ibid. II. 15. *civitates, quae in id* forum *convenirent*. cf. c. 70. Fam. III. 6. Att. V. 21. forum *agere*. 7. Civitates etiam Italiae quaedam *fora* dicuntur, ut Fam. X. 17. *forum* Iulii. Catil. I. 9. *forum* Aurelium *etc.* de quibus v. Sigon. Ant. Iur. Ital. II. 15. 8. Vestibulum. Leg. II. 24. *lex* forum, *id est, vestibulum sepulcri, bustumve, usucapi vetat. Ern.*

FOSSA. Fam. XV. 4. *oppidum vallo et* fossa *circumdedi*. Tusc. V. 20. *Dionysius quum* fossam *latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum, quum* forem *cubiculi clauserat detorquebat*. Pis. 33. *non Rheni* fossam (*das Fluthbette des Rheins*) *Germanorum immanissimis gentibus oppono*.

FOSSIO. N. D. II. 9. *videmus recenti* fossione *terram fumare calentem*. Sen. 15. *agri* fossiones *repastinationesque*.

FOVEA. Phil. IV. 5. *non est vobis res cum scelerato homine atque nefario, sed cum immani tetraque bellua; quae quoniam in* foveam *incidit, obruatur.*

FOVERE. 1. De avibus pullos suos tepefacientibus. N. D. II. 52. *aves quum ex ovis pullos excluserint ita tuentur ut et pennis* foveant, *ne frigore laedantur.* Ibid. 48. *anatum ova gallinis saepe supponimus, e quibus pulli orti primum aluntur ab iis, ut a matribus, a quibus exclusi* fotique *sunt.* 2. Tueri, conservare. Q. Fr. III. 5. *scribis de Caesaris summo in nos amore; hunc* (amorem) *tu* fovebis, *et nos quibuscumque poterimus rebus, augebimus.* 3. Amplexari. Fam. I. 9. *inimicum meum sic in manibus habebant, sic* fovebant, *sic osculabantur.* 4 Lenire. Att. XII. 18. *nam dum illud tractabam* (*i. e.* dum librum de consolatione scribebam) *quasi* fovebam *dolores meos.* Metaphoram vidit Manutius sumptam esse a partibus dolore affectis, quas dum fovemus pulvinis aut sacculis adhibitis levatio quaedam doloris videtur esse.

FRAGILIS. Sen. 8. fragile *corpus animus sempiternus movet.* Lael. 27. res humanae fragiles caducaeque sunt.

FRAGILITAS. Tusc. V. 2. *imbecillitas* fragilitasque *humani generis.* Marcell. 7. naturae communis fragilitas.

FRAGMENTUM. N. D. II. 32. fragmentum *lapidis.* Sext. 37. *fragmenta* septorum. *Vid.* Septum.

FRAGOR. Her. IV. 31. fragor *civitatis est auditus.*

FRANGERE. 1. *Refutare.* Acad. IV. 29. frangite *soriten.* Fam. I. 4. frangere *sententiam alicuius.* 2. A sententia abducere et in suam adducere. Tusc. I. 21. *ut rationem nullam afferret Plato, ipsa auctoritate me* frangeret. 3. Supprimere motum animi. Fam. IV. 6. frangere *se ipsum.* 4. *Domare.* Sen. p. Red. 8. *sceleratum civem, aut domesticum potius hostem iudicio* frangendum *esse.* Fam. X. 3. *invidentes ingenio industriaque* fregisti. 5. Mutare aliquem paene invitum. Fam. IV. 4. fregit *hoc meum consilium Caesaris magnitudo et senatus officium.* Fam. X. 17. *rogatu Servilii P. Titius intercessit, res in posterum dilata. Venit paratus Servilius, Iovi ipsi iniquus —— hunc quemadmodum* fregerim, *quantaque contentione intercessorem abiecerim etc.* 6. Qui male dividunt, eleganter *frangere* dicuntur.

Fin. II. 8. *duo genera quae erant, fecit tria; hoc est non dividere, sed* frangere *rem.* 7. Se frangere est imminui. Orat. I. 62. *paullum requiescet dum se calor* frangat. *Ern.*

FRATER, 1. germanus. Dom. 45. Cael. 16. vicinum (Caelium) eius mulieris (Clodiae) miraris male audisse, (quod cum ea rem habuerit) cuius frater germanus (P. Clodius) sermones iniquorum effugere non potuit (ob suspicionem flagitiosae cum sorore consuetudinis). 2. *Fratres patrueles* dicuntur duorum fratrum filii. Planc. 11. *illius* frater patruelis *et socer.* Interdum frater patruelis simpliciter fratris nomine appellatur; ut Cicero Att. I. 6. *L. Ciceronem* patrui sui L. Tullii filium Cic. *fratrem* nominat. Fin. V. 1. *L. Cicero* frater noster, *cognatione patruelis, amore germanus.* 3. Nonnumquam homo familiarissimus, nulla cognatione coniunctus frater appellatur. Vid. *Fraterculus.*

FRATERCULUS, de homine non cognato, sed familiarissimo. Verr. III. 66. Timarchides scripserat ad Apronium: *Volo mi frater fraterculo tuo credas.* Cicero addit: *consorti quidem in lucris atque furtis, gemino et simillimo nequitia, improbitate.*

FRATERNE. Q. Fr. II. 14. germane fraterneque rescribam. Ibid. I. 2. *huic epistolae non* fraterne *scriptae,* fraterne *debes ignoscere.*

FRATRICIDA. Dom. 10. improprie de homine in fratrem impio.

FRAUDARE. 1. Proprie in re pecuniaria fallere. Rosc. Com. 6. *qui socium* fraudarit *et fefellerit.* Caecin. 3. *qui per tutelam, aut societatem, aut rem mandatam aut fiduciae rationem* fraudavit *quemquam.* Off. II. 24. fraudandi *spe sublata, solvendi necessitas consequitur.* Orat. 53. *animus* (in oratione) *mutila sentit quaedam et quasi decurtata, quibus tamquam debito* fraudetur, *offenditur.* Verr. III. 8. *ut neque in segetibus, neque in areis — grano uno possit arator —* fraudare *decumanum.* 2. Eripere aliquid. Fin. V. 30. *Audebo, quae secundum naturam sunt bona appellare, nec* fraudare *suo veteri nomine.*

FRAUDATIO. Catil. II. 11. *hinc fides, illinc* fraudatio.

FRAUDATOR. Phil. XIII. 12. fraudator *creditorum.* Flacc. 20. *nolite existimare, non unam et eandem*

omnibus in locis esse fraudatorum *et inficiatorum impudentiam.*

FRAUDULENTUS. Rull. II 35. *Karthaginienses,* fraudulenti *et mendaces.* Off. III. 21. *quid minuta colligimus, hereditates, mercaturas, venditiones* fraudulentas ?

FRAUS. 1. Sensu proprio, *Betrug.* Off. I. 13. *quum duobus modis id est aut vi, aut* fraude *fiat iniuria,* fraus *quasi vulpeculae vis, leonis videtur; utrumque homine alienissimum, sed* fraus *odio digna maiore.* Quint. 18. *causa per summam* fraudem *et malitiam ficta. exagitabantur omnes eius* fraudes *atque fallaciae.* 2. Scelus, malum facinus, peccatum; Rab Perd. 9. fraus *capitalis.* Tusc. I. 30. *qui re publ. violanda* fraudes *in expiabiles c ncepissent.* Cael. 24. *Dii nonnunquam praesentis* fraudis *poenas in diem reservant.* Orat. II 9. *eadem facultate* (oratorio) *et* fraus *hominum* (accusando) *ad perniciem et integritas* (defendendo) *ad salutem vocatur.* 3. Damnum, detrimentum. Att. IV. 11. fraudem *facere alicui.* Ibid. VII. 25. *quod multo rectius fuit, id mihi* fraudem *tulit.* Phil. V. 14. *Pompeii* filiis *pietas* fraudi *esse non debuit.*

FREMEBUNDUS N. D. II. 35. *moles labitur* fremebunda *ex alto, ingenti sonitu et spiritu* de nave Argonautarum ex Attio.

FREMERE, cum indignatione queri. Orat. I. 44. fremant *omnes licet.* Att. II. 7. *Arrius consulatum sibi ereptum* fremit.

FREMITUS. 1. Tusc. V. 40. fremitus *murmurantis maris.* Div. I. 18. *terrae saepe* fremitus, *saepe mugitus.* Harusp. 10. *horribilis* fremitus *armorum.* Ibid. *auditus est strepitus cum* fremitu. 2. Flacc. 10. fremitus *egentium*, i. e. murmuratio querula.

FRENARE, metaphorice, i. q. obiicere, cohibere. Mil. 28. *furores quos nullis iam legibus, nullis iudiciis* frenare *poteramus.*

FRENDERE. Tusc. II. 9. *Nemeaeus leo* frendens *efflavit graviter extremum halitum;* versiculus 1095 Sophoclis in Trachiniis ad sensum, non ad verba translatus.

FRENUM. 1. Sensu proprio. *Equus, equa, quae* frena *accipere solet.* 2. Metaphorice. Brut. 56 *Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi et lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri* frenos.

frenos: cf. Orat. III. 9. Att. VI. 1. *alter frenis eget, alter calcaribus.* Phil. XIII. 9. *Mutinam illi exsultanti tanquam* frenos *furoris iniecit.* Fam. XI. 23. *si frenum momorderis*, i. e. si adversarios contempseris et te ferocem ostenderis.

FREQUENS. 1. Dicitur locus quo multi conveniunt. Div. I. 28. frequentissimum *theatrum.* Phil. II. 41. frequens *municipium.* 2. Frequentes etiam dicuntur, *qui magno numero aliquo conveniunt.* Orat. III. 55. *refert qui audiant* frequentes, *an pauci, an singuli.* Phil. VII. 8. *equites Romani* frequentissimi *in gradibus Concordiae steterunt.* Harusp. 7. frequentissimus *senatus.* Q. Fr. II. 2. frequentes *fuimus* (in senatu) *omnino ad ducentos.* 3. Frequens dicitur, qui saepius aliquo ventitat. Sen. 11. *venio in senatum* frequens. Rosc. Am. 6. *Roscius erat Romae* frequens. Or. 4. *Demosthenes* frequens *fuit Platonis auditor.* 4. *Denique* frequens *appellatur, quod saepius occurrit.* Fam. X. 31. frequentiora *latrocinia.* Orat. III. 47. *iambum et trochaeum* frequentem *segregat ab oratione Aristoteles*

FREQUENTARE, saepius adire. Fam. V. 21. *sermones eorum, qui* frequentant *domum meam.* 2. Frequentari dicuntur loca quo magnus hominum numerus convenit. Off. I. 39. *domus solita est* frequentari. Att. I. 16. *sentinam urbis exhauriri et Italiae solitudinem* frequentari *posse arbitrabar.* Inv. I. 27. publicum genus occasionis quod *universa civitas* frequentat, *ut ludi, dies festus, bellum.* 3. Frequentare est magno numero congregare. Catil. IV. 7. *convenisse video — scribas universos, quos quum casu haec dies ad aerarium* frequentasset, *video* etc. Dom. 33. *populum, nisi tabernis clausis,* frequentare *non poteras.* 4. Frequentare est saepius uti. Orat. 27. *Haec* frequentat *Phalereus maxime.* Orat. III. 38. *Verbi translatio instituta est inopiae causa,* frequentata *delectationis.* Brut. 95. *genus* (dictionis) *non tam sententiis* frequentatum. Orat. III. 52. *quasi luminibus distinguenda et* frequentanda *est oratio sententiarum atque verborum.* 5. Cumulare. Orat. 25. *acervatim multa* frequentans.

FREQUENTATIO. Her. IV. 19. *densa et continens* frequentatio *verborum.* Partit. 35. praecipitur, ut accusator in peroratione utatur frequentatione *argumentorum et coacervatione universa.* Haec figura Her. IV. 40. sic describitur: *Frequentatio est, quum res in*

FRIGERE. 1. Sensu proprio. Fam. VII. 10. *Valde metuo ne frigeas in hibernis; quamobrem camino luculento utendum censeo. Idem Mucio et Manilio placebat, praesertim qui sagis non abundares.* Iocatur Cicero, in re perspicua et aperta, quasi Trebatio responsum daret, auctoritate etiam ICtorum confirmandum. 2. Metaphorice. Verr. II. 24. *quum omnia consilia* frigerent, *i. e.* parum aut nihil efficerent. Fam. VIII. 6. *Quod tibi supra scripsi Curionem* frigere, (*i. e.* nihil habere quod agat, otiosum esse. Nempe antea scripserat eius *tribunatum conglaciare*) *iam calet.* Her. IV. 15. *In re frigidissima cales, in frequentissima* friges.

FRIGESCERE. Fam. VIII. 6. *Si Parthi vos nihil calefaciunt, nos hic* frigore *frigescimus* metaphorice, i. q. nos hic nihil habemus quod agamus, otio diffluimus.

FRIGIDE, lente, remisse. Fam. VIII. 10. quae cupiunt ita frigide agunt.

FRIGIDUS, sensu proprio. Leg. II. 3. *Nec ullum hoc* frigidius *flumen attigi.* 2. Metaphorice, inanis. Caecin. 21 *cave in ista tam frigida tamque ieiuna calumnia delitescas.* 3. Q. Fr. III. 3. *accusator* frigidus, i. e. iners, sine viribus. Fam. VIII. 9. *in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis* frigidus. Brut. 48. *orator nimis — lentus in dicendo et paene* frigidus. 4. Orat 26. de iocis: *Ridicula domo allata, quae plerumque sunt* frigida, (*frostig, fade.*) Brut. 67. *genus acuminis in reprehendendis verbis versutum et sollers, sed saepe stomachosum, nonnumquam* frigidum, *interdum etiam facetum.* Orat. II. 63. *in ambiguo quae sint* frigidiora *vitemus.* Verr. I. 46. de hominibus quibusdam in Verrem dicteria iacientibus: *alii negabant mirandum esse ius tam nequam esse verrinum, alii etiam* frigidiores *erant, sed quia stomachabantur, ridiculi* (*Witzlinge*) *videbantur esse.* 5. Fam. X. 16. frigidae *et inconstantes literae Lepidi*, i. e. in quibus parum perspicue prodiderat utrum reip. partibus an Antonio faveret.

FRIGUS. Q. Fr. II. 12. *prid. Id quum Appius senatum infrequentem coegisset tantum fuit* frigus, *ut populi* (curiam circumstantis et quid actum esset exspectantis) *convicio*, (i. e. clamore et querimonia) *coactus sit nos dimittere.* Ibid. ep. 12. extr. *eiusmodi* frigus *impendebat, ut summum periculum esset ne Appio* (consuli) *suae aedes urerentur;* scil. ingentibus lignorum acervis in camino ardentibus.

fructuosus *esse non potest.* Phil. II. 39. *Arationes — grandi fenore et* fructuosae *ferebantur.* Quint. 3. *erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta et* fructuosa. 2. De aliis rebus. Att. XIV. 11 *rem non fecit deteriorem, haud scio an iam* fructuosiorem. Off. II. 18. *est non modo liberale paullum nonnumquam de iure suo decedere, sed interdum etiam* fructuosum. Orat. II. 85. *virtus quae est* fructuosa *aliis.*

FRUCTUS. 1. Fruitio, *der Genufs.* Off. II. 18. *posse liberalitate uti, non spoliantem se patrimonio nimirum is est pecuniae* fructus *maximus.* Lael. 23. *quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset* (ubi hominis aspiciendi non esset potestas) *cuique non auferret* fructum *voluptatum solitudo.* D v. II. 9. *omnem* fructum *superioris vitae perdidisset. De usu et* fructu *bonorum,* vid. *Ususfructus.* 2. Proventus ex agris et praediorum. Att. XI. 2. *in quos sumptus abeunt* fructus *praediorum.* Catil. II. 8. *certare cum usuris* fructibus *praediorum.* 3. Inprimis arborum baccae. Off. II. 3. *frugum* fructuumque *reliquorum perceptio et conservatio.* 4. Proventus e pecudibus. Leg. I. 8. *pecudes* (donatae nobis) *quod perspicuum sit partim esse ad usum hominum, partim ad* fructum, *partim ad vescendum procreatas.* N. D. II. 63. *oves neque ali neque sustentari, neque ullum* fructum *edere ex se sine cultu hominum et curatione potuissent.* 5. Utilitas. Orat. I. 58. *res rusticas vel* fructus *causa, vel delectationis invisere.* 6. Quivis reditus (*Renten*). Off. I. *pecuniam — cuius fructibus exercitum alere non possit.* Fin. I. 4. *an partus ancillae in* fructu *sit habendus.* 7 Quodvis emolumentum vel lucrum ex re aliqua. Pis. 24. *Gloria est* fructus *virtutis.*

FRUGALIS. Orat. II. 71. optimus colonus, parcissimus, frugalissimus.

FRUGALITAS. Tusc. III. 8. *tres virtutes fortitudinem, iustitiam, prudentiam* frugalitas *est complexa; etsi hoc quidem commune est virtutum. — Reliquum igitur est, quarta virtus ut sit ipsa* frugalitas. *Eius enim videtur esse proprium, motus animi appetentis regere et sedare, semperque adversantem libidini moderatam in omni re servare constantiam.* Deiot. 9. frugalitatem *id est modestiam et temperantiam virtutem maximam esse iudico.*

FRUMENTARIUS. Off. III. 13. Frumentarius *ille*, scil. *mercator*. cf. c. 12. Brut. 62. lex Sempronia frumentaria. Vid. *Leges Frumentariae* in ind. Legg.

FRUMENTUM. Att. V. 18. frumentum *ex agris in loca tuta comportatur*. Orat. 24. *luxuriosa* frumenta.

FRUSTRA. Div. II. 60. *nec* frustra *ac sine causa quid facere deo dignum est*.

FRUSTRARI, *täuschen*. Ac. pr. II. 20. ego — frustrari quum alios, tum etiam me ipsum velim. Att. XII. 19. *Cocceius vide ne* frustretur, i. e. vide ut solvat quod promisit. Fam. XII. 14. *spes* frustrata.

FRUSTRATIO. Fam. X. 23. *quo magis me petiverunt* (h. e. quo acrius et cupidius me persecuti sunt) *tanto maiorem his* frustratio *dolorem attulit*. Paullo ante dixerat: *magno cum dolore parricidarum elapsus sum his*.

FRUSTUM. Div. I. 15. *necesse est offa obiecta cadere* frustum *ex pulli ore quum pascitur*. Phil. II. 11. *is vomens* frustis *esculentis* — *totum tribunal implevit*.

FRUTICARI. Att. XV. 4. *excisa est arbor, non evulsa; itaque quam* fruticetur, *vides*, (*wie er aus den Wurzeln ausschlägt*).

FUCATUS. Orat. 23. fucati *medicamenta candoris et ruboris*. Brut. 9. *naturalis non* fucatus *nitor*. Planc. 9. *vicinitas non* fucata, *non fallax, non erudita artificio simulationis*. Ibid. 12. *haec signa probitatis, non* fucata *forensi specie, sed domesticis inusta notis veritatis*. Muren. 12. *iisdem ineptiis* fucata (i. e. infecta) *sunt omnia* (de formulis ICtorum).

FUCOSUS. Rab. Post. 14. merces fallaces et fucosae. Att. I. 15. ambitiosae fucosaeque amicitiae.

FUCUS, 1. a sensu proprio translatum ad orationem. Orat. III. 52. *his figuris insidere quidam venustatis non* fuco *illitus, sed sanguine diffusus debet color*. Brut. 44. *in his omnibus inest quidam sine ullo* fuco *veritatis color*. Orat. II. 45. *sententiae verae, novae sine pigmentis* fucoque *puerili*. Ibid. III. 25. *in oratoris aut poetae cincinnis ac* fuco *offenditur*; 2. *de falsa simulatione*. Att. I. 1. *sine* fuco *ac fallaciis negatur*.

FUGA. 1. Sensu proprio. Verr. IV. 43. militum. Q. Fr. II. 3. operarum. 2. Studium aliquid evitandi. Fin. I. 10. *laborum ac dolorum* fuga. Orat. 45. fuga *literae vastioris*.

FULGOR. 1. Splendor. Verr. IV. 32. *cuius* (*candelabri gemmis auroque perfecti*) fulgore *collucere — Iovis — templum oportebat.* 2. Fulgur. Div. II. 39. *prospera Iupiter his dextris* fulgoribus *edit.*

FULGUR. Div. I. 6. fulgura *interpretantium — praedictione moveri.* Div. II. 19. distinguitur a fulmine, est me *fulgur*, quod nos dicimus, *Wetterleuchten.*

FULGURALIS Div. I. 33. *Etruscorum* fulgurales *libri;* in quibus de fulguribus observandis et interpretandis agebatur.

FULGURARE. Div. II. 18. *Iove tonante et* fulgurante *comitia populi habere nefas.*

FULGURATOR, interpres fulgurum. Div. II. 53.

FULIGO. Phil. II. 36. *quasi* fuligine *abstersa* i. e. subito a scelestis facinoribus ad bonam frugem reversus.

FULIX, avis marina, alias *Fulica* (*Wasserhuhn, Blasshuhn*). Div. I. 8.

FULMEN. 1. Sensu proprio, *Blitz.* Div. II. 18. *tonitrua et* fulminum *iactus.* Ibid. 19. *si nubium conflictu ardor expressus se emiserit id esse* fulmen. Ibid. 35. fulmen *sinistrum auspicium optimum habemus, praeterquam ad comitia.* Off III. 25 fulminis *ictu deflagravit.* 2. *Donnerkeil.* Div. II. 19. *non te puto esse eum, qui Iovi* fulmen *fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes* 3. Metaphorice. Balb. 15. *duo* fulmina *nostri imperii Cn. et P. Scipiones exstincti.* Tusc. II. 27. *non modo stimulos doloris sed etiam* fulmina *fortunae contemnamus.* Orat. 6. *nec acumine posteriorum nec* fulmine (i. e. gravitate et vehementia orationis in genere a sublimi) *utens superiorum.*

FUMARE. Sext. 10. *ita domus ipsa* fumabat, *ut multa eius sermonis indicia redoleret* (scil. hominis Epicurei, in voluptatibus, inprimis palati, summum bonum ponentis).

FUMOSUS. Pis. 1. *obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione* fumosarum *imaginum.*

FUMUS. Verr. I. 17. fumo *excruciare.* Pis. 6. *stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque* fumo.

FUNALE, fax ex fune et cera. Sen. 14. *Duillius delectabatur crebro* funali *et tibicine*, nempe quum a cena rediret, servis funalia praeferentibus, ac tibicine canente utebatur.

habet, i. e. Heusingero interprete, quasi pertusum dolium quod etiamsi plurimum ingeras: nihil tamen continet neque umquam expletur. 3. Balb. 8. 11. 18. 21. *populi* fundi. Vid. in ind. Legg. *Lex Iulia L. Caesaris.*

FUNEBRIS. Orat. II. 84. *concio.* Vat. 12. *epulum* funebre. Leg. II. 25. *vestimentum* funebre.

FUNESTARE. Mil. 53. *curiam inflammari, incendiis* funestari. Font. 10. *Galli humanis hostiis deorum deas et templa* funestant. Rab. Perd. 4. funestari *concionem contagione carnificis veto.*

FUNESTUS tristis, perniciosus. Sext. 12. funestus *dies.* Dom. 1. tribunatus. Flacc. 41 funesta *nox.* Fam. X. 8. *victoria.* Leg. II. 22. *quae finis* funestae *familiae.*

FUNGI. Lael. 6. *muneribus corporis.* Tusc. I. 45. *virtutis perfecto munere* Off. II. 12. *iustitiae officio.* Ib. II. 17. *aedilitio maximo munere.* Ibid. *magnificentissima aedilitate.*

FUNGUS. Fam. VII. 26. IX. 10. 15.

FUNICULUS. Inv. II. 51. a puppi religatus.

FUNUS. 1. Sensu proprio. Cluent. 9. funus *facere.* Ibid. 71. *exsequias* funeris *prosequi.* 2. De homine cuius bona sub hasta venduntur. Quint. 15. *huic acerbissimum vivo videntique* funus *ducitur.* 3. „Pestis. Prov. Cons. 1. Gabinius et Piso dicuntur *funera rei publ.* 4. Tusc. I. 15. *nec* funera *fletu faxit.* Bukerius e Cop. Leid. rescribit: *funera lessum* et *funera* interpretatur de muliere quae incipiebat lessum canere in pompa funebri. *Funeram* dictam esse hanc feminam iam monuerat ad hos versus Ennii Scaliger in Catalectis et Vossius in Etymol. et Vir doctus in Misc. Obss. Britt. Vol. I. p. 409.' *Ern.*

FUR. Fin. V. 25. fures *earum rerum, quas ceperunt* (*Muret. emend* clepserunt) *signa commutant.* Orat. II. C. Iul Caesar L. F *a Philippo interrogatus quid latraret,* furem *se videre respondit.* Mil. 9. *XII tabulae nocturnum* furem *quoquo modo, diurnum autem si telo se defenderit, interfici impune voluerunt.* Fam. I. 9. fur *muliebrium religionum* dicitur Clodius quia furtim muliebri vestitu sumpto sacra bonae Deae, intraverat, Pompeiae Caesaris uxoris amore captus.

FURARI. N. D. II. 65. *si quae bestiae* furantur *aliquid.* Att. II. 1. *si tuum ante legissem,* furatum *me abs te esse diceres.*

LL
C5684Sc
Cicero, Marcus Tullius
Opera; ed. by Schütz. Vol.18 1-2.
24718

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED